FRONT


oll

FRONT CVR

Operationes Mart: Luth: in psalmos

Magister Sigismundus a Motte

Operationes .F. Martini L. in PSALMOS, VITTENBERGENSIB. THEOLOGIAE STVDIOSIS PRONVNCIATAE.



Jheſus.

Illuſtriſſimo Principi ⁊ dn̄o D. Friderico Sac: Ro: Imp: Archimarſcalco Electori, Saxonię Duci/ Marchioni Miſnę/ Landgrauio Turingię/ patrono ſuo Clementiſſ. F. Martinus Luther Salutem. D.

¶ Prudenter & recte facere vidētur, qui ſua ſtudia & ingenij monumēta, magnatib⁹ nūcupāt & dicant, hac nimirum arte opuſculis ſuis & autoritatē, & aduerſus ſiniſtrū fatum (qđ ijs maxime inuiſum ē) pręſidiū parātes, qn̄ ita res mortaliū ferme habēt, qđ, vt queq₃ ſunt optima, ita inuidię & maleuolorum erynni maxīe ſint obnoxia, Quo fit, vt & bonę literę & oīno ea, quę ingenio & eruditiōe conſtāt, cum ſint ſine cōtrouerſia, optima & optimo ac peculiari officio hōis digna, nō parū indigeāt, Mecenatib⁹ & Auguſtis ſuis, tū & Vlyſſib⁹, qui Therſitas iſtos, ſceptro percutiant eburno. Quibuſdā & haec nūcupandi ratio eſt, vt nominis ęternitate donent, famaq₃ celebrent eos, ad q̊s ſcribūt, hoc ſimul ſpectantes, quo poſteros eiuſdē virtutis animēt, exacuentq₃ exēplo, quod laudant, Nōnullis ſcopus is eſt, vt gratificent, & vtcūq₃ vicē rependāt beneficij, teſtatūq₃ relinquant gratū animū, ijs a quib⁹ ſunt bene accepti. Mihi vero Illuſtriſſ: Princeps, nulla harum rationū ſuppetit, Primū, ꝙ nō ignorē, talia nō eſſe, quæ molior, vt patronum mereant, & in hac ꝑte nō infeliciter habeo, ꝙ hāc ſaltē inſcitiā meā nō ignoro, Q₂ ſi q̄ maxime p̄ſtare poſſem, qđ nūcupatiōe dignū eſſet, neq₃ ſic anxius eſſe vellē, quo patrono ſeruaret, Quin poſtq̄ e ſacris lr̄is didici, q̄₃ ſit res terrore & periculis plena, in eccleſia dei ſonare, & in eoꝝ medio loqui, quos ſcias in nouiſſimo iudicij die, iudices tuos futuros (nā hos p̄ſentes calūniatores nō ita metuo) atq₃ id pręſente inſpectore oīm deo ſpectātibus angelis, vidētibus & audientib⁹ cūctis creaturis, & ad verbū dei aures arrigētibus (ſic em̄ fas eſt credere, om̄ia reuereri verbū dei, ꝑ qđ facta ſūt, pręter hominē & diabolū, qui ꝑ ingratitudinē obſurduerūt) Nihil ꝑfecto magis optarim q̄₃ ſi-

Miniſterij Eccleſiaſtici difficultas.

lentiū, tū omib⁹, quę vnq̄ effutiui, spongiā, durū ē & horrendū, deo reddere ratione, de omi ocioso verbo, Neq̄ em me in officio hoc retinet, nisi alienę, imo diuinę volūtatis obedientia, mea volūtate, sicut semp abhorrui, ita nūq̄, in hāc vsq̄ horā accessi. Deinde quę fama, quę laus: quę nois ęternitas ex me sperari possit Illustriss. D. tuę: cū tu is princeps sis, qui cū cęteris vere principis dotib⁹, tū eximio lrarū literatorūq̄ amore, tātū tibi nominis & glorię pararis, vt nō etiā Appion tibi, sed Appioni, & oibus qui te celebrent, nominis immortalitatē sis daturus. Quis ignorat principē Fridericū in ꝓuehendis literis exēplū factū cūctis principib⁹: Gręcatur & hebraicatur sat feliciter Vuittenberga tua, artes liberales benigniore q̄ hactenus Minerua docētur. Syncera Chri Theologia triūphat, opinionib⁹ & questionib⁹ hoim ꝓpe nihil, neq̄ opināntib⁹, neq̄ q̄rentibus. Hęc omnia florent tuis auspicijs, sumptib⁹, ꝑsidijs. Vtinā Ecclesiastici Magnates, quos harū rerū exempla maxime ꝑstare oportet laicis principib⁹, saltē laicorū exēpla imitarent, scz adeo infeliciter cessit opulentia & potentatus Ecclesię. Iam vero quid gratificer tuis ī me amplissimis beneficijs, quę oīa ī nihil merētē collocasti, Tuis impensis capiti meo insano impositū est, insigne illud ostentationis meę, cuius me pudet, & tamē gestari oportet, ita volentib⁹ ijs, quib⁹ me audire par ē, Sed quātis & illud monstrū meū, quod ex indulgētijs mihi natū est, curis, officijs, sumptib⁹, deniq̄ & periculis cōstitit, D. tuę. Scit vniuersa tua ditio, longe maiorē principi ꝓ me sollicitudinē, q̄ mihi ipi fuisse. Ego ꝓ mea temeritate, aleā ieci, extrema semp tentare & expectare parat⁹, nā & hac occasiōe fore sperabā, vt docēdis alijs submotus, angulū mihi inuenire, deserto, qd̄ odiebā, publico. Sed perstitit tuę celsitudinis officiū. & cū ego cuperē pati, quę illi ardebāt inferre, neutris cessit qd̄ cupitū ē, sed nōdū finis. Placet tñ ītерim euēt⁹ iste, vel hoc noīe, qd̄ nulli Chriano, nō debeat eē molestissimū, tm̄ ī Ecclesia Christi quorundā audere impudentiā, vt sub nomine venerabilis potestatis Ecclię, suis fędis cupiditatibus presumāt successū, Et quo quis pontificū est clementior, melior, eruditior, eo isti impij impostores, maiora, sibi pollicent portenta, sub eius titulo promouenda, Nā q̄t manifestis mendacijs, in hac vna leuicula causa, Sacrum Leonis decimi nomen, ad terrendum vnū fraterculū, dirasq̄ suas tyrānides stabiliendas, ꝓp hanarūt

Silentium ꝑ grauib⁹ oneribus acceptauit.

Fridericus princeps fautor Ecclar et studiorum.

Leo decimus.

conspurcaruntq; ? Qz. ꝗ nec hoc adeo mirum, est, si sunt qui
nomẽ summi põtificis prostituũt, & in vanũ assumũt, fecerũt
idẽ eorum patriarchę, falsi ꝓphetę, pseudo Apostoli, pseudo
Christi, qui etiã nomen sanctum dei & Christi suis mendacijs
seruire coegerunt. Itaq; mira dei dignatione, & seruatus est,
purissimus honor Ro: Eccle: reuerẽtia summi põtificis custo-
dita est, Sycophantis tm̃, belle & feliciter contra itũ est, vt ali-
quando discerent, deũ ad huc viuere & regnare, qui illusores
deludat. Hic inq; deus & dñs noster Ihesus Christus, cuius so-
lius sunt omnia, quę in te Illust. P. admiramur, eadem agnos-
cat, augeat, & seruet in æternũ. Sic orationẽ, pro gratiarũ actiõe
persoluo, quando aliud non possum. Proinde. q͏ has
meas operatiões, qualesq̃s sint, opatões certe sunt (nã inter-
pretationes aut cõmentaria, non audebã dicere, conscius mihi
meę suppellectilis) Illustriss. T. D. nomĩe edere voluerim, nul
la fuit causa, q̃ meus amor. Cõpertũ em̃ habeo, q̃ pure & caste
deamet cor tuũ sacras literas, & cor meũ (vt Delbore v͏bis vtar)
hos principes diligit, Et cur nõ recitem, qđ hic cogito, amoris
mei huius argumentũ, vt videant ij, qui sacrarũ literarum titu-
lo iactitantur, quantum distet hypocrita a vero Theologo?
Retulit olim optimus ac vere mihi in Christo Reuerendus
pater me⁹ Ioan: Stupitius cũ apud D. T: cõuersaretur, incidisse
aliquando sermonẽ, de ijs qui ad populum declamant, tum
quę est iudicij tui mira acrimonia, te dixisse, Conciões illas quę
argutijs & traditionib⁹ hominũ cõstãt, mire frigere, ac ad per-
suadendũ in rebus nrĩs elumbes & euiratas esse, qñ nihil põt tã
acutũ adduci, qđ nõ rursus alia argutia possit cõuelli, Scriptu-
rã vero sanctã, vnã esse, quę tãta maiestate & energia, etiã citra
nostrã opam sonet, vt captis cõsumptisq; mox oĩb⁹ machinis
disceptatiõis, vrgeat & cogat dicere, nũq̃ sic locutus ẽ homo,
hic digitus dei est, non em̃ docet sicut Scribę & Pharisei, sed si-
cut ptãtem habens. In quã sententiã, cũ ille nõ illibẽter pedib⁹
iuisset & cõmendasset, tũ te porrecta manu, manũ illi⁹ postu-
lasse, & dixisse. Stipulare mihi quęso, ita perpetuo te sensurũ,
Obsecro, an non hęc vox & sẽtẽtia, vel sanctissimũ & Sum-
mũ Pontificẽ deceret? eoq; magis, q̃ nõ voce tm̃, sed affectu
quoq; cordis ꝓlata perspicuo cognoscitur. Quid? an nondũ
videmus, qui sint veri Theologi? pudeat tandẽ Theologos &
Iuristas, eos maxime, quib⁹ sacrę literę pene ridiculũ sunt, & q
consarcinatis infinitis glossis, pestilenter palpant ijs, qui q̃cq̃d
dixerint, verbũ dei videri velint, sicut & d. Hierony: cõquerit,

quasi Christus ad Petrū dixerit, Iube, aut pręcipe, aut doce, ac
nō potius, pasce oues meas, hoc est, illud trade, quo pascitur,
pascūtur aūt solo verbo dei, nō opinionib⁹, aut traditiōib⁹ ho-
minū. Porro, q̄ vere dixeris, nihil posse tam argute proponi,
qđ nō rursus possit retundi, Miserū illud pistrinū abunde do-
cet. In quo Scotistę, Thomistę, Albertistę, Moderni & singuli,
in suas quoq; sectas diuisi, tēpus perdunt. Hac fateor historia
iucūdissima Illustriss. Princeps, sum totus in amore tui capt⁹.
Nescio em̄ qui fiat, vt quoscūq; sacrarū literarū amantes au-
dio, nō possim nō diligere, rursum peruersores & contēpto-
res earū, nō odisse, ita vt in vtrāq; partē, amoris impatientia,
sim nimio vehemēs. Et vt amici illi mei criminant, mordax,
& vaneglo riosus, sed criminētur me vt volent, nomina mihi
possunt, vel mala vel bona imponere, siue primę siue secūdæ,
aut etiā tercię intentiōis, imo impositiōis (ne quid peccem in
dialectica eorū) rem ipsam theologię nūq̄ auferent, nec amorē
illius extinguent, Christo ꝓpitio. Scio quid mihi fecerit scho-
lastica Theologia, Scio rursum quid ei debeā, gaudeo me eru-
tū, & grās ago Christo dn̄o meo. Nō est quod me doceāt eam,
noui eam, nec qđ concilient mihi eā, nolo eā. Patere ergo
Illustrissime Princeps, & hoc meo dones amori, rogo, quod
hūc libellū sub tuę d. titulo emittere volui. Iā secūdo in Vuit-
tenberga tua Psalteriū ꝓfiteor, vrgentibus & exigentib⁹ opti-
mis auditorib⁹, quib⁹ debitorē me esse non possum negare,
verū ita ꝓfiteor, vt nolim ab vllo id de me presumi, qđ null⁹
adhuc ꝓstare potuit sanctissimoꝝ & doctissimoꝝ patrū, idest
psalteriū in omib⁹ legitimo sensu suo intelligere & docere, Sat
est aliq̄t & eosdē ex parte intellexisse, multa sibi reseruat spūs,
quo nos semper discipulos habeat, multa solū ostendit, vt al-
liciat, multa tradit vt afficiat. Et vt B. Aug: p̄clare dixit. Nullus
vnq̄ ita locutus est, vt ab omib⁹ in oībus intelligeretur, multo
magis ipe spiritus sanctus, sol⁹ oīm suorū verboꝝ intelligen-
tiā habet. Quocirca ingenue confiteri me oportet, me igno-
rare, legitimā habeā nec ne intelligentiā psalmoꝝ, & si veram
esse nō dubitem, quā trado, Nam & omia q̄ B. Aug: Hierony:
Athanasius, Hilarius, Cassiodorus & alij super psalteriū con-
tulerūt, verissima sunt, Sed a sensu literę, qn̄q; remotissima, &
mea quoq; secūda hęc ꝓfessio, a prima longe lateq; diuersa ē,
nec est liber in Biblijs qui me diligentius exercitarit, donec in
eam sententiā venerim, oportere nullius interꝑtationē (modo
pia sit) rejcere, nisi taliōis lege, rursum quis optet rejci. defecit

ille in aliquibꝰ, tu ĩ pluribꝰ, nõnulla video, nõ visa B. Aug:
rursũ mlta visuros scio, quę ipe nõ video. Quid ergo reliquũ
ẽ, nisi vt mutuũ iuuemꝰ, labẽtibꝰ tã͂ & ipi vł lapsi vł lapsuri
ignoscamus: ne illi hoim generi lõge teterrimo & fedissimo
accenseamur, qui ipi cũ fere nihil possint, nõ rephẽdendũ effi=
cere, si quẽ illustriorẽ, vel flocco, ceu rhamus apphendere pos=
sint, mox põpeianos triũphos sperãt, Scio esse impudẽtissimę
temeritatis, eũ qui audeat pfiteri vnũ librũ scripturę, a se ĩ oibꝰ
ptibus intellectũ, quin quis audeat psumere, vnũ psalmũ, ro=
tũde ab vllo ĩtellectũ: Vita nr̃a initiũ & pfectꝰ ẽ, nõ cõsuma=
tio. Ille melior, qui ad spiritũ ppius accesserit. Si attigero lunã,
nõ mox & solẽ me apphendisse arbitrabor, sed nec stellas mi=
nores fastidiã. Sũt gradus in viuẽdo & agendo, cur nõ & ĩ in=
telligẽdo: Aplus trãsformari nos dicit de claritate in claritatẽ.
Et vt dicã, qd res est, tm̃ illis seruio, qui hęc ignorãt, & volũt,
tũ id saltẽ pstitisse iuuabit, qd melioribꝰ studijs & me & audi=
tores meos interim occuparim, q̃ si sup libros Sentẽtiarũ no=
uas tenebras & ranas & muscas creassem. Est autẽ is liber (meo
iudicio) diuerso ab alijs libris argumẽto, ĩ ceteris em̃ docemur
& vbo & exẽplo, qd agẽdũ sit, hic nõ mõ docet, sed & modũ
& vsum tradit, q̃ verbũ impleamꝰ & exẽplũ imitemur. Nõ em̃
nrę opis est, legem dei implere, aut Chrm imitari, Sed orare &
desiderare, vt faciamꝰ & imitemur, vbi vero impetrauimꝰ lau=
dare & gr̃as agere, At quid aliud psalteriũ ẽ, q̃ oro & laus dei,
hoc ẽ liber hymnorũ: Itaq optimꝰ spũs dei, pupilloꝝ pater,
& ĩfantiũ Mgr, cũ videat nos nescire, qd aut quõ orare opor
teat, vt Aplus dicit, Adiuturꝰ infirmitates nr̃as more pedago=
gorũ, qui pueris cõcipiũt epłas vel oratiũculas quas ad parẽtes
scribãt, ita nobis & verba & affectus pparat hoc libro, quibus
patrẽ cęlestẽ alloquamur & oremus, de ijs quę ĩ reliquis libris
faciẽda & imitãda esse docuerat, ne quid hõ desiderare possit,
quo ei ad salutẽ suã opus esset. Tãta ẽ cura & benignitas dei in
nos, qui ẽ benedictus in eternũ, in q̃ viuat & valeat. D. T. Cle=
mentiss. hic & in perpetuũ Amen. Vuittenbergę Sexto Calen:
Apriles. M.D. XIX.

THEOLOGIAE STVDIOSIS PHILIPP: MELANCH: S.

¶ Gratulor vobis Theologi, imo vero vniuerso nomini
Christiano, lr̃as, easq potissimũ, quę ad pietatẽ ptinẽt, mirũ ĩ
modũ foelici successu breui auctas, nedũ renatas. Strẽue interim
reclamãtibꝰ, ac ferro flãmisq obnitẽtibꝰ ijs, quib. & lraꝝ ca=

sũ & adulterinã istã opinionũ Theologiã debemꝰ. Atq; ad'o beneficiũ cęleste pijs mentibꝰ agnoscamus ac adoremus, q̊ ecclesia mihi, cũ annos prope q̃dringẽtos Babiloni captiua seruierit, spem libertatis Christianę iã tandem aliquã cõcipere videt̃. Etẽm nisi me fallit animꝰ, nullũ fuit ĩ ecclesia neq; p̄sentiꝰ, neq; vulgaribꝰ malũ, quã hoc ipsum, ꝙ ꝓpe desertis Euãgelicis literis, sophisticas didicimus, ĩ traditiõibꝰ, formulis casuũ, & summis, vt vocãt, tãtis p versati, vt ne senibus quidẽ ociũ ad Christi doctrinã fuerit. Neq; em̃ audeo dicere, quã ex Apostolico viuẽdi genere multa scholę antiquerint, vt saluberrima p̄cepta ac vere Christianę pacis symbola ceu ordine mota, in cõsiliorꝫ numerũ coegerit. & id genꝰ alia. Verũ ab ijs benignitate Op. Max. dei asserũt nos, q syncerã ac natiuã Theologiã ĩ mediã lucẽ reuocãt, Erasmo Roterodamo debemus cũ græcę tũ latinę linguę studiũ, debemus itẽ, vt pleraq; omittã, illustratã noui testamenti lectionẽ, debemus & Hieronymũ, Capnioni p̄ter multa, cedũt hebraica. Suę cũ ĩ gręcis tũ hebreis laudes sũt Volfgãgo Fabricio, & Ioãni Icolãpadio. Aliq̃t frigidas scholę sñias Andreas Carolostadiꝰ pari fide & cura cõfutauit. Et q̄d singl'os cõmemoro? Passim ab optimis q̄busq; multa scribũt̃ q̄bꝰ bõę mẽtes reuocari ad Euãgelica studia possint. Plurimũ puto, efficiũt qui ĩ diuinis scripturis enarrãdis versant̃, & ĩ his pręcipui, q eos libros interp̄tant̃, qui vulgo maxĩe necessarij, minĩe intelligũt̃. Nõ hoc dico, ꝙ e sacris & canõicis libris, non sint pari apd' me loco oẽs. Sed quia vulgo q̄dã frequẽtiꝰ legũt̃, & q̃rundã talis est cõditio, vt in reliq̃s vel Elẽchi vl' cõmẽtarij vice eẽ possint. Vt ĩ Paulinis epistolis, eiꝰ, q̃ ad Romãos scripta est, scopus velut atticus Mercuriꝰ ad reliq̃s iter ĩdicat, ita alios libros, alijs, cũ vulgi vsꝰ, tũ argumẽtorꝫ series p̄fert. Cęterꝫ authoritas eadẽ oĩbus est. In cũ modũ reliquis fere scripturę libris Psalmi anteferũt̃, nõ modo ob publicũ eccl'ie vsum, sed hoc etiã, ꝙ vniuersã ꝓpe sacrã historiã passim p̄stringũt. Deinde vaticinia de Iesu Saluatore, de vocatiõe gentiũ, de ecclesia Christi, adeo p̄spicuis carminib. celebrãt, vt hac laude multo etiã Dauid antecedat reliq̃s ꝓphetas. Demũ, vt ex literis historicis rerꝫ gestarꝫ legisq; sciẽtia petit̃, ita ex Dauide vis & energia historię, quę aĩos nr̃os p Harmoniã Psalmorꝫ expgefacit, & ĩpetu q̄dã pcitos rapit ad celestia. Atq; hoc hñt Psalmi veluti γνήσιον, vt exẽpla sacrę historię oĩb. nr̃is affectibꝰ trãq̄llãdis cõponãt. Quid. n. ꝓdest scire mũdũ a deo cõditũ eẽ, vt Genesis ĩdicat, nisi cõditoris misericodiã & sapiẽtiã adores. deĩde q̄d ꝓfuerit scire misericordẽ & sapiẽtẽ deũ, nisi ĩ aĩm ĩducas tuũ, tibi misericordem, tibi iustũ, tibi sapiẽtem esse. Atq; id est vere

nouisse deū, neq; vero extremā hanc cognoscēdi dei rationē assecuta est philosophia, Christianorū ꝓpria est, Verum hāc suauitatē distillat in pios animos psalmorū spiritus, & hęc illa cęlestis harmonia, quā spiritus dei temperat. Nihil est qđ vetustas gentiliū epodas mihi suas, aut Orphei hymnos iactet, longe sunt huius citharę voces alię, quę hominum animos ita cęlo sociāt, vt plane in diuina trāsforment. Proinde Martinus Luther sacra carmina cōmentario illustrauit, quē vel hoc studiosis cōmendatiorē volumus, ꝙ cū in Dauidem ab alijs alia scripta sint, pauca referant tñ illius faciem. Hic quid pręstiterit, periculū faciet, qui diligenter cū veterib⁹ ijsq; optimis omnia cōferet. Interim, lectores, vestrū erit Martini fidem ac diligētiā boni consulere, ac eo eniti, vt ad lectionē horū puras mentes afferatis, humanis affectib⁹ imperatis, in summa, vt Christi literas, Christo duce legatis. Valete Vuittenbergę in Saxonib.

MEN. MARTIO. ANNO. M. D. XIX.

Operationes .F. Martini L.
in Psalmos Vuittenbergē-
sib. Theologiae Stu-
diosis pronūcia-
tae.

F. MARTINVS LVTHER THEOLOGIAE STVDIOSIS S.

¶ Scio, nō defuturos, optimi Theologi, qui arrogācię tū iā inueterati criminis, vanę glorię, me accusent, qđ hoc flo- rentissimo sæculo, Ego in publicū prodeo· Et ita prodeo, vt librorꝫ sacrę scripturę, facile nobilissimorū & difficillimorum me tractatorem ostentem, nempe Psalteriȷ̄ & Epistolarū Pau- linarum, p̄sertim cū apud eruditos infantissimꝰ, apud alios. Apostata & discessor a receptis aliq̄t annorū glossis inueniar. Verū credat, qui volet, & me malle in angulo meo susurrare, q̄ꝫ lingua per regiōes vagari. Optime mihi consciꝰ sū & igno- rantię & vitę meę pessimę. Creditum ē, me in hoc seruire deo, seruire cū multis tū precipue vobis. Ego hoc video, non esse Theologū, qui magna sciat, & multa doceat. Sed qui sanctæ & Theologicę viuat. A qua vita quo sū alienior, eo magis, mihi displicet mea ꝑfessio. Quare vos per cōmunem nostrā Theo- logiā, oro, Criminentur me qui volent, & q̄bus nōibus vo- lent, quando eo mihi res venerit, vt grauioribus intento, vt mihi gloria, infamia, diuicię, paupertas, aut siquid homo ho- mini prestere nocereue potest, inter vlugares tentationes nu- merent. Hoc vos agite, & vbi vere vrgeor, pro me orate, hoc est, vt Christo, Christianū exhibere possim & sanctū no- men eius, in me sanctificare. Valete in Christo.

Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum

Cōmunis mortaliū de beatitudine quæstio ē, neq; vllus est, qui non optet esse bene sibi, odiatq; male esse sibi, attamen omes, quotquot sunt, aberrauerūt a verę beatitudinis notitia, atq; ij magis, qui maxime eā inquisierūt, vt philosophi, q̄rū nobiliores in virtute aut opere virtutis ipam collocauerunt, quo cęteris facti infœliciores, se & huius & futurę vitę bonis pariter priuarūt, vulgus & si crasse delyrabat in voluptatib9 carnis beatū esse cupiens, saltem huius vitę bonis potitū est. Hic aūt de cęlo sonans, oīm studia detestatus, vnicam beatitudinis oībus ignotā affert definitionē, Beatū esse, qui legē dei diligat, breuis diffinitio, Sed quę cōtra oīm hominū sensum p̄sertim sapientiū, sapiat. Sed primo grammatica videamus, verum ea Theologica.

Hebręus numero plurali dicit Aschre, Beati vel beata, vt Beata viri, qui nō abijt, ac si dicat, oīa bene habent, viro illi, qui &c̄. Quid disputatis? quid vana concluditis? illud vnicū margaritū si quis vir inuenerit, vt legē dei diligat, & ab impijs sepatus fuerit, huius oīa sunt optima, quo nō inuento, q̄ret oīa bona, nec vnū iueniet, vt em̄ mūdis oīa mūda, ita diligentib9 oīa dilecta, bonis oīa bona, & in vniuersum qualis tu es, talis & deus ipe tibi nedū creatura, Siquidem deus, electo electus est, peruerso peruersus, sanctus sancto, Ita nihil bonū ei, qui malus est, nihil iucundū, cui lex dn̄i iniucūda est.

Vir in scripturis Tripliciter dr̄, ętatem, sexum, virtutēq; significat. Aetatis nomen est. i. Corin: xiij. Cū factus sum vir, euacuaui quę erāt paruuli. Sexus. Mat. i. Iacob genuit Ioseph virū Marię. Ioan: iiij. Vade voca virū tuū, Virtutis. i. Reg: xvi. Ait Dauid ad Abner. Nūquid non vir tu es? atq; hoc tercio mō, hic beatus vir dr̄, ne muliebrē sexū ab hac beatitudine excludat.

Abijt, aptius hebraice, lo alach, nō ambulauit, non ingressus est, non incessit, quod & gręcū ουκ επορευθη habet. Notū aūt est more scripturę, ambulare & ingredi methaphoricos. idest, qd̄ viuere seu conuersari, vt p̄s. xiiij. Qui ingredit̄ sine macula. Et. c. Ambulans in via imaculata, hic mihi ministrabat. Ro: viij. Nihil damnationis ijs, qui non sc̄d̄m carnem ambulant,

Cōsiliū, hic sine dubio ꝓ decretis & doctrinis accipitur, cū nulla stet hominum conuersatio, nisi certis decretis & legibus formetur seruetur q̧. Taxat aūt eo verbo, impiorꝝ superbiā, & perditā temeritatē. Primū, q̧ nō in lege dn̄i dignentur ambulare, sed ꝓprio se regūt consilio. Deinde consiliū appellat, qđ prudentiā sonat, & viam, quę errorem nesciat, Nā hęc est perditio impiorꝝ, qđ in oculis suis prudentes sunt, & apđ semetipos, qđ errores suos specie vestiūt prudētię & vię. Si em̄ manifesto errore tentarēt homines, nō magna beatitudinis laus erat, nō ambulare cū eis, Nō em̄ dicit in stulticia impiorꝝ, in errore peccatorū. Monet ergo nos q̄ diligentissime, vt a specie bona caueamus, ne angelus Satanę transfiguratus in angelum lucis, seducat nos astucia sua, Opponit aūt consilium impiorū, legi dn̄i, vt discamus attendere a lupis in vestimentis ouium, qui prompti sunt om̄ibus consulere, om̄es docere, oēs iuuare, cū nihil minus possint.

Impius, qui hebraice, rascha dicitur, rectissime apđ. S. Hilariū is dr̄, qui male de deo sentit. Impietas em̄ ꝓprie vitiū incredulitatis est, & corde perpetratur, sed varie & inconstanter est translatū, Tu ergo hęc duo semper contraria habeto, fidem dei & impietatē, sicut legem dei, & consiliū hominū. Nam qn̄ de pietate & impietate agimus, nō de moribus, sed de opinionibus agimus, hoc ē, de fontib⁹ morū. Qui em̄ orthodoxus in deū est, non pōt nisi bona facere, bonos mores prestare, Q̧ si etiā septies in die cadit iustus, toties tn̄ resurgit. At impij corruūt in malū, & non resurgūt, hij quia increduli sunt: nullum opus bonū faciūt, totū aūt qđ agūt, pulchra species est, vmbra illa Behemoth, qua & se decipiant & simplices alliciant, Igitur pius ē, qui ex fide viuit. Impius qui in incredulitate viuit.

Peccatorem aūt iam videre licet. Hic est exterior homo impij, nam consiliū & impiū, in corde abscōditū, nō videas, Itaq; de operibus: morib⁹, studijs, quæ ad extra fiūt, loquit̄, & hanc viam vocat, qđ iam consiliū in vsum & (vt dicūt) in praxim venerit, & qđ intus male sentiūt, foris quoq; operent̄, verū hęc via, vt dixi, fere speciosior est semper, q̄ piorum via. Nam crassos illos peccatores, quisq; sine hoc monitorio facile cauet, aut saltem cognoscit.

Stetit: pertinaciā signat, durāq; ceruicē, qua erecti, excusant se verbis malicię, facti incorrigibiles, ī impietate sua, q̧ pietatem eam existiment, Stare em̄ tropo sacrorū, firmū esse

significat, Ro:xv. Dño suo stat aut cadit, stabit aũt, potens est deus statuere illũ, Inde colũna a stãdo heb, dicitur, sicut latinis statua. Hęc em̃ impiorũ ẽ excusatio & obfirmatio, ꝗ sibi recte viuere videant & speciosis operib⁹ fulgere p̃ cęteris.

Cathedra, Sedere in cathedra est docere, magistrũ ac doctorẽ esse, Matt. xxiij. Super Cathedrã Mosi sederũt scribę &c. Sic sedere in throno, regnare seu regem esse, vt in libris Regũ frequens est. Sedere in solio: principem esse. Sedere in tribunali iudicem esse.

Pestilentia, & si non est ad verbũ translatio, satis bona energia redditũ est, Nam heb, illusorũ, derisorũue habet. Sunt aũt illusores, quos per psalteriũ: dolosos, & liuguã dolosam accusat, vt qui sub specie, sanę doctrinę, venenũ erronei dogmatis propinãt. Necꝫ em̃ pestilentia in corpibus tã cõtagiosa, q̃ impietatis doctrina in mentib⁹. Sermo eorꝫ, inquit Aplũs ij. Timo: ij. vt cancer serpit, sicut aũt sapientes, vocantur, sanitas orbis terrarũ. Sap. vi. Ita impij illi recte, pestilentia orbis terrarũ. Quę aũt nocentior illusio, q̃ animabus purã veritatem esurientib⁹, venenũ mortiferũ dare?

Igitur iuxta vulgatũ per Ecclesiã vsum: quo vita bona distinguit in fidem & mores, illa pios vł impios faciente, istis, peccatores vel sanctos, etiã hic describit hos duos gradus, & eis addit terciũ, quia quo ꝓficeret impietas, non habuit, postq̃ hominẽ intus in opinionib⁹ & foris in morib⁹ infecerat, id̃o proruit, & alios secũ trahit in eandem perditionẽ, nõ sibi contenta, ꝗ impie saperet & male viueret, nisi & impietatem alios doceret, Hæc de grãmatica.

Imprimis, id in scripturis obseruandũ, q̃ prudenter abstineat a nominib⁹ sectarũ & personarꝫ, Nam cũ hoc psalmo sine dubio, Iudæorũ populus taxetur primo, sicut ait Aplũs Iudęo primũ & gręco. Et Ro: iij. Scimus, qm̃ q̃cunqꝫ lex loquitur, ijs qui in lege sunt loquitur, nõ tñ dicit. Beatus iudęus, aut beatus ille vel ille, nec in cõsilio gentiũ, horũ vel horꝫ, Sed absolutę. Beatus vir & consiliũ impiorꝫ, via peccatorꝫ, sessio illusorũ &c. quicũqꝫ illi tandẽ sint, quia nõ est acceptio personarũ apud deũ.

Et hoc fieri fuit summe necessariũ, vt verbũ dei, cum sit ęternũ, om̃ibus oĩm hominũ sęculis cõueniret, Nam & si varient per tpa, mores, personę, loca, ritus, eadem tñ vel pietas vł impietas transit per om̃ia sęcula, Sic videmus prophetas ad-

uersus falsos prophetas. Aplõs contra pseudoapl'os, doctores contra hereticos, eisdem scripturis vsos, cũ tñ nec pphetarꝫ, nec apl'orꝫ, nec doctorũ, aut suorꝫ aduersariorum nomẽ, Sed piorum & impiorũ in illis inuenirent.

Deinde, ne si vnius personatus nomen assumeretur, iam reliqui ad se pertinere crederent, quod dr̃, aut ad se solos pertinere, qđ bonũ dr̃, sicut Iudei sibi inflectũt, quidqd boni semini Abrahæ & Israeli pmissum est, contra quos certe hic ps primo irruit, vt dixi, Quare & nos exemplo sanctorũ patrũ, psalmũ, ad eandem generationẽ, quę nobiscũ agit vitã, trahamus, imo sequamur potius, vt qui nos pũenit, oẽs impios arguens, & a nobis inueniatur hoc agere, magis q̃ cogatur.

Dicit ergo.

Beatus vir, qui non abijt, idest, qñ tot milia impiorꝫ circũ nos sunt, vt possis illud dicere ps xi. Saluum me fac deus, qm̃ defecit sanctus, pauci facti sunt fideles, in hominib⁹, vt & Micheas. vij. Perijt sanctus de terra, & rectus in hominib⁹ nõ est, Nõne beatus ille, & vere vir, robustus in fide, qui cũ tãta turba nõ ambulat p viã spaciosam, deinde ab eisdẽ patitur opprobria & multa mala, nec sic tñ cõsentit, vt cũ eis ambulet, & qđ vel electos in errorem duceret, pulcherrimo consilio impiorũ nõ fallit, multũ est diuicijs, voluptatib⁹, honorib⁹ nõ vinci, sed summũ victorię genus, sapientiã & iusticiã speciosissimã impiorũ superasse, quib⁹ pura fides, maxĩe oĩm oppugnat̃.

Notabĩs aũt hęc verba psalmi, esse verba fidei, vt quæ nõ loquãtur, de hominib⁹ scđm qđ videntur, Nam sic (vt dixi) nemo eos impios esse putaret, in spiritu loquit̃ propheta, vbi hoc etiam impiũ est (quia fide vacuũ) qđ apud homines oĩm pijssimũ. Sicut Eccle: viij. Vidi impios sepultos, qui etiã cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabant in ciuitate, quasi iustorũ operũ. Et ps. xxxvi. Vidi impiũ exaltatum, sicut cedrũ libani, Terribilia sunt hęc, quis impietatẽ ibi & tam profunde quereret?

Sed audi, psalmus iste non tm̃ impios taxat & peccatores, Nam oẽs homo extra Christũ, impius & peccator est, sed eos potissimũ, qui duplici peccato peccant, vt qui, cũ impij sint, non hoc agnoscũt, insuper consiliũ parant, in quo ambulẽt, & impietatẽ colorẽt. Nã nõ dixit, Beatus vir, qui nõ ambulat impius, aut nõ stat peccator, sed in consilio impiorum, & via

peccatorꝝ, vt quibus nō satis ē, ꝙ impij sunt, etiā iusti & sancti esse volūt, addentes impietati, speciem pietatis.

Quos aūt putas nr̄o sęculo tangat? Ego nō ausim personatus nomīare, ne in quorūdā sacerdotū, religiosorꝝ, episcoporꝝ implacabilem charybdim impingā, Nā semper fuit, hoc genus impiorū hoīm, impacientissimū verbi dei, cælūq̧ repleuit martyribus, nō alia causa, ꝗ qđ se obsequiū deo p̄stare arbitrarentur, & ꝓ pietate certare sibi visi sunt, veros pios, impietatis pertinacissime accusantes.

Scito tn̄, & nō dubites, hos tāgi, qui solis cęrimonijs, ritib9, alijsq̧ pompis pietatis lucent, vestibus, cibis, locis ac tpib9, aut ad summū, operib9 & oratiōb9, pietatē metientes, p̄sertim illi, qui ꝓ suis obseruancijs, priuilegijs, dignitatib9, potestatib9, iuribus in īpacabiles discordias sese diuidūt, & q̄duis facere ac pati prompti sunt, ꝗ mutua charitate inuicem cędere & humiliari. Hos esse impios istos, hoc argumēto dep̄hēdas, ꝙ securi fidentesq̧ sunt in vita sua, nec est timor dei ante oculos eorū. Nam hic esto tibi Canon perpetuus & infallibilis, atq̧ (quod aiūt) Lydio lapide certior, ꝙ propriū est impiorū, deū non timere, secure de misericordia eius (sicuti putāt) oīa p̄sumere, Piorū aūt, cū Iob, oīa opa sua vereri, in nulla iusticia sua cōfidere, & sanctitatē suā ꝓ stercore ducere, ideo non posse ꝓ ea certare, se iustificare, aut vindicare, sed dignos esse se oīm odio & vindicta. Itaq̧ dixi fidei oculis & auribus opus est, vt hæc verba spiritus audias, & eorū rem videas, Homo eñ nō potest ea intelligere.

Non aūt existimes me Cerimonias aut opa damnare, sed opinionē, fiduciā, studiū illorū, pestes voco, qđ ijs fieri videmus, vt in sectas, iras, detractiones, & infinita mōstra peccatorꝝ ruāt, quę oīa tegūt, nomīe pietatis, velo cōsilij sui, specie dogmatū suorꝝ. Si eñ in humilitate fierēt, bona certe essent.

Et in via peccatorum non stetit.

Postꝗ eñ impietate fidē violarint, quid restat, nisi vt opa eorū sint mala & peccata? Et quō inq̄s, sunt opa Iudęorꝝ, hęreticorꝝ, superborum mala, cum ieiunent, orent, benefaciant,

& reliqua, quę nullus hominũ mala audet dicere, operentur? Dixi, ꝙ fide opus sit, Eo peiora sunt illa opera, q̃ impietatem confirmant & stare ac perseuerare faciũt in via ista peccati, peccata aũt sunt, quia de impietate cordis ꝓcedũt, A mendace, inquit Sapiens, quid verũ dicet? & ab impio, qd piũ fiet?

Christus tamẽ nos pulchre, hic erudiuit, quãdo ex fructibus eoꝝ cognoscendos docuit. Duplicia eñ habent opa. Alia q̃ vocat vestimenta ouiũ, quę non sunt eoꝝ fructus proprij, sed simulata, iuxta consilia & vias suas. Verũ vbi eos tetigeris & aduersatus fueris. En hic proruũt ꝓprij eoꝝ fructus, ira, tumor, clamor, superbia, detractio, maledictio, excusatio, inuidia, blasphemia & similia portenta, neq; eñ alios fructus, de ijs spinis, q̃ spinas has acutissimas colligas, tales, vides & nr̃os cerimoniales iusticiarios.

Et in Cathedra pestilentię non sedit.

Idẽ eñ deserto Christo faciũt iudęi, sub q̃rũ labijs venenum aspidũ insanabile, & fel draconũ vinum eorũ, necesse est eñ, vt contra Christũ doceant, qui nõ Christũ docent. Hos sequũtur hęretici, alio nomine quidem & persona, sed eadem impietate pestilentes, & ad nostra veniendo, Cathedrã pestilentię possident. Qui opinionib⁹ phõrũ, traditionib⁹ hoĩm, consilijs capitũ suorũ, replent Ecclesiã Christi, opprimũtq; miseras animas, omisso interim ṽbo dei, quo solo pascitur, viuit, seruatur anima. Quo fit, vt homines aliam iusticiã ignorẽt, q̃ quæ operib⁹ paratur, hæc aũt est impietas & peccatũ corã deo, Impossibile est eñ, vt sine periculo, opera legũ doceas quarũcũq; nisi meliore parte doctrinę, & maiore studio, prius fidem docueris in Christũ, Paulus vndecim capitulis ad Ro: Fidẽ fundat, & quinq; capitulis, deinde, mores superedificat. Ad Galathas, quinq; fidem, vno & sexto mores docet. Sic & in alijs quoq; ep̃lis facit, Christus in Euãgelio non nisi fidẽ quærit.

Sed in lege domini volũtas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Grãmatica Theologica.

Legem dñi

Legem dñi (vt semel scias) vide, vt vbiq; longissime latissimeq; distinguas, a legib⁹ quorūlibet hominū, totaq; cura obserues, ne in vnū cahos vtrūq; confusę (vt fit per pestilentiæ doctores) te miserrime perdant, dū vel ex lege dei faciūt traditionē hoīm, aut ex traditione hoīm, legem dei, Exemplis id ostendemus, Lex dñi est. Honora patrem & matrem, Ex hac lege, pharisei fecerūt hāc traditionē. Munus qđ ad altare offertur, meli⁹ est q̄ qđ parentib⁹ datur, vt legis Matt: xv. Rursum sic deo in vero mandato contēpto, alio mandato suo ꝓprio cū honorant, ex lege sua, legem dei statuentes, Lauari manus, cū māducas, seniores tradiderāt, At seniores nō audire, idipm est, ac deū nō audire. Itaq; dicit ibidē, hypocritę bene ꝓphetauit de vobis Isaias, populus hic labijs me honorat, cor autem eorꝫ longe est a me, sine causa aūt colūt me, docentes doctrinas & mādata hominū. Sic hodie inualuit, vt vocē Pōtificū & Romanę Curię, solam audiendā cū tremore, audacter ꝓnuncient, interim oībus dei mādatis, etiā irrisis, nedū contēptis: nec ab vllis hominū magis, ꝙ ab illis ipis Curię vocē tremendā iactantibus, deniq; perduxerūt, has impijssimas supstitiones in eas angustias, vt reperiant passim sacrificuli, qui peccatū mortale arbitrent̄, si sine stola, sine manipulo, aut alia obseruatiōe omissa sacrificēt, Q; si i Canone missę lapsi sint, vel inuiti, sūmū piaculū est, Sed pudet me recēsere, & alia sacerdotū & religiosorū ridicula conscientiaꝝ terriculamenta, cū interim si libidine, ira, inuidia, auaricia, superbia, multoꝝ annorū tpe perierint, ac deū contēpserint, ne sentiant quidem.

Voluntatem, primū, hic neq; ꝓ potentia, neq; ꝓ stertēte illo habitu, quē recentiores Theologi ex Aristotele inuexerūt, ad subuertendā intelligentiā scripturę. Item neq; ꝓ actu, quē ex ea potentia & habitu elici dicūt, Non habet vniuersa natura humana hanc volūtatem, sed de cęlo veniat necesse est. Cū em̄ humana natura sit intenta & prona ad malum, vt diuina dicit autoritas. Gene: viij. Lex vero dñi sit bona, sancta iusta, Sequit̄ ꝙ volūtas hominū sit aduersaria legi, odiat legē, fugiat legē, Q; si quādoq; timore pœnę, aut cōcupiscētia ꝓmissi, simulet se diligere legem, manet tñ intus semper odiū legis, nec pōt eā gratuito diligere, non em̄ diligit, quia bona ē lex, sed quia sibi comoda.

Est aūt volūtas hęc, purū illđ bñplacitū cordis, ac voluptas quędam in lege, quę nō quęrit quid lex ꝓmittat, nec quid

minetur, sed solū id, qđ lex sancta, iusta, bona est. Est ergo nō modo amor legis, sed etiā amans delectatio in lege, quā nullis prosperitatibus, nullisq; aduersitatibus possit mūdus & princeps eius tollere ac vincere, sed per inopiā, infamiā, crucem, mortem, infernū, victrix perrūpit, in aduersitatib⁹ em̄ maxime eminet.

Venit aūt hęc volūtas ex fide in deū, per Ihesum Christum. Cęterū volūtas, q̄ metu pœnarū extorquetur, seruilis est & violenta, quę aūt cupiditate p̄miorū allicitur, mercennaria est & simulata, Illa aūt liberalis, gratuita, hilaris, vnde Christi populus, Nedaboth, hebraice, spontanei, volūtarij, liberales vocāt. Ex quibus om̄ibus liquet, q̄ hic psalmus nisi de solo Christo intelligatur, speculū & meta ē, ad quā nitendū sit beato viro, cū nullus sit in hac vita, cui non aliquid huius volūtatis desit, p̄pter legem & voluntatē mēbrorū contrariam illi, vt Ap̄lus Ro: vij. queritur, quæ iuxta theologiā crucifigenda est, iuxta phiam vero pro virtute habenda.

Meditari, dicūt id esse, qđ differere, disputare, & oīno verbis exercere, vt p̄s xxxvi. Os iusti meditabitur sapientiā. Hinc B. Aug: in sua translatione habet, Garrire, pulchra sane metaphora, q̄ vt garritus auium est exercitiū, ita hominis (cuius est p̄priū officiū sermocinari) exercitiū sit sermocinatio ī lege dn̄i. Sed & poeta, meditari hoc modo accipit. Syluestrē tenui meditaris arundine musam. Nō possum satis digne huius verbi vim & gratiā cōmendare, consistit em̄ hęc meditatio primū in obseruatiōe intenta verborꝝ legis, deinde in collatione mutua diuersarū scripturarū, quę est quędā iucūda venatio, imo lusus ceruorꝝ in saltu, vbi dn̄s p̄parit ceruus, & reuelarit cōdensa. Ex ijs em̄ p̄cedet tandē, eruditus in lege dn̄i, ad populū sermo. Exēpli grā. Nō occides, si perfunctorię transeas, frigidū verbū est, & iuxta literarū sonū opus homicidij, p̄hibitū audies. At siste & obserua, quia non dicit. Non occidat manus tua, sed tu ipse. Quid aūt es tu? Aīa & corpus, habēs tot vires in vtroq;, manū, linguā, oculos, mentē, volūtatē. Qñ ergo tu occidere prohiberis, nōne iam neq; manu, neq; lingua, neq; volūtate occidere doceris? quidquid em̄ horū occiderit, tu occidis. Nō ergo irascendū, nō malevolendū, nō maledicēdū, nō detrahēdū, nō facie auertendū, nō contēnendū, nō nocendū, nec noceri optandū, sed contra amandū, benedicendū, benefaciendū.

Quid ergo? nempe, Nō occidas, erit id qđ non sis amarus & iracūdus, sed dulcis ac humanus proximo tuo. Tū vide, quot loca scripturę, de charitate, mititate, suauitate, beneuolētia, bonitate, benignitate doceāt, quę si adduxeris, nōne pulchre garrijsti, & meditatus es in lege dñi tui?

Die & nocte, siue ad literā accipias, siue tropo quodā ꝓ assidue, aut allegorice, ꝓ tpe aduersitatis & prosperitatis, nihil refert. Nam & dormiens iustus, legem dñi amat & cogitat.

Dicit ergo, Beato huic viro, erit volūtas sua in lege domini prorsus nihil videbit, amabit, odiet, bonorum, malorūue, sed hac volūtate prorsus sup̱ oīa creata, eleuabitur. Quid igitur mirū, si beatus sit, qui cęlesti hac volūtate p̄ditus, nihil eorum sapit, in quib⁹ collidūtur, stulti beatitudinis ęstimatores? tum quia per hanc volūtatem, iā vnū cū verbo dei factus (siquidē amor vnit amantē & amatū) necesse est, vt gustet, q̄ bonum, suaue, purū, sanctū, mirabile sit verbū dei, summū scz bonum qđ illi gustare nō possunt, qui vel manu, vel lingua, tm̄ sunt ī lege, volūtate aūt in sordibus rerū mersi, Sūt em̄ multi garruli, de lege dñi multa loquentes, multa simulantes, multa quoq; cogitantes, sed nondū amātes, Nō dicit. Beatus vir cuius ligua in lege dñi, nō cuius manus, nō cui⁹ mens aut speculatio, qb⁹ inflantur & palpant seip̄os, quasi iā sancti & salui sint.

Porro volūtas hęc, tota vita est hominis, Non est em̄ metuendū, ne vllo alio membro extra legē sit, qui volūtate hac, vitę fonte & capite, in illa fuerit, Quo em̄ amor fertur, huc sequūtur & cor & corpus. In quo iterū vide, contrariā piorū & impiorū cōuersationē. Impij suā iusticiā incipiūt ab extra, & tendūt ad intra, Primū opus simulant, deinde & verbū, postea & cogitationē exercent, Et hoc eoꝝ summū fastigiū, tum mox aliorū Magistri, quicquid cogitāt, dicūt, faciūt, sanctū ac diuinū esse volūt, cū ad hanc secretā volūtatem nūq̄ peruenerint. Pij incipiūt ab intra, a sancta hac volūtate, tū sequitur meditatio, tandē & opus extra, post hęc doctrina aliorū vt videbim⁹

Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Non est sine damnatione meditatio, nisi prior sit volūtas, amor ipse per se docebit meditari, Verū hęc volūtas, desperatis nobis de virib⁹ nr̄is ꝑ humilē in Chr̄o fidē, de cęlo (vt dixi) petēda ē, Hoc bñ nota.

Mos est & natura omibus amātibus, de suis amoribus libēter garrire, cantare, fingere, componere, ludere, item libenter eadē audire. Ideoq; & huic amatori Beato viro, suus amor, lex dñi, semper in ore, semper in corde, semper (si pōt) in aure est, qui em̄ ex deo est, verba dei audit. Cantabiles mihi erant, inquit, iustificationes tuę in loco peregrinationis meę. Et iterū. Et meditabor in iustificationib9 tuis semper.

At qui siliquas porcorū, versant, qui de rebus naturalib, de opinionib9 hoīm, de p̄bendis, de dignitatibus, de ptāte ac priuilegijs ecclesiarū, & infinitis hijs nugis garriūt die ac nocte, putas beati sunt viri? imo longe miseriores, q̄ qui de puellarū amorib9, aut poetarū fabulis garriūt, hij em̄ sciūt se stulte agere, & aliqn̄ pœnitere possūt, illi vero prudēter & sancte sese agere putātes, impietati suę immoriūtur, Et tandē iura sua, summā sibi iniuriā & iniquitatē cumulasse, frustra pœnitebūt. Non em̄ in lege dñi meditantur.

Et erit tanquā lignū quod plantatū est secus decursus aquarū/ quod fructū suū dabit in tpe suo.

Dixi, Beatitudinem huius viri esse absconditā, in spiritu, ī deo, ita vt nisi fide aut experiētia, cognosci nō possit, Hoc esse verū liquide scies. Si volūtatē eius ęstimes, in qua sola sua beatitudo est, nō in diuicijs, non in honoribus, non in iusticijs ac virtutibus suis, nō deniq; in vllo bono, qđ (excepta hac volūtate legis) intus & extra hominē nominari possit. Quin potius in cōtrarijs, in paupertate, in contēptu, in stulticia, & oībus malis, q̄ intra & extra hominē nominari possunt, ita, vt quē hic propheta beatū predicat, hūc mundus oīm suffragijs, solū oīm miserrimū iudicat, sicut in Christo horū beatorū capite & exemplari vidit Isaias, dicens eū nouissimū virorū. Non enim potest mūdus & princeps eius: eū hominē tolerare, qui hac volūtate beatus esse volet, suasq; beatitudines despiciat, ideo raritatem eorū contēplatus incepit, o beatus vir qui &c̄,

Nūc descripto beato viro, sua p̄pria diffinitione, declarat eundē nō minus pulchra similitudine, diffinitio certe absoluta fuit, ab omi malo eū asserens liberū, omi bono plenū (qđ etiā vulgus beatitudinē vocat, sed in re pręsenti, ille aūt in fide) ita

& similitudo ab eodem malo liberũ, & bono plenũ probat, quia em̃ beatus iste, in fide absconditus, demõstrari ad oculũ, nullo exẽplo potuit, sicut decet diffinitores facere, similitudie visibilis rei depingit, Et quia figuratę iustũ discribit, non est in vocabulis immorandũ.

Ego credo arborem palmę hic periphrasticos describi, Nã & alius p̃s dicit. Iustus sicut palma florebit, sicut cędrus libani multiplicabitur, vt qđ ibi breuius, hic copiosius sit explicatũ. Palma em̃ riuos aquarũ amat, & (vt Pli: ait) toto anno bibere, perpetuo viret, & dulcissimos fructus parit, Forte ex palmis, quę apđ Hiericho ad Iordanem, celebres sunt, hãc similitudinẽ assumpsit, Nam inde Hiericho vrbs palmarũ quoq; dici putatur. Multis em̃ & alijs locis scripturę Iordanis in mysteria seruit, vnde illđ est, puteus aquarũ viuentiũ, quę fluunt impetu de libano,

Canonem hic tibi tradidit propheta, ad allegorias, arborũ & fluminũ in scripturis occurrentiũ, intelligendas, arbor hominẽ, bona bonũ, mala malũ, sic Christus quoq; docet. Qđ q̃ scio sanctiss. Aug: cũ a Pelagianis vrgeretur, ne ex fideliũ coniugio nasci prolem inculpatã admitteret, per arborẽ, volũtatẽ hominis ĩtelligi velle, nõ hominẽ, Et forte possit adiuuari, qđ hic spiritualis homo describitur, qui potissimũ ipsa voluntas, seu spiritus est. At puto non minus & forte melius, totũ hominẽ, arborem dici, radicem vero esse volũtatem, ramos mẽbra & vires, tñ non contendo.

Plantatũ est, inquit, in quo distinguit hanc palmam ab ijs, quę sponte nascũt, vt quę cura & cultu alieno, nõ sua natura, talis sit. scz ex ea q̃ sponte & natura creuit, excisa, & arte sicut surculus, alio plantata, hoc est qđ dixi, Voluntatẽ in lege dñi nulli a natura inesse, sed agricolante & plantante patre celesti, & nos ex Adam in Christũ trãsferente, nobis e cęlo cõferri. Decursus aquarũ, riuos certe gracię diuinę intelligit, palma em̃ in leui, sabulosa, nitrosa, salsaq; terra crescere dicit, ideo perpetuo riuis gaudet, ita voluntas hęc radix huius arboris, cũ sit in vita hac, arida, ĩfructuosa, eo magis sitit, aquarũ cęlestiũ riuos, quo minus inuenit in mundo, quo vegetetur. Sic ille, in terra inuia & inaquosa. Et Isa: liij. Ascendet corã eo, sicut radix de terra sitiente, Nonne mirum est arborem in sterili terra crescere solis riuis aquarũ nutritã? Et beatus hic, quo sterilior sibi mũdus, eo sitientior erit aquarũ celestiũ. Nõ crescit in pinguedine terrę, hęc arbor, nec beatus in luxu mũdi.

Alij ſcrutati ſunt, Cur lignũ maluerit, q̃ arbor dicere, item dabit fructũ potiꝰ q̃ feret fructũ. In Geneſi legimus deũ creaſſe lignũ, nõ arborẽ, & hic tropũ ſeruat ſcriptura, lignũ ꝓ arbore, Et dare fructũ indicat hũc beatũ virũ, charitate (quã in omni lege dñi videmus p̃cipi) ſeruire nõ ſibi, ſed ꝓximis. Non ẽ em̃ arbor vlla, quę ſibi fructificet, ſed dat fructus ſuos alteri, imo nulla creatura ſibi viuit aut ſeruit, (pręter hominẽ & diabolũ) Sol nõ ſibi lucet, aqua nõ ſibi fluit &c̃. Ita om̃is creatura ſeruat legem charitatis, & tota ſubſtantia ſua eſt in lege dñi, ſed & humani corpis membra, non ſibiipis ſeruiũt, ſolus affectus animi impiꝰ ẽ. Hic em̃ nõ ſolũ ſua nemini dat, nemini ſeruit, nemini benevult. Sed omniũ omnia ſibi rapit, in om̃ibus, in deo ipſo quęrens q̃ ſua ſunt, vt recte dicere poſſis, hanc eſſe arborẽ, ſpinam, aut rhamũ, ſponte natam, nullius cultu fotam, neq̃ riuis aquarũ gaudentẽ, nihil preter ſpinas afferentẽ, quibus oĩm q̃ circũſtant arborꝝ, fructus ipſasquoq̃ pungat, laceret, ſuffocet, tũ omniũ q̃ pretereũt, veſtes, vellera, cutẽ, carnẽ & omnia, rapiat, vellicet, vulneret. Expreſſit itaq̃ Propheta beneficiũ bonarum arborum, ꝙ cum nulli noceant, om̃ibus proſint, ſuos fructus volenter dantes.

In tempore ſuo, O Aureũ & amabile verbũ. quo aſſeritur libertas Iuſticię Chriſtianę. Impijs ſtati ſunt dies, ſtata t̃pa certa opera, certa loca, quibꝰ ſic inherent, vt ſi proximus fame eſſet moriturus, nõ ab illis diuelli poſſint. At beatus hic vir. Liber in om̃e tẽpus, in om̃e opus, in om̃em locũ, in omnẽ perſonã. Vtcũq̃ ſeſe obtulerit caſus, tibi ſeruiet quodcũq̃ inuenerit manus eius, hoc faciet, Nõ eſt Iudęus, neq̃ gentilis, neq̃ grecus, neq̃ barbarus, nulliꝰ prorſus pſonę. Sed dat fructũ ſuum in tẽpore ſuo, q̃cies opus ſit eius opera, Deo & hom̃ibus ideo, neq̃ fructus eius habet nomen, neq̃ tẽpus eiꝰ habet nomen, neq̃ ipſe habet nomẽ, neq̃ riui aquaꝝ eius habẽt nomẽ vnus nõ vni, nec vno tẽpore, loco, opere. Sed om̃bus, vbiq̃, per om̃ia ſeruit. Eſtq̃ vere vir omniũ horaꝝ, omniũ operũ, omniũ pſonaꝝ, & imagine ſui patris, om̃ia in om̃ibꝰ & ſuper om̃ia. Impij vero ſicut p̃s xvij. dr̃, Claudũtur in anguſtijs ſuis, ſeip̃os captiuãt, & in operibꝰ, t̃pibus, locis a ſe electis torquẽt, extra quę nihil rectũ geri putãt, vnde ſuorũ fructuũ ęſtimatores, nihil faciũt, q̃ vt alienos fructus mordeant, iudicent, dãnent, liberrimi & in quocũq̃ t̃pe prõpti, alios rep̃hendere, & oĩno tales in malo faciendo, quales pij ſunt in bono, Sunt

ẽm & ipi oĩm horarũ viri, nõ vno modo, nõ vno tp̃e, nõ vni homini, sed vtcũq; sors obtulerit, alijs detrahentes ac nocẽtes, Quæ studia, si verterent ad bona, nullo meliore cõpendio, pij fierent. Nõ sane hæc dico, q͞ cerimonias ecclesiarũ & monasterioꝝ reprobem, imo hęc fuit prima religiosorũ institutio vt qui monasterium ingressus esset, maiori subiectus, disceret, nihil ꝓprie opari, sed promptus oĩbus in oĩbus seruire, Erãtq; Monasteria vere quędã Gymnasia Christianę libertatis exercendę & perficiendę, sicut adhuc sunt, sicubi priscã seruant institutionẽ, hic inq̃ erat finis & modus cerimoniaꝝ, Nã quid sunt ipa quoq; charitatis & misericordię opa, q̃ liberę quædã cerimonię, cũ & ipa sint externa & corpalia? Et veteris legis cerimonię itidẽ erant, vtilissimę exercitationes verę & liberę pietatis, At vbi cœperũt peruersitatis studio, in libertatis iniuriam vsurpari, & earũ p̃textu vera pietas extingui, iamq; ꝓ libertate, seruitus tyrannisaret, opus erat vt vniuersę tollerentur, sicut & nũc q̃q; pastorũ pię sollicitudinis esset, tumultus cerimoniales abrogare, vbi nõ nisi in laqueos animaꝝ, & in offendicula, liberę pietatis grassantur.

Et folium eius non defluet.

Perstat in figura pulcherrima, foliũ oĩno verbũ & doctrinã significat, diximus aũt palmã perpetuo folijs virere. Cõtra de impijs dicit Isa: i. Quãdo fueritis velut quercus defluẽtib⁹ folijs. Confer iam singula cũ singulis, Impij ambulant in cõsilijs suis, Pius amore legis fixus, plantatus est ad riuos aquarũ, illi stant in via peccatorũ, hic meditatus in lege dñi, dat fructũ in tẽpore suo, illi in cathedra illusorũ sedent, huius foliũ nũq̃ deficiet. Et nota, q͞ prius fructũ q̃ folium describit, & q̃q̃ palmæ natura est, vt pomum suum inter folia, sicut in cæteris fit, sed inter ramos, & non comam omnem in cacumine habeat, vt possit & ipsa videri, prius fructum q̃ foliũ producere (a palma eñ diximus, hanc figuram sumptã) tamen & ipse spiritus, recte instituit fidelem in Ecclesia predicatorem, vt sciat regnũ dei, non esse in sermone, sed in virtute. i. Corin: iij. Et cepit Jhesus facere & docere. Et idem erat vir potens in opere & sermone. Ita fructum vitæ, prius prestet, qui verbum doctrinæ profitetur; si non velit, folium suum defluere.

ſicut eñ arbor contemnitur, quę folijs luxuriat, ſine fructu, ſed & Chriſtus ficũ maledicit, quæ fructũ non ferebat, ita docente. D. Greg. cuius vita deſpicitur, & doctrina contemnitur, alijs eñ p̄dicant & ipſi reprobi efficiũtur, quib⁹ Matt. vij. p̄dicit, audituros eos eſſe ī iudicio, Diſcedite a me oẽs oparij iniquitatis, etiã ſi in nomine ei⁹ ꝓphetarint, & per verbũ Chriſti virtutes multas in cęteris fœcerint.

Quęrat quiſpiã, Tam multi fuerũt ſancti & martyres, quorũ tamen nec fructus nec folia relicta ſunt, ſed om̃ia cũ eis interciderũt, Nec oim Apoſtolorꝫ verba habemus, quomodo hæc laus beati viri erit generalis?

Reſpondeo, Verbũ eorũ, nõ fuit verbũ eorũ, nõ eñ vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis, Om̃es ſancti eodem verbo docti ſunt, idem verbũ docuerũt. Sicut. i. Corin: x. Oẽs eandem eſcam manducauerũt, & eundem potũ biberũt, Verbũ aũt dñi manet ineternũ, in ſæculũ ſęculi veritas eius, Poteſt itaqꝫ videri, Beatus hic vir & lignũ fructiferũ, totã Eccleſiã ſignificare, aut eos qui docentiũ officio pręſunt, verũ nõ obſtat, & de quocũqꝫ iuſto eũ intelligi, habet & ipſe idem foliũ, ſi non alios, certe ſeip̄m docet, in corde meditatus in lege dñi, qđ verbũ & in ipſo manet inęternũ, ſicut & in tota Eccleſia, deniqꝫ cũ om̃es fideles ſint vnũ corpus, etiã ſi foliũ hoc, ſoli⁹ ſit membri qđ p̄dicat, per cõmunionẽ tñ oĩa ſunt oim, verbũ eñ meũ eſt, qđ lingua mea p̄dicat, & ſi ego ſum auris non lingua, ita & de reliquis membris & toto corpe ſentias.

Et om̃ia quę faciet proſperabuntur.

Si de ligno ſeu palma hęc dicit, illud tangit, ꝙ ſola palma dicitur aduerſus pondus ſurſum niti, vt in trabib⁹ palmaceis viſum eſſe dicunt.

Facere, hoc loco (niſi ſum nimio audax) nõ ſignificat opa bona iuſti viri, Nã hęc ſatis ſunt nomine fructus cõmendata, ſed facturas ſeu plaſmata potius, quo modo opera artiũ facimus, Siquidẽ & philoſophi, agere prudentię, facere arti, tribuũt, & eandẽ differentiã in hebręa lingua cernere liceat (mea temeritate). Nam verbũ aſa, pro facere, & paal, pro agere ferme accipi video. Sicut p̄s xxvij. Q m̃ non intellexerũt opa dñi, & opera manuũ eius, vt ſit opus manuum dei, ip̄m plaſma, ſicut dicit

dicit, Opus manuū mearū Israel. & Gene. i. Fecitq; deus &c. Et ps xciiij. Ipsius est mare & ipse fecit illud, Opa aūt dei sint, ea q̄ per creaturas facit, maxime aūt verbum & gratia, quib⁹ agit & agere nos facit.

Esto itaq; facere, instituere, ordinare, diuersis ministerijs ecclesiasticis distribuere, & vt Apostoli Petrus & Paul⁹ docuere multiformis gratię dei, ministratores facere, Ecclesias fundare multiplicare, vt sic ipi fideles sint, plasmata, opa, facta eorū, Sic em̄ Galatas parturit, & Corinthios genuit Apl's, opus meū, inquit, vos estis in dn̄o. Intelligis ergo spiritualē esse hāc facturā beati viri, nō palatia, nō imperia, nō pompas. Hæc em̄ & gentes faciūt ac pariunt, sed multos bonos ac beatos, sibiq; similes reddere, hoc demū est facere hui⁹ Beati viri.

Prosperitas quoq; caue, ne carnalis a te intelligatur, in abscōdito hęc est, & penitus in spiritu, adeo vt nisi fide eā teneas, potius summā aduersitatē iudices. Nam diabolus sicut fōliū & verbū dei, extreme odit, Ita & eos qui ipm docet & audiūt, totius mūdi adiutus virib⁹ persequitur. Miraculoꝝ ergo oīm miraculū audis, qn̄ prosperari audis omnia q̄ facit vir beatus. Quid em̄ mirabilius, q̄ q̄ fideles dū occidūtur crescūt, dū minuūtur multiplicātur, dū subijciūtur superant, dū expelluntur intrant, vincūt cū vincūtur. Sic em̄ mūdus est victus & princeps ei⁹. Sic mirificauit dn̄s sanctū suū, vt hoc sit summę pspe ritatis, qd' summę est infelicitatis. Hęc est psperitas sapientiū, & cōuersio virorū. At nūc illd' prouer. i. videmus impleri, auersio paruulorū interficiet eos, & psperitas stultorū perdet illos. Nūc em̄, quia reb⁹ Ecclesię personas & nomia fecimus, & spiritū in carnē traximus, ideo bonus status ecclesię, nūc vocatur opulētia, tyrannis, impunitas, pax carnis, & pōpa plusq̄ mūdana, vidit em̄ diabolus & intellexit tandē psperitatem hanc spiritualē, ideo cohibuit se, & alia via nos aggressus, horrēda infelicitate nr̄a triūphat, Et qui bello vincebatur, pace nūc regnat, mira certe vtrinq; dei ordinatione. Scite ergo & verissime S. Hilarius dixit, ecclesiæ esse naturā, vt aduersitatibus crescat, vtiq; prosperitatib⁹ decrescat. At hęc sapientia crucis, & noua rerū significatio, nō mō incognita est, sed longe oīm q̊q; horrendissima, ipsis etiā Ecclesię optimatib⁹, Nec mirū postq̄ desertis sacris literis, infœlices hominū cōstitutiones & ratiocinaria pecuniarū cœperūt legere.

C

Non ſic impij, non ſic.

In heb, ſemel, Nō ſic, dicitur, ſed hoc parū habet momenti. Et cū audis impios, recordare eorū, q̄ de impietate ſupra diximus, ne cū impijs, hoc verbū releges, tm̄ ad Iudęos, hęreticos, & neſcio quos longe poſitos, ne forte & tu dei timore poſito, hoc verbū dei, nō reuerearis, Sed cū impiꝰ ſit, qui ſine fide Chri eſt, tremendi ſunt, tibi hij ſermōes, ne & tu inueniaris impius. Verus em̄ pius, tremit ad oīe verbū dei, ſicut Iſaie vltio dicit. Ad quē aūt reſpiciā, niſi ad quietū & humilē & trementē ſermones meos? Q ūo cōfides te ſatis fidei habere? at quātū deeſt fidei, tm̄ adeſt impietatis. Impiorū ē, ea q̄ bona ſunt tota ſecuritate ſibi arrogare, & mala ad alios referre, Piorū eſt mala ſibi intentata credere, & bona ad alios pertinere, nec niſi cū multa indignitate ad illa ſuſpirare, vt non per meritū, ſed nudā ſpem miſericordię dei eadē conſequantur.

Igitur impijs nihil proſperū, foliū areſcens, nec plantati ad riuos aquarū. Itē in ſpiritu loquentem, audi in ſpiritu, Impios em̄ florere & bene hr̄e oīs ſcriptura clamat, & idem in multis pſalmis videbimus, ita vt de ipis ſolis poſſis dicere, foliū eorū viret, oīa q̄ faciūt proſperantur, fide ergo opus eſt.

Sed tanq̄ puluis, quē ꝓiicit ventus a facie terrę.

Additū eſt, a facie terrę, ſed ſine periculo intelligētię, ſic nec illud refert qđ heb. cāmotz, ſicut palea, puluis aceris ſeu quiſquilię ariſtarū dr̄. Idē eſt em̄, ſiue puluis ſiue acus, fauilla, palea dicatur, ij em̄ ſunt de quibꝰ Luce iij. Cuius ventilabrū i manu eius, & purgabit areā ſuam & cōgregabit triticū in horreū ſuū. paleas vero cōburet igne inextinguibili. Hoc purgamentū, has paleas, hos pulueres, hoc loco ſignificari nō dubites, q̄ q̄ vere & ꝓprie acus & cōminuta palea ſignificetur. Sic Iob xxi, eadē ſentētia, erūt ſicut paleę ante faciē venti, & ſicut fauilla, quam turbo diſpergit.

Obſerua, nō ſimpliciter paleas appellat, ſed eas quas ꝓijcit ventus, nō eas quę tranquillę iacēt, ſed diſperſas, vagas, inquietas, paleas vult ſignificare, Et de Iudęis primo intelligendus ē. Hij tripliciter ꝓpelluntˀ. Primo corpaliter a turbinibꝰ. i. volūtatibꝰ, & indignatiōe hoīm, inter quos habitāt, vt ad oculum cernimus, nullas eſſe eis certas ſedes, omni momento expoſitis

vento huiuſmōi ꝓpellenti. Secūdo ꝙ vento doctrinæ variæ circūfertur mens eorꝫ per peſtilentes doctores, dū nō ſunt plā-tati in Chriſti fide, mente aūt incertis doctrinis diſpulſa, iā nec conſciētia certa & quieta eſſe poteſt. Tercio in nouiſſimo die, turbinibꝰ ęternis, intolerabilis irę dei pellentur, diſpgenturqꝫ, nūq̄ requiē habituri, ne ad momentū quidem. Hos proxime ſequūtur hęretici p̄ſertim poſtremis duobꝰ turbinibus.

Et quid aliud arbitraris in Eccleſia eſſe, q̄ꝫ turbinē irę dei, q̄ in tot, tam diuerſas, tā incōſtantes, tā incertas, eaſdēqꝫ infinitas gloſas Iuriſtarū & opiniones Theologorū propulſi ſumus, & interim Chriſto penitus īcognito, in multas ſyrtes, charibdes, ſymplegadas cōſcientiarꝫ impingētes, miſerrime colliſi ſumꝰ? Habent aūt & cęteri impij ſuos turbines & ꝓcellas cupiditatū, voluptatūqꝫ in diuitijs, honoribꝰ, fauoribꝰ & alijs fluctibus huius mūdi, quibꝰ infeliciſſime cōcutiūtur, quia vnicā petram ſolidū cordis nr̄i firmamentū contemnūt.

Ideo non reſurgent impij in iudicio / neqꝫ peccatores in concilio iuſtorum.

Sat dictū, qui ſint impij & peccatores, modo tu ne ſine tremore hos dei tui ſermōes audias, quaſi pius & ſanctus ſis. Timor ipē, pietas eſt, imo ſapientię & pietatis caput & principiū.

Surgent, hebreus habet, non reſurgent, neqꝫ de reſurrectiōe mortuorū loquitur. Non eñ dixit. Non reſurgent homines in iudicio, ſed impij. Alia ē reſurrectio hominū, alia impiorꝫ. Proinde recte in ſymbolo, Carnis magis q̄ hoīm reſurrectio dicitur. Et Apoſtolus, mortuorū ſeu hominū reſurrectionem vocat, euidenter duas reſurrectiones hominis aſtruens, Carnis & ſpiritus. Surgere aūt hic ſignificat, ꝙ impij non ſtabūt corā deo iuxta illud p̄s v. Neqꝫ habitabit iuxta te malignus, neqꝫ ꝑmanebūt iniuſti ante oculos tuos. Et p̄s xxiij. Quis aſcendet in montem dn̄i, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Sic de Chr̄o quoqꝫ dicit, Dū exurgeret in iudiciū deus. Et p̄s. xi. Nunc exurgam dicit dn̄s. Idem ergo eſt. Non ſurgent, quod non ſtabūt, non ſeruient, non miniſtrabunt deo, ſicut q̄ꝫ maxime preſumunt.

9

Iudiciū hic officiū significat, tropo scripturę, sic totus liber iudicū, a iudicibus seu rectorib⁹ vocatur. p̄s. cxxij. Quia illic sederūt sedes in iudicio, sedes super domū Dauid. Ita de Chr̄o p̄s. cix. Iudicabit in nationibus. i. erit iudex gentiū. Et p̄s. lxxi. Iudicabit pauperes populi. i. reget eos. Et p̄s. xcv. Iudicabit orbē terrę in equitate, & populos ī veritate sua. Est itaq̧ sensus.

Impij nūq̄ eo ascendent, vt sint iudices & rectores fideliū, sed neq̧ in concilio, idest congregatione eoꝝ, hoc est nec de primatib⁹, nec infimatib⁹ iustorū erūt, apertius ergo erat, Ideo nō surgēt impij in iudiciū, neq̧ peccatores in conciliū iustoꝝ, prorsus nō censebūtur inter seruos dei.

Sed quid? Nūquid impios rectores, & malos homīes deturbabimus, & e medio nr̄o ejciemus? Aut non est conciliū fideliū, vbi p̄sunt impij, & intersunt peccatores? Absit.

Dixi in spiritu loqui prophetā, ideo in spiritu audiendū, sicut em̄ Iudas erat Ap̄l'us, & nō erat ap̄l'us. Et vt Ioan: dicit. Exierūt ex nobis, sed nō erant ex nobis, Ita impij dū p̄sunt, ad hominē visibiliter p̄sunt, re vera nō p̄sunt, Nā & Zacharias, O pastor inquit & Idolū, derelinquens gregē, simul pastorē appellans, quo nomine apud homines honorabatur, simul Idolū, quo re vera apud deū dānabatur. Ita & Christus, vt intelligeremus p̄sidentiam nō esse rem ipsam fidelis, multos impios in hac vita remunerat, tam vili mercede, tolerandi itaq̧ sunt vtriq̧, sicut palea intra triticū vsq̧ ad ventilationis diem.

Et vide ne id propheta clare indicet, cū em̄ p̄misisset. Non sic impij, nō fuisset necesse repetere in alio versu, sed suffecerat dicere. Ideo nō surgent in iudicio, neq̧ in consilio peccatorū, sed detraxit personas & externā hominū faciem, quia homīes diuites, potentes, & si qua alia facies est, possunt surgere in iudiciū, & esse in concilio iustorū, cū hęc oīa ad corpus pertineant, sed impij & peccatores nūq̄. Igitur emphasis & epitasis tota in vocabulis, impij & peccatores viget. Reuera & in sp̄ū nūq̧ p̄sunt, nūq̄ intersunt impij, fidelib⁹, licet tāta specie vitę fulgeant, vt nulli magis p̄esse & interesse fidelib⁹ putētur. Hāc em̄ laruā & hypocrisim, qua se inflant & p̄sumūt, secūq̧ alios fallūt, persequitur hic psalmus, deniq̧ hunc esse huius versus sensum. sequens versus declarat.

Quoniā nouit dn̄s viā iustorū/ & iter impiorum peribit.

28

Poterat interpres omissa varietate sua, dicere via impiorū, cū sit eadē dictio, & satis pulchra erat, antithesis, via iustorū, via impiorū, seruata simplicitate vocabuli.

Tam speciosa (inquit) est via impiorꝝ, vt apud homines videantur, surgere in iudiciū & conciliū. Sed ille, qui nō fallitur nouit vias eorū, & scit eos impios esse, & coram eo nō sunt in vllo Ecclesię suę numero. Nouit solos iustos, impios non nouit, idest nō approbat. Proinde qđ illi minime omniū credūt, via eorꝝ peribit, peribit inq̄, quę tāto successu crescit, vt ęterna videatur futura. Vide q̄ nos a specie ꝓspera absterreat, & varias tentationes & aduersitates nobis cōmendet. Nam hanc viā iustorū, homines oīno reprobāt, putantes, & deū ignorare eam, Quia sapiētia Crucis hęc ē, ideo solus deus nouit viā iustorꝝ, adeo abscondita est etiā ipsis iustis, dextera em̄ eorū ducit eos mirabiliter, vt sit via, nō sensus, non rationis, sed solius fidei, in caligine & inuisibilia videntis.

Quādo ergo impijs pastoribus obedimus, nō impijs, sed hominib⁹ obedimus, nō em̄ impietatē eorū audimus aut sequimur, sed humanā presidentiā toleramus. Rursum, qui eos ejciūt & deturbant, vt in Bœmia factū videmus, Nūquid impios deturbant? Nō, sed homines deturbant, Nam etiā deturbati impij, impij manent. Tunc aūt impius deturbatur, qñ de impietate ad pietatē ducitur, quod nō fit furore, externe violento, Sed charitate interne orante, forisq́ȝ monente, si de⁹ cooperatus fuerit.

Cui hęc intelligentia nō placet, maneat in illa, qđ impios primū Iudęos appellat. Nā hos & multis alijs locis expellēdos ab Ecclesia p̄dixit, Sed & hęretici, & quicūq́ȝ palam suā ꝓfitent impietatē, tū ipi seipsos ab ecclesia alienāt, tū ecclesia quoq́ȝ eos alienat & excōmunicat, q̄tūlibet se solos, Ecclesiam esse & populū dei iactitent.

In fine, hoc mouendum, quod illustrissimi patres, presertim Athanasius & Aug: tradiderunt, hoc est, vt affectibus psalmorum, affectus nr̄os accomodemus & attēperem⁹, cū em̄ psalteriū sit, nō nisi affectuū quedā palestra & exercitiū, sine fructu psallit, qui nō spiritu psallit, vt qñ legis, Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorū, oportet simul affectū mouere & detestari, ac dep̄cari cōsiliū impietatis, non solū pro te, sed ꝓ tota prorsus Eccl'ia, sic viā peccatorū, sic doctrinā pestilentię. Nam hoc igne (charitatis affectu) cōburendi sunt hęretici, & quicūq́ȝ impie sapiūt ac docent, Quę ignē, quia con-

tempſimus, tradidit nos deus in reprobū ſenſum, vt carnifices fieremus, & hæreticos igne naturali cōbureremus, rurſum cōbureremur & ipſi. Ita dū ſonas, Sed in lege dñi voluntas eius, Non hic ſtertas ac tibi ſecure plaudas, quaſi iā ſis legis dei amās, ſed quāto potes ardore affectus, ſuſpires ad eū, qui ſolus venit ignē mittere in terram, nec ꝗdiu viuis, aliter de te ſentias, ꝙ de eo, qui nondū amet legem dei, & vehemēter egeat volūtate iſta legis.

Ita dū oīa proſperari audis iuſto, optandū id tibi eſt & gemendū ꝓ oībus, qui in aduerſitatibꝰ quibuſcūꝗ ſunt cōſtituti. Ita ne foliū defluat, vt purū dei verbū reiectis hominū fabulis & ſomnijs ī Eccleſia Chriſti floreat. Quod ſi qua talia fieri videris, gratulādū, gaudēdū eſt, & grāæ agendę benignitati diuinę. Nec te ad impoſſibilia cogi exiſtimes, fac periculū & gaudebis ac gratus eris, Scio. Primum vno pſalmo, imo vno verſiculo pſalmi exercere, ſat ꝑfeciſti, ſi vnū verſiculū per diem vel etiā hebdomadā, didiceris, affectibꝰ viuū & ſpirantē facere, facto hoc initio, oīa ſequētur, & veniet tibi theſaurus cumulatiſſimus, intelligentiarū & affectionū, tantū vide ne tedio ac deſperatione, abſterrearis inchoare. Nam hoc vere eſt pſallere, ſeu vt ſcriptura de Dauid dr̄ percutere manu citharā. Leues eñ articuli illi cytharedoꝝ, qui ꝑ fidiculas currūt & eas vellicant, ipſi affectus ſunt in verbis pſalmorū, curſitantes & eadem mouētes, ſine quibus vt Cordulę nō ſonāt, ita nec pſalmus pſallitur, quia non tangitur.

Hęc volui hoc primo pſalmo monere ſemel, vt nō ſit neceſſe per ſingulos idē repetere. Scio aūt futurū, ſi quis exercitatus in hac re fuerit, plura per ſe inuentaturus ſit in pſalterio, ꝙ oēs oīm cōmentarij tribuere poſſint. Video. D. Bern: hac arte pſtitiſſe, & omnē ſuę eruditionis copiā hinc hauſiſſe. Idē & in B. Aug: & alijs olſ fieri puto, Quare & nos ex eodē fonte bibere oportet has aquas vitę, ne nos illa irriſio ꝓphetę Amos apprehendat, ſicut Dauid putauerūt ſe hr̄e vaſa (.i. pſalteria) cantici. Et iterū. Auffer a me tumultū carminū tuorū & cantica lyrę tuę non exaudiā, Quid eñ putas deo videat̃. boatꝰ ille aut murmur, quo paſſim tēpla occupantur ſine mente & ſpiritu, niſi quoddā examen muſcarū alis ſuis murmurantiū? cui ſi id addas, vt credas, deo iſta placere, ludibriū & phantaſma ex deo viuo & vero feceris.

❡PSALMVS SECVNDVS.

Vare fremuerũt gentes/ & populi meditati sunt inania. Astiterũt reges terrę/ & principes conuenerunt in vnũ aduersus dñm/ & aduersus Christũ eius.

Hũc psalmũ esse a Dauid factũ, & de Christo loqui, cogit autoritas primitiuę Ecclesię, de qua Lucas Act. iiij. scribit. Vnanimiter leuauerũt vocẽ suã ad deũ, & dixerũt, dñe, qui fecisti cęlũ & terram, mare & oĩa quę in eis sunt, qui spũ sancto p os Dauid patris nr̃i, pueri tui, dixisti. Quare fremuerũt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terrę, & principes cõuenerũt in vnũ aduersus dñm, & aduersus Chr̃m eius. Conuenerũt em̃ vere in ciuitate ista, aduersus sanctũ puerũ tuũ Ihesum, quẽ vnxisti, Herodes & ponti⁹ Pilat⁹, cũ gentib⁹ & populis Israel, facere, q̃ man⁹ tua & cõsiliũ tuũ decreuerũt fieri &c̃.

Firmandus itaq; est animus hoc sensu, nec alio doctrinæ vento agitãdus, de cęlo em̃ cõfirmatus est iste intellectus, cum motus est locus, finita hac eorũ or̃one, vt scribit idem Lucas. Perspicuũ ẽ ergo, per reges terrę intelligi Herodẽ & Pilatũ, etiã si Pilatus non erat rex, hij duo em̃ simul cooperati sunt, vt implerent qđ consiliũ dei decreuerat, sicut hic dicũt (.i. Christum pderent. Nõ em̃ alij hoc fecerũt reges, nec de alia re loquitur, q̃ q̃ sub Pilato, contra Christum gesta est. Reliquum est, vt hũc nihili nodũ dissoluamus) Aut Pilatũ regem appellatũ cũ Herode, aut tropo scripturę vsitatissimo, nomine ptis, totum appellatũ. Sicut Israel vocat̃ filius primogenit⁹, cum multi inter eos essent Idolatrę, Rursum oẽs arguunt̃ vbi pauci meruerũt. Ita vnus rex, vtrũq; regem facit.

Iã per principes intelligi sacerdotũ principes, per gẽtes milites Romanos sub Pilato, qui Ihesum cõprehẽderũt, flagellauerũt, crucifixerũt. Per populos vulgus Iudęorũ, seu Israel, vt ipi dicũt, satis clarũ est.

Hoc loco gens & populus manifeste discernũtur, sed non ausim dicere, nec credo cõstantẽ esse p oĩa hãc differentiã, q̃ q̃ vocabulũ gentiũ frequẽtissime vsurpet̃ cõtra Israel seu Iudęos ita vt Eccl'ia gentiũ, & Paulus Ap̃lus gentiũ, iã celebri autoritate & vsu, dicat̃ cõtra Iudęoꝝ Eccl'iam seu q̃ ex Iudęis venit.

Nota, partitionis obseruantiã, Gentes fremũt, populi meditantur inania, reges assistũt, principes conueniunt in vnum. Gentes, vt irrationales bestię fremũt, quid em̃ facerent, ignorabant. Populi aũt garriebãt, & sua consilia cõferebãt, locuti, scz nequitiã in excelsum & sermonib⁹ odij circũdederũt eũ, vt ps cviij. dicentes. Venite occidamus eũ, & nostra erit hęreditas. Et Caiphas Iohan: xi. Concilio coacto dixit, Vos nescitis quicq̃ nec cogitatis. Expedit vobis vt vn⁹ homo moriat̃ ꝓ populo. Iste ergo tractatus inanis, quo querebãt toties Christũ perdere, & accusationis cõmenta corã Pilato, hic inanes meditationes vocat. Reges aũt statuerũt (sic em̃ ex hebręo, astiterũt intelligendũ est) idest definierũt, ꝓnunciauerũt, stabiliuerũt fremitũ & meditationes illoꝝ, data sententia super Christũ, volens, inquit, satisfacere populo Pilatus dimisit illis Barrabam, Ihesum vero tradidit, vt crucifigeretur. Principes conuenerũt, consuluerũt, persuaserũt simul, & firmati sunt, vt Ihesum perderent, Cõcitauerũt em̃ turbã, vt magis peterẽt Barrabã &c.

Aduerte. Verecũdiã & modestiã oris prophetici, q̃ tenuiter, ac veluti compatienter, furorẽ illorũ exprimit, cũ em̃ furiales illas voces. Tolle Tolle, crucifige, crucifige eũ, & alios clamores feroces iudęorũ, quibus Christũ accusarũt potuisset dicere, furias & impetus, meditationes tantũ vocat. Meditatio aũt vt supra dixim⁹, garritus & fabulatio oris est. Est em̃ hæc mala meditatio. Nam sicut amans de amante, libẽter multa loquit̃, ita osor quoq̃ de eo, quẽ odit, assidue & pessima loquitur & garrit. Similis verecũdia in verbo, fremuerũt, astiterũt, conuenerũt, cũ res ipa fuerit lõge atrocior, q̃ vis horũ ṽboꝝ indicet.

Quo docemur, oportere mala hominũ, nõ more detractorũ exaggerare, sed q̃tũ pt̃ fieri extenuare, vt ostẽdamus nos, nõ tam nostri gr̃a indignari, q̃ illorũ miseria dolere. Benignus est em̃ spiritus sanctus, non gloriatur in malis alienis, sed sua bonitate miseretur om̃ibus. Nã sic S. Petrus, & Christum memorat, nõ maledixisse, nec cõminatũ fuisse, cũ pateretur, nec vindictã optasse, sed om̃ia tradidisse, ei, qui iuste iudicat.

Inania, dicit, quo verbo pene totius psalmi argumentum cõprehendit, vult em̃ ꝓpheta ostendere, Christum a deo patre institutũ regem, multis & magnis gentiũ & iudęorũ regum & principũ, resistentibus, consilijs, studijs, furorib⁹ non potuisse impediri. Sed adeo illos inaniter om̃ia consumpsisse, vt & seipos irriserint, & eo ipo quo restiterũt, magis ꝓmouerint regnũ

Christi,

Christi, quasi hoc ps, exempli vice, illud probare voluerit, qđ ps primo dixit, Omia queçūq; faciet prosperabūtur, inq̄tū de Christo intelligitur, Nā huc illud pertinet. ps xliiij. Specie tua & pulchritudine tua intende, p̄spere p̄cede, & regna. Et cxvij. O dñe bene prosperare, benedictus, qui venit in nomine dñi. Prosperitas em̄ Christi (vt dixi) nō mūdana, neq; carnalis, sed sp̄ualis est. Quis est em̄, qui cū pateretur Christus, nō putasset eum nūq̄ futurū hominē infimū ac viuū, nedū regem oim̄? Quis nō meditationes populi, tūc stabilitas, & nō inanes esse crederet, qñ & autore deo a se damnatū ad maledictum crucis gloriarentur. ac inęternū firmata arbitrarentur meditata sua? Adeo semper opus ē fide & spe, in opibus dei, nō tm̄ ferendis sed & intelligendis, q̄ cōtra omnē sensum, supra omnē captū, implentur.

Et illud q̄q; fidei verbū est. Aduersus dominū, & aduersus Christū eius, Nā p̄ dño, & p̄ Chr̄o agere, videbant̄ cū oībus aliȷs, tū maxime sibiȷpis. Sic & hodie & semper, Impȷȷ p̄ gloria dei, cōtra gloriā dei, horrendo periculo opantur, sic em̄ deus administrat mūdū, & stultificat eius sapiētiā, vt illi qui p̄ gloria dei agere iudicant̄, vere in blasphemiam eius agant, & qui blasphemię criminant̄, ȳ vere p̄ gloria dei certent, in abscōditis, in fide, in sancto, via eius, atriū nō mensuratur, quia datū ē gentibus, ait Apo: xxi.

Prius dicit aduersus dñm, deīde aduersus Chr̄m eius, quia om̄e peccatū, primo oīm offendit deū, ip̄e em̄ est non solū iusticia, sed amor q̄q; iusticię, & ex ip̄o accipiūt, quicūq; diligūt iusticiā, neq; em̄ pc̄m̄ esset, nisi deū offenderet.

Sed ideo q̄q; sic ordinat verba, vt p̄ nr̄a cōsolatiōe & exhortatione discamus, nūq̄ nos pati iniuriā, quin prior & magis offendatur deus, q̄ nos, & tantā esse super nos dei patris curam, vt ante sentiat, indigniusq; ferat nostrā iniuriā, q̄ nos ipsi vt ab affectu vindictę nobis temperemus, quin potius eorū misereamur, quos videmus per nos, in tantā maiestatē, p̄ sua perditione irruere, cū nō modo nō possint nocere, sed seip̄os potius horribiliter perdant, sic ait. Qui tangit vos, tangit pupillā oculi mei. Nā & p̄pheta velut ex animo cōdolens illorū temeritati, primū interrogatiue incipit, vt quid fremuerunt? quare seipsos irridēt? cur moliūtur stulti impossibilia? o vtinā saperent & intelligerent, deinde exhortatus eos monet, vt solida p̄ inanibus operentur, hoc est, vt erudiantur potius & intel-

D

12

ligant ad seruiendū Christo in timore, Deniq; & ipa verborū tenuitate, inanitatē, & frustraneos conatus satis eleuat, fremuerūt, inquit, meditati sunt, astiterūt, conuenerunt. q. d. fremere potestis, abolere nō poteritis, meditabimini multa garrientes, nihil efficietis, statuerūt reges, & non fiet, consulent principes, & irritū erit. Quid igitur reliquū vobis, nisi inani conatu mlta voluisse, ardua tentasse, oīa exquiuisse, & nullū illorū contigisse, sed oīa longe in contrariū euasisse? Ita impijs fremit⁹ & cōsilia & studia aduersus pios permittit deus excitari, sed hæc oīa sunt velut fluctus tumentes aquę, qui tumore suo velut obruturi littus irruūt, & anq; ad littus peruenerint in seipis humiliantur & euanescunt, aut inani loquacitate in littore collidūtur. Iustus eñ vt littus solidus in Christi fide, has languidas mīas & cito ruituros tumores, fidēs contēnit. Scit eñ q Moab superbus est valde, & nūq tanta eius virtus q̄ta presumptio, & maior indignatio, q; ptās, sicut Isa. & Hiere. dicūt, Quia cruce satis digne torquent impij, qñquidē insignis est tortura, velle oīa nocere, & nihil nocere posse, vt etiam gentes de inuidia dixerit. Inuidia Siculi non inuenere tyranni, maius tormentū, qd in re Christianorū eo maioris ē gratię, qd nō solū torquēt impij, nec solū nō nocere possunt, Sed cōsulente deo, sua tortura, sua inani machina, maxime oīm pmouere cogūtur, qd impedire nituntur, vt nec amici tm̄ possint Christiano pdesse, quātū inimici.

Dirumpamus vincula eorū/& piiciamus a nobis iugum ipsorū.

Hūc versum cōnecti oportet, verbis illis, fremuerūt, meditati sunt, astiterūt, vt sit sensus, Hoc scz fremuerunt, hoc garrierūt, hoc statuerūt, hoc concluserūt, vt dei & Christi iugo, colla subducerent, vincula eorū rūperent, & dicerēt, Nolumus hūc regnare super nos. Luce xix. Aut illud Iob xxi. Qui dixerunt deo, recede a nobis, scientiā viarū tuarū nolumus. Quis ē omnipotens vt seruiamus ei? aut quid pdest nobis, si orauerim⁹ illū? Inducit eñ ppheta impios ita loquētes. alijs aliud videt, ego interim hūc sensum sequor. Proinde, qd alijs scrupulum iniecit, q plurali numero, eorū & ipsorū dixit, ad dñm & ad Christū eius referri debet, qui sine dubio duo sunt, deus & hō,

34

mittens & missus, sicut si diceres, reiecit populus tam Legatū q̄ principem, nec acceperūt consilia eorū.

Significari aūt vinculis & iugis, pręcepta diuina, p allegoriam, vel metaphoram Hiere. v. probat. Ego aūt dixi, forsitan pauperes sunt & stulti, ignorātes viā dn̄i & iudiciū dei sui, Ibo igit̄ ad optimates, & loquar eis. ipi em̄ cognouerūt viam dn̄i, & iudiciū dei sui. Et ecce magis hi simul cōfregerūt iugū, ruperūt vincula. Eiusdē ij. a sęculo cōfregisti iugū meū, rupisti vincula mea, q̄ q̄ hic locus deprauatus est, cū in heb, prima psona deus dicat, a sęculo confregi iugū tuum, & rupi vincula tua, vt sint vincula cōtraria vinculis, iugū iugo, via dei, vię hominū, iudiciū dei, iudicio hominū.

Vincula, mādata Christi sunt, quib⁹ in via eius ambulare docemur, Iugū seu funes, iudiciū, q̄ phibemur opari mala, vt sit illd̄ iustificatio spūs, hoc mortificatio carnis. Duo em̄ sunt, q̄ p̄cipiūtur, Declinare a malo & facere bonū, quorū prius ad crucifigendas carnis cupiditates, posterius ad bona opera facienda pertinet, Nec refert, si hęc quis permutet, vt vincula p iudicijs, & iugū p iusticijs accipiat, idem em̄ permanet sensus, quo habito, verbi contentio contēnenda est.

Est aūt totus versus allegoricus, nam rūpere p contēnere, & irritū facere, vincula p pręceptis, pijcere, p non obedire, negligere, nō recipere, iugū p eruditione & disciplina castigādæ carnis accipit̄. Nō aūt allegoricū dico, more recentiorū, quasi alius sensus historialis sub eo sit quęrendus, q̄ qui dictus ē, sed q̄ verū & pprīū sensum figurata locutione expresserit.

Illud vide, peruersis omnia peruersa, sicut dictū est, cū peruerso peruerteris, Legem Christi, quę libertatis & suauitatis est, vincula & iugū appellant, seruiturē & difficultatem arbitrati. Rursus suā legem, quę vera est seruitus & infirmitas, libertatem & facilitatem esse credunt, Adeo impijs omnia cedūt in malum. Sic Hiere. xxiij. Quia dixistis sermonem istum, onus domini, & misi ad vos dicens. Nolite dicere onus dn̄i, propterea. Ecce ego tollā vos & derelinquā, & dabo vos in opprobriū sempiternum &c̄. Necesse est enim, vt cui sua placent, diuina displiceant.

Iterum fidei oculis opus est, nō em̄ ppheta dicit hęc, qd̄ vellet, eos vere dominum & Christū intellexisse, qn̄ dixerunt, dirumpamus vincula eorum, quum pro deo & pro lege eius sese agere crederēt, si Chr̄m reijcerēt, Sed ppheta dn̄m & Chr̄m appellat, quos ab illis ignorantib⁹, cōtēptos describit, & vide

Vincula sunt mandata Christi

13

an ne ideo, toto versu voluerit allegoria vti, vt illos aliud simulasse, aliud fecisse ostenderet, & quandã operis allegoriã. in cęcitate sua perfecisse, dñm & Christũ reijcientes, quũ maxime pijs facere simularent.

Quid si & per Tapinosin, pnomẽ, eorũ, posuerit propheta, vt simul apud se referat & intelligat dñm & Chr̄m eius, simul eorũ insignẽ arguat contẽptũ, quo Christũ nec nomiẽ dignãt, nedũ p dño & Christo agnoscant. Igitur hucusq; conatũ eorũ descripsit, quo Christũ noluerũt regem cõstitui, quem dñs iam cõstituerat, in quo non tm̃ contra Christũ, sed multo magis contra ordinationẽ dei machinati sunt, sicut figuratũ ẽ ĩ Dauid & Saule, Nã & ipe Dauid diuio pcepto, rex iniunct9 erat. At Saul & Deo in hac ordinatiõe, & Dauid pertinacissime restitit, nec absimiliter & ipse fremuit, multa meditatus, multũ stetit, multa cõsuluit contra eũ, sed sicut inaniter oĩa psumpsit, ita & Iudęi & gentes aduersus Christũ, vt sequitur.

Qui habitat in cęlis irridebit eos / & dominus subsannabit eos.

Tautologia ista seu repetitio eiusdẽ, quę frequens in scripturis est, firmitatis indiciũ est, autore sancto patriarcha Ioseph. Gene: xli. vbi visiones Pharaõis interptatus dixit. Quod autẽ vidisti secũdo, ad eandem rem pertinens somniũ, firmitatis indiciũ est, eo q sermo dei fiat, & velocius impleatur, Ergo & hic, irridebit & subsannabit, idem repetitur, vt nõ sit dubium, certissima omnia fore.

Q đ, Benignus spũs, p nr̃a paraclesi & cõsolatione facit, ne scz ĩ tentatiõe deficiamus, sed ĩ certissimã spem nos erigam9, quia veniens veniet, & nõ tardabit, quare & si in humanis locutionibus Tantologia viciosa & superflua videatur. In reb9 tñ dei, summe necessaria est, ppterea, qđ spes (vt ait Sapiens) quę differtur, affligit animã, vera inq̃, spes, quę in passionib9 & cruce laborat, dura est em̃ om̃is mora, ijs, qui in passionibus Christi exercitãtur, ideo opus habẽt, firmissima & securissima promissione dei, qua sustententur.

Rursus, sicut in pmissionibus bonoꝝ, nõ põt satis inculcari cõsolatio afflictis, ita in minis malorũ nõ põt satis intentari terror insensatis, duris & incredulis, Ideo & in hac pte op9

36

est Tautologia, vt in terrorē mittatur, certissima & firmissima cōminatione, Nā sicut illis nimiū adest timoris & minus spei ac securitatis. Ita his nimiū adest securitatis & spei, nihil aūt ferme timoris. sicut ps xiij. Non est timor dei ante oculos eorum, his opus est, vt timeāt dnm, illis, vt sperēt in misericordia ei⁹, Et stet vtrincp, via media & recta, quę describitur sic. Bnplacitū est dño, super timentes eū, & in eis, qui sperāt super misericordia eius. Nobis ergo hęc scripta sunt, vt per pacientiā & consolationē scripturarū, spem habeamus, Nā hoc qd de Christo hic scribitur, exemplū est oīm Christianorū, Quilibet em̄ syncere volens Christianus esse, pſertim, si & verbū Christi doceat, suos patietur Herodes, pilatos, principes, reges, gētes, populos, qui fremant in eū, meditentur inania, erigāt se aduersus eū, & cōueniāt in vnū, quod si ab hominib⁹ hęc nō fiant, a demonibus, nouissime a conscientia propria, saltem in morte fient. Tū opus est, huius & similis consolationis meminisse, Habitator cęli irridebit eos, & dñs subsannabit eos, atcp in hac spe fortiter consistere, nullacp causa vacillare.

Et quo firmior sit fiducia afflictorū, Emphaticos dicit, ridebit & subsannabit, q, d. adeo certum est, eos inania moliri, q̄ tūlibet oīm sensui videant solidiss. vt dñs non digneт, velut serio ac in re magna illis resistere, Sed vt in re prorsus nihili, rideat & subsannet, sicut & ps xxxvi. in candē sententiā, Obseruabit, inquit, peccator iustū & stridebit sup eū dentib⁹ suis, dñs aūt irridebit eum, qm̄ ꝓspicit, cp venient dies eius, Deinde aduersarios nr̄os non modo humiliandos, sed etiā ridendos esse. O quāta vis fidei in his verbis requiritur, quis em̄ patiēte Christo, & triūphantibus Iudęis, deū ridere sensit? Ita & cū nos p̄mimur, qn̄ credimus, rideri aduersarios nr̄os a deo, cū nobis tā deo q̄ hominib⁹ irrisi & subiecti videamur?

Irrisio aūt hęc diuina est, vt dixi, qd Iudęos & gentes Christicidas, irrisos fecit toti orbi terrarū, resuscitans eū a mortuis, & ex desperato Christi regno ī vno populo, ęternū florere fecit imperiū eius super omnē creaturā, adeo ī diuersissimū euentū, eorum studia vertens, vt cantemus. Excelsus super om̄es gentes dñs, & super cęlos gloria eius. Qui humiliatus est subter om̄es Iudęos, & infra terrā quocp fuit ignominia eius. Proinde sicut in versibus p̄cedentibus, passio & mors Christi ꝓphetata ē, Ita in hoc versu, Resurrectio eius, licet obscuri⁹, p̄dicta est.

Sed quid illa periphrasis, Qui habitat ī cęlis? nēpe quietū

simul iudicem, & mire absconditū, pro nostra spe erigenda depingit. Habitat ille, qui ꝓ nobis sollicitus ē, securus & quiet⁹, & si nos turbamur, nō turbatur ille, qui curā nostri habet, nos fluctuamus, sed ille sedet, vt non inęternū det fluctuationem iusto, Verū hoc totū adeo abscondite, vt nisi in cęlis sis, non cognoscas, In terra, ī aquis, in oīb⁹ creaturis, pateris, abnegata est tibi vbiq; & ī omībus spes auxilij, donec fide & spe, omnia transiliens, eū attingas, qui in cęlis habitat, tūc em̄ & tu habitas in cęlis, sed fide & spe. Hic ergo ancora cordis nostri figēda est, in omībus tribulationib⁹, qua ratiōe fiet, vt nō mō facilia, sed & ridicula sint mala mūdi.

Tūc loquetur ad eos in ira sua/ & in furore suo conturbabit eos.

Quod de Tautologia dictū est versu proximo, & hoc versu seruetur. Insensatis em̄ & dei cōtēptorib⁹, nihil satis dici potest, Ridet em̄ hastam vibrantem Behemoth ille, Iob. xli. & ęstimat malleum sicut stipulam, reputat ferrum quasi paleas, & ęs quasi lignum putridū, Nō fugat eum vir sagittarius, in stipulam vertunť ei lapides fundę &c̄. q̄uis hic Tautologia forte non esse videatur.

Quando aūt locutus ē ad eos in ira sua? aut q̄ fuit ira sua? vtiq; tunc, qn̄ irrisit eos, quod intelligemus, si quid sit loqui deum in ira sua scierimus, Hiere. xviij. dicit. Repente loquar aduersus gentem, & aduers⁹ regnum, vt eradicem & destruā, & disperdā illud &c̄. Ergo loqui in ira, est eradicare, destruere, disperdere, hoc est, qđ Iudęis contigit, qui dixerunt, Ne forte veniant Romani & tollant locum nostrū, & gentem, melius est vt vn⁹ moriať, ne tota gens pereat, Has inanes meditatiōes irrisit dn̄s, dum id quod impius timuit (iuxta prouerb) venit ei, & per Romanos eradicauit, destruxit, & disperdidit eos. Ira itaq; & furor dei, fuit impetus Romanorum, sicut Isa. x. dicit. Ve Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est, In manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem (.i. hypocritam & simulatricem) mittam eū, & contra populū furoris mei, mandabo illi &c̄. quę verba meo iudicio, oīno de Ro: exercitu dicta sūt. Quod em̄ dicit, Mandabo illi, hoc in isto versu dicit, loquet ad eos, quia, mandato & verbo dei, omnia fiunt, Ipse dixit & facta sunt &c̄. Quare hoc verbū loquetur absolute accipiēdū est, hoc modo, loquetur, idest, verbo suo statuet, mandabit,

ordinabit, sed quod sit, contra eos, non pro eis. Deinde nõ in misericordia, sed in ira. Nam loquitur & contra iustos & filios suos, dum mandat eis inferri Crucem & Mortẽ. Iuxta illud. i. Reg. xvij. Dñs pręcepit ei, vt malediceret Dauid &c̃. Sed in misericordia, ꝙ si propositio. ad. mutetur, in aduersus, & verbũ, loquetur, in verbũ mandabit, clarior erit textus. Tũc mãdabit, aduersus eos in ira sua.

Nec solũ destruet & dispdet eos, sed & conturbabit eos q̃a foris pugna, intus pauore eos consumpsit. Conturbat sane & filios suos, miroq́ȝ pauore exterret, sicut Christũ ĩ horto, sed ĩ misericordia Iudeos x̃o, dũ a Romãis vastarẽt & occiderẽt ꝑpetuo incipiẽte pauore cõturbauit. Impossibile est em̃, vt impius moriens, nõ expauescat ęterno pauore. Mitis fuisset pœna si tm̃ vastati fuissent, sed ꝙ in ira vastati sunt, atrox est, longe aũt atrocissimũ, ꝙ in ira vastati, & occisi etiã in furore, cõturbant̃, & in sempiternũ horrorẽ per morẽ sunt protrusi. Iam vide catalogũ pœnaꝶ horribilium, q̃ Christicidis, paratę sunt.

Primũ, amissa gr̃a, ꝑpter quã, in Christũ, maxime insaniũt fiũt ridiculũ deo & omibus, vbiq́ȝ ignominiã sui spectantes, quod superbis, & inuidis, nõ leue malũ est.

Deinde amissis oĩm rerũ auxilijs, vastãtur, radicãt̃, destruunt̃, vt in corpore q̃q́ȝ nullũ sit eis solaciũ.

Tãdẽ summũ accedit maloꝶ, ꝙ tribulatio & angustia, cõturbat aĩas eoꝶ, ęterno pauore, Ita in fama, in reb⁹ corpalibus in rebus æternis plectũtur, nullaq́ȝ sit creatura nec deus illis ꝓpitius. Obsecro, quis nõ misereatur inimicis suis, quis nõ ploret pro eis, quis nõ omĩa pro eis, nedũ ab eis ferat, qui firmiter credat, hęc ĩtolerabilia mala illis ĩminere: Deinde vide ordinẽ.

1 Primũ ridenẽ & subsannãtur, versa eoꝶ gr̃a in summã cõfusionẽ (Hęc em̃ extrema possessio est) deinde vastãtur, exuti
2 rebus & facultatibus paternis, quę est altera possessio. Vltimo.
3 terrẽtur pauore, ablata omĩ spe & fiducia in spiritu, quę est intima & nouissima possessio, atq́ȝ hij fiũt, tanq̃ puluis ante faciem venti.

Atq́ȝ iterũ vides, Impioꝶ pœnam describi, pauorem & horrorem. Sicut em̃ regnũ dei est iusticia, & pax & securitas, ita necesse est, infernũ esse, peccatũ, pauorem, & horrorem.

Ego aũt cõstitutus sum rex ab eo/super Zion montẽ sanctum eius.

Hic mutatur persona, non em̄ Dauid de se loquitur, sed Christus. Hebręus vero patris personā sonat. Ego cōstitui seu ordinaui regem meū, super montē Zion, sanctū meum, Nec puto hanc rem tanti esse momēti, vt ꝓpter verbi cōtrouersiā digladiemur, cū vterq; sensus bonus sit, nisi ꝙ hebręus textus, tropo scripturę vsitato magis cōuenit, quo patri tribuitur autoritas. Iuxta illud p̄s cix. Dixit dn̄s dn̄o meo, sede a dextris meis. Et p̄s. lxxxviij. Et ego primogenitū ponā illū, excelsum pre regibus terrę. Stapuleñ. putat dici posse. Ego aūt vnxi regē meū, nixus verbo fideliū. Act. iiij, vbi dixerūt. Conuenerunt aduersus puerū tuū Ihesum, quē vnxisti. Sed videntur, verbū vnxisti, nō ex isto versu, imo ex secūdo sumpsisse, vbi dixerāt aduersus Christū eius, qđ sonat aduersus vnctū eius, qđ confirmādi affectu repetūt, vere, inquiunt, ille Christus & vnctus est, quē tu vnxisti, idest Christū fecisti.

Illud pro mea paruitate sapio. Sanctū meum, nisi hebręus cogeret ad montē Zion copulari, nō inepte ad Christū pertinere videretur, vt esset sensus, Ego constitui regem meū super Zion montē, nō quēlibet hominē, sed eū, qui est sanctꝰ meꝰ, vnctus a me Spiritu sancto, Nā Christus sanctus dei, & sanctꝰ Israel dicit̄ in scripturis, vt p̄s xv. Nec dabis sanctū tuū videre corruptionē. Et p̄s lxxx. Dn̄i ē assumptio nr̄a, & sancti Israel, regis nostri. Sed hebręus (vt dixi) Montē sanctū meū habet.

Est itaq; sensus, illi noluerūt eū regnare super se, & aduersus me, & regem meū conuenerūt, verū consiliū meū stabit, & volūtas mea fiet. Quis resistet vultui meo? occiderūt illi eum. Ego regem constitui eū, subduxerūt sese illi, ego montē Zion sanctū subieci ei, & oēs terminos terrę. Ac sic irrisi & subsannati sunt, & inania meditati palā ostendūtur.

Pertinet iste versus ad locū cōmunē ambitionis & arrogātię, quibꝰ hodie in Ecclesia Christi, nihil impudentius dn̄atur. Sic em̄ Heb. v. Apl'us eū tractat, nec quisq; sumit sibi honorē, nisi vocatus tanq; Aaron, nec Christus seip̄m glorificauit, sed qui dixit ad eū, Filius meus es tu. Et iterū. Sede a dextris meis, hoc est, qđ totus p̄s hic pene inculcat, qui oīa Christi a patre ordinata, nō a Chr̄o ipso arrogata & ambita describit. At decreta nostra iam multis annis, vix aliud, q̄ de dignitate, ptāte, priuilegijs, multo & graui ambitionis fetore tractant, sine vlla patris ordinatione aut constitutione.

Ecclesia Christi, Mons Zion vocat̄, qđ inceperit & misso Sp̄ū sancto ibi instituta est. Et q̄q̄ nulli sit loco addicta, tn̄ ne-

cessariū

cessariũ erat, vt in aliquo certo loco exordiũ haberet, Vnde & postea illinc mota est in omnẽ terram, vt impleretur illud Christi Ioan. iiij. Venient dies, quãdo nec in Ierusalem nec in monte hoc patrem adorabitis, atq; ita Ecclesia iam nullũ locũ & omnem locũ habet, Simul spiritu sancto magistro, ecclesię Hierosolymitanę, hæc modestia seruata est, vt nũq̃ de primatu & dignitate cũ alijs Ecclesijs certaret, sicut Romana & Cõstãtinopolitana certauerũt diuturno & scandaloso certamĩe. Cum tñ illa (si primatus quærendus esset) omnibus iuribus anteferri cęteris debuisset, tũ q; Christ9 ipse pontifex illius fuerit, rex constitut9 a deo patre, tũ q; ecclesia tota ibi exorta, exinde natę omnes Ecclesię, vereq; mater Ecclesiarũ ipsa sola, ibi omnes Apostoli, & discipuli velut presbyteri fuerint, Sed noluit deus id fieri, vt arrogantiã istam primatus reprobã nobis ostenderet, nec affectandã vlli alteri, quam nec ei, cui debebat, permiserit.

Non quod damnẽ Ro: Ecclesię, Monarchiam, sed quod detester eam vi & impetu extorqueri, ac velut præcepto dei arrogari, quæ mutuo fidelium consensu, & charitatis vinculo debuerat stabiliri, vt esset, nõ dominãtis potestatis, sed seruientis charitatis Monarchia. Arrogãtiam damno, rem cõmendo, Aurũ non est malum, sed auaricia, Caro nõ est mala, sed libido carnis. Quãq̃ etiam, hic satis resistit vigilãter Christ9 q; nũq̃ orientis Ecclesias huic subijci passus est.

Igitur mons Zion vocaẽ, vsitatissimo Tropo synecdoche continens pro contento, sicut Hierusalem ciuitas pro populo ciuitatis, Non solũ aũt hac ratione. Sed & nominis, rei & formę allegoria, Nomen Zion, speculam significat, Ecclesia aũt non tm̃ specula dicitur, quod deũ & cœlestia per fidem (idest a longe) speculatur, sapiens q̃ sursum sunt, non quę super terrã Sed etiam q; in ipsa sint veri speculatores & vigiles in spiritu, quorũ est, populi subiecti, curam habere, & insidias hostiũ & peccatorũ obseruare, qui Græce, Episcopi, velut speculatores vocãtur, quos ob eandem causam, Zionicos aut Zionios ab Hebręo fingere possis. Res aũt est, q; Zion, mons est, ita Ecclesia coram deo, spirituali altitudine sublimis est, propter magnitudinem, virtutũ, donorũ, graciarũ, operationũ &c. quibus eam de9 exaltauit, super omnẽ potentiam, sapientiam, iusticiã hominũ. Iuxta illud Isa. ij. & Mich: iiij. Erit mons domus dñi in vertice montiũ, & eleuabitur super omes colles, Quod iterũ cogor interpretari, propter Carnales istos somniatores, quĩ

verba dei semꝑ trahũt ad pompã mũdi, Exaltat Ecclesia, sup oẽm potestatẽ & altitudinem mũdi, nõ diuicijs, aut potentia, sed fide, spe, charitate, & virtutib⁹ cõtẽptricibus diuiciarum & potẽtiæ mũdanæ, Q đ em̃ Ecclesia nũc in hijs est sublimis, nõ Ecclesiæ propriũ est, sed pegrinus quidã leuiathã, ideoq; tantũ decreuit ĩ sapiẽtia verbi dei, in sanctitate vite, in virtute operũ &c. Hij em̃ sunt mõtes & vertices verissimi Ecclesię Chri, in quibus nõ põt eã mũdus ęmulari, In illis aũt mundũ ipsa iam diu superat, si Ecclesia vocari debet, q̃ talia facit. Nã Ecclesiã verã Christi, certum est, semper eandem manere.

Forma Zion mõtis fuit, ꝙ ipse in vertice meridiã o erect⁹, ciuitatẽ Hierusalẽ sub se habuit, in latere aquilõis decliuẽ, & ad se accliuẽ vt ps. xlvij. Mõs Zion, latera aquilonis ciuitas regis mgni. Ista decliuitas & accliuitas, põt significare, pugnã internã populi Chri, quę est iter carnẽ & spũm. Caro ad aquilonẽ, Spũs ad meridiẽ tendit. Aut duas illas vitas actiuã & speculatiuã, illa declinat ad curã da tẽporalia ꝓpter alios, hęc ascẽdit ad cœlestia & pẽdet ad speculã, in q̃ sunt Episcopi vita & ꝟbo excellẽtissimi, alios ad se trahẽtes. In quorũ medio ẽ mõs Moria, mõs tẽpli, hic est Chrus de⁹ & hõ, qui vtraq; cõplectitur, ĩ vtraq; morat̃, sicut idẽ mons Moria, intra Hierusalẽ, sub mõte Zion sit⁹ figurat. Est em̃ mõs Moria idest visiõis, in q̃ Abrahã obtulit filiũ suũ, in q̃ & Salomon postea ędificauit templũ, & nos quoq; super Christum offerimur cum Isaac, & edificamur in templũ dei per verũ Salomonẽ. Chrus em̃ mons Moria nobis est, qđ deus neminẽ videat neq; agnoscat, q nõ hoc loco, idest super Christũ & in Chro offert̃ & ędificat̃, sup hũc em̃ solũ respiciũt oculi dñi. Vnde vocat̃ mõs, dñs videbit ĩ ęternũ, verũ Hæretici & superbi, alios mõtes visiõis seu inuisiõis poti⁹ erigũt, dũ iusticijs & opib⁹ suis mereri dei respectũ volũt.

Sanct⁹ dicit̃, nõ figurali illa sanctitate legis aut externę cõsecratiõis, in spũ em̃ loquit̃. Ideo nõ cõtentus, dicere. Montẽ sanctũ, addit, meũ, q. d. qui & mea sanctitate sanctus est, nõ q̃ lapides, ligna, parietes, sanctificãtur, Sed qua mens, & corpus, vnctione grę spũs cõsecrãtur, & per fidẽ, spẽ, charitatẽ, purificant̃ de die ĩ diẽ. Est em̃ sanctũ, qđ ab vsu ꝓphano separatũ, solis sacris & diuinis vsibus dicatũ est, Quod cerimonialiter & literaliter, fit per pontifices hoĩes, sed veritate & spũ per spũm sanctũ diffusum in cordibus nr̃is.

In quibus oĩbus, mãifeste distinguit Chri regnũ, ab oĩbus aliĳs regnis. De hoc solo rege pnũciat, Ego constitui seu ego cõstitutus sum, quę psona, cũ sit deus inuisibilis & spũalissim⁹ oĩno spũalem constitutorẽ indicat, cũ cęteros nõ ipe p seipm. sed hoĩes per hoĩes constituit, visibiles per visibiles, non ergo regnum Christi est de hoc mundo, sed in spiritu & veritate. item. Regem meũ, non regem hominum, seu quem homines cõstituunt, Christus ergo rex in spiritu & coram deo est. deinde, q̃ q̃ super montem Zion constitutus est, tñ adiectum est. Sanctũ meũ, seu sanctũ ei⁹, vt regnũ Chri intelligat q dẽ esse, popul⁹ in zion, sed is, qui spũali sanctitate sanctus est. Vides iterũ, nõ in potestate, nec sapiencia, nec dignitate mũdi Eccl'iã Chri cõsistere, Et si sunt, qui extra Monarchiã nouã, nullum Chrianũ existere garriãt, cũ monarchię potentia, nihil pertineat ad spiritualem sanctitatem.

Prędicans pręceptũ eius.

Hebræus, Hoc loco, septimũ versum incipit. Hoc modo. Narrabo dei præceptũ. Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Quę coherẽtia meo iudicio, id efficit, vt sciam⁹ de q̃ pcepto velit ĩtelligi, qd' sese narraturũ dicit. Nẽpe dʼ illo qd' subiũgit, dñs dixit ad me, filius meus es tu &c̃. Hoc, inquit, habeo in mãdatis, ad hoc sum rex cõstitutus, vt annũciem oĩb⁹, me esse filiũ dei, clarificare eñ prẽm debeo, Nã hic est scopus vniuersi Euãgelĳ, Chrm nosse filiũ dei, sicut Math. xvi. Quẽ vos me esse dicitis? Respondit Petr⁹. Tu es Chrus fili⁹ dei viui, super hãc petrã, ędificata est Ecclesia. Ita & Paulus. i. Corin. i. Nos pdicamus Chrm virtutẽ, & sapientia dei. Et ipse per totũ Euangeliũ Iohã. aliud nõ facit, q̃ vt sese filium dei ostẽdat, semper patrẽ deũ pdicans, quod & in passiõe ei obiectũ est, p capitali crimine. Venit eñ Christus, ad instituendam fidem, qua creditur in eum ipsum filium dei. Hęc aũt fides est, plenitudo oĩm legum, iustitia in seculum sæculi, op⁹ magnificẽtię dei, mortificatio carnis, resuscitatio spiritus, victoria mundi, victoria carnis, victoria inferni, sicut ait. Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam. Breuiter, hęc est oĩa in omnibus.

17

Sic Iohan. viij. Si non credideritis, quia ego sum, moriemini i peccato vestro. Rursum Iohã. vi. Qui credit in me non morietur in æternũ, Hinc Apostolorũ epistolę plenę sunt, fidei doctrina, quę ipa est vita æterna, sicut Iohã. iij. Qui credit in filiũ habet vitam æternam, qui aũt incredulus est filio, nõ videbit vitam, sed ira dei manet super ipm. Et xij. Ego ex me ipso nõ sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatũ dedit, quid dicam & quid loquar. Et scio, quia mandatum eius, vita æterna est, quę ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor, Claret ergo, quod pręceptũ dei predicarit, scz fidei in seipm filiũ dei, in salutem omnibus, qui recipiũt eũ, qui credunt in nomine eius &c̃.

Sed dices, si hoc voluit spiritus, cur non planius verba disposuit in hunc modũ. Annũciabo dei pręceptũ, q ego sum filius eius, hodie genuit me &c̃. Respondeo, Spiritus sanctus vbiq; sui similis est, sic em̃ & in Euangelio Iohãnis, qñ de se suaq; diuinitate loquitur, om̃ino id obseruat, vt auctoritatem patris semper adducat, & totũ quod ipse est, in patrem referat. Ego inquit, a me ipso nõ loquor, doctrina mea nõ est mea, Et pr̃ in me manens, ipse facit opa & multa alia. Ita & hic, cũ se præcepto patris diceret annunciaturũ, se esse filium dei, primũ inducit patrẽ ad se dicentem, vt magis patrem in filio, de filio loquentem, quam ipm filiũ de seipso audiamus. Vt sit sensus Anũciabo dei præceptũ, me esse filiũ dei, sed non hoc faciam mea auctoritate, ne iactare me videar, quin potius, quid pater de me dixerit vobis annũciabo, vt ipsum de me dicentem audiatis, qui mihi mandauit annũciare, id quod ad me dixit vt sic auctoritate illius mihi de me credatis.

Et nota, mutatio ista personarũ iã patris, iam filij recitãtis verba patris de seipso, venerabilis & sacra est, diuinitatis natuturam & ęqualitatem sanctius cõmendans, q̃ vt ego pro mea immundicia latius audeam versare. Deniq; hic ps̃ vnus principaliũ psalmorũ est totius Psalterij. Id sufficit, q etiam Pauli Apostoli auctoritate, hic versus. De generatiõe diuinitatis loquitur, heb. i. dicentis. Cui em̃ angelorũ dixit aliqñ, filius meus es tu, ego hodie genui te?

Iam hoc vnusquisq; per se obseruabit, q verba patris exprimunt vnigenitũ filiũ, dixit, inquit, ad me, scz vnũ non ad multos, filius meus es tu, vnicus sine dubio tam singularibus notis insignem illũ pre cęteris filiũ significans, de quo ps̃. lxxx

Quis similis erit deo in filijs dei? q. d. Multi filij dei, sed inter eos vnus, qui deus est, quis huic similis? Itē, Ego, genui te, solus, solū &c.
Et illud, quod vigilanter & digne. S. patres interpretati sunt. Hodie genui te, idest in aeternitate, Eternitas est, quod genitus est gignitur, gignetur sine fine, cui hoc est esse filiū, quod nasci ex patre, nec nasci cepit nec desinet, Sed semper nascitur presentissima natiuitate, recte hodie genitus dicit, idest nascens semp. Nam hoc hodie, non habet hesternū nec crastinū, sed semper diurnū, sicut Iohan. viij. Anteq̃ Abraham fieret, ego sum.

Vbi estis nunc miseri & ambitiosi homines, qui vices huius regis in Ecclesia, vel ambitiose quaeritis vel infructuose tenetis, qui non annūciatis dei preceptū, nō predicatis Ihesum Christum Crucifixū filiū dei, in salutem credentiū, sed thezauros colligitis, delicijs affluitis, lasciuitis in omni pompa rerū? Hic filius dei constitutus homo rex, non querit que sua sunt, sed annūciat dei praeceptū, qui regnū suum non sibi, sed alijs in salutem accepit, in gloriam patris, at hoc vnū officium verbi, quod solum Episcoporum est, solum pre caeteris omnibus omittitur. Deinde si sunt, qui illorū vice doceant, nō preceptum dn̄i, nō Christū, sed suas fabulas, aut si optime, leges & traditiones hominū docent. Proinde ne credas ibi Ecclesiam, mōtem sanctū dei esse, vbi Christus Christum non purissime docet, pondus enim verbi grande est, quod dicit. Annunciabo dei praeceptū, dei inquit, non hominum praeceptum, consilium, historias, Et ipse ego annunciabo, nam nisi Christus loquatur in nobis, preceptum dei nunq̃ annunciabimus, Ego inquit, ero in ore tuo, & dilata os tuum, & implebo illud.

Nihil ergo discordat nostra translatio in sensu, cū Hebrea, nisi quod distinctio varia, nō nihil & sensui officere solet, quo tamen habito, distinctio non nocebit, quare cōtentiosus esse nolo.

Discernit itaq̃ hic versus, genus doctrinae, quod in nouo testamento docetur, ab eo, quod in veteri docebatur, olim lex que iram operabatur, & peccatū augebat, nunc fides, quae remissionem operatur, & iusticiam adimplet, docetur, ideo illic legifer homo Moses & seruus, hic legifer Christus deus, & dn̄s omniū, ille faciebat seruos peccati, hic liberos iusticie.

Non quod etiam nunc, non doceatur lex, cū Christus dicat. Mat. xiij. vtraq̃ doceri a docto scriba in regno coelorū tam vetera, quam noua, sed quod gratie predicatio propria sit noui testamenti, & legis, propria veteris testamenti, cum enim nullus sit in hac vita,

in quo impleta sit omnis plenitudo noui testamenti, nullus q̄q; inuenietur, ĩ q̄ nõ sit aliqua pars veteris testamẽti reliqua. Transitus em̃ est & phase quoddam, hęc vita, de lege, ad gr̃am de peccato ad iusticiam, de Mose ad Chr̃m, consummatio aũt futurę resurrectionis est.

Postula a me/ & dabo tibi gentes in hęreditatẽ & possessionẽ tuã terminos terrę.

Et hoc ad p̃ceptũ pertinet, quod annũciandũ sibi Chr̃us, mãdãte patre, desumpsit, Dixit, inq̄t, dñs ad me, mandauitq; mihi pater, vt postulẽ ab eo gentes in hæreditatẽ. Et hoc pręceptũ eius annũciabo, vt credatis & sciatis, me constitutũ, non tm̃ regẽ super Zion montẽ sanctũ ei⁹ .i. super populũ Israhel, sed & hęredem ac dñm vniuersorũ, vt qui hoc mandatũ dei a me audierit & crediderit, p̱ me ad p̃rem veniat, & saluus fiat.

Iterũ vides, Chr̃i regnũ, nõ arrogãtia sua p̃sũptũ, sed p̃ris autoritate & mãdato firmatũ, sic em̃ ambitiosis, nõ modo, nõ oportuit exẽplũ aut patrociniũ relinqui, sed vitiũ eo℞, etiam diuina autoritate cõpesci. Nec sic tamẽ, satisfactũ est monstro tã valido, Chr̃us dñs oĩm, nihil citra dei mandatũ in Ecclesia gerit & facit, & verniculi hoĩm, tentãt & audent oĩa, temeritate ꝓpria, in Ecclesia nõ sua.

Quid aũt hoc sibi vult, ꝙ constituẽdo sup̱ montẽ Zion, non pręcipit, vt postulet regnũ mõtis Zion, sup̱ gentes aũt, ꝓmittit hæreditas, non nisi postulanti, immo postulare iusso?

Forte, ꝙ Israeli ꝓmissa fuit in Abrahã benedictio & regnũ Chr̃i, gentibus aũt, sine ꝓmissione donata est misericordia. Vt Ro: xv. Dico em̃, Chr̃m Ihesum, ministrũ fuisse circũcisionis, ꝓpter veritatẽ dei, ad cõfirmandas ꝓmissiones p̃rm, gentes aũt super misericordia, honorare deũ &c̃. Veritas Iudęis exhibita est, & ꝓmissio exoluta, Gentibus aũt misericordia libera, impartita. Hinc, misericordia & veritas vsitatissime copulãtur in ꝓphetis, q̄ q̄ & illd̕ fuit gratuitę misericordię, qd̕ ꝓmittere dignat⁹ est. Ideo Zion Chr̃o nõ postulanti dat in regnũ, gẽtes aũt postulanti in hęreditatẽ, tanq̄ donũ Christi, vt quibus nihil ꝓmissum esset, Sic & Isa. vltio. Annuciabunt gentibus gl̃am meã, & adducẽt f̃res v̄r̃os de cunctis gentibus, donũ dño. Ita:

Israel regnū, nos gentes donū, velut Dos filię Pharaōis, quam ei dedit pharao, rex Aegipti. Deniq; vbi Chrus rex super Zion constituit, verbis vtitur p̄sentibus, & rem ip̄am fieri ostendentibus. At vbi hæres denūciatur, primū postulare iubetur & in futurū ei promittitur. Quę oīa impleta videmus in actis Apostolorū. Qn̄ discipuli non prædicabant verbū nisi Iudęis, donec Paulus de cœlo vocatus mitteretur Apostol⁹ in gentes. Igitur Christus iam rex super zion in terra cōstitutus postulat, sed in cœlis regnās, accipit, gentes postulanti promissas.

Etiā hic non ociose dicit, a me, vt ostendat hoc regnū & hanc gentiū hæreditatē, Christo, non ab hominbus, nec humano modo, sed diuinitus, hoc est sp̄ualiter, collata,

Hic vnus est eorū locorū, cōtra quos temerarie pugnant, qui negant esse Chrīanos eos, qui non sunt sub Romāo pōtifice. Hij em̄ deū patrē mendacē facere conantur, vt qui terminos terrę Chr̄o subiecerit, cui ipsi nec dū Europam totā subijciunt, An non possunt esse Christiani, quia Turca aut Schita, temporaliter illic domiatur? Quō ergo Romę potuerūt esse, sub Nerone & Domitiano? An nō sunt illic Episcopi, quia nō emunt pallia? Nō sacerdotes, quia nō pendūt annatas? Quid si eo verius sunt Episcopi, quo magis opulētia, fastu & pōpa vacui, verbum dei docent, & regunt populum Christi? Certe Apostolus Paulus Episcopos diffinit Actu xx. Per attēdere gregi, & regere Ecclesiam dei, attēdite, inquit, vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos spiritussanctus Episcopos, regere Ecclesiam, cum tn̄ ad presbyteros loqueretur, vt in textu colligit aperte B. Hierony. Quod & verbo, attendere, vicina significatione, monstrauit. At regere Ecclesiam & attendere gregi, nonne fieri potest solo verbi ministerio, & oratione, citra vllum, qui nūc est Episcoporum, tumultum? Igitur nos (ne costemus, Christi hæreditatem) nec propter perfidiam Turcarꝫ, nec propter aliorum errantiū multitudinem, verbum hui⁹ p̄s mendacij arguamus, alioquin, quis etiā inter nos, scire potest qui sunt Christiani in veritate? An nō & nobiscum abundant mali & pauci sunt boni? Maior est diuini verbi autoritas, ꝙ̄ nostra capacitas, quāto magis, ꝙ̄ nostra suspicio & ī facie externi ritus occupata fantasia

Arbitrat̄ B. Aug. Tautologiā hic esse, idem videlicet, per gētes ī hæreditatē, & ꝑ termīos terrę in possessionē, significari,

quę semper (vt dixi) firmitatis indiciũ est, qua magis iuuatˀ fides nostra, esse scz Christianos etiam in aliȷ̇s mundi partibus, vbi Apostoli aliȷ̇ p̄dicauerunt, quantũlibet dominetˀ illic iniqtas.

Reges eos in virga ferrea / tanq̄ vas figuli confriges eos.

Iterũ phantasmata carnis amolienda sunt, ne quisq̄ regnũ Christi, ferro & armis parari aut seruari sibi fingat, cum scriptũ sit, Non in curribus & in equis, neq̧ in tibȷ̇s viri beneplacitũ erit ei, Et Apostolꝰ .ȷ̇. Corinth. x. Arma nostra, non sunt carnalia. Nam & Turcas, quos hodie, non nisi ferro querimus, vincere oportuit, augendo Christianorũ numerum, qui inter eos sunt, Aut cur nõ & eos qui inter nos mali sunt, ferro persequimur, presertim magnates populorũ? Sed absit. Regnum Christi i iusticia, veritate, pace, consistit, his rebus partũ est, eisdem & tuebitur. Vnde & superius, cum sese regem constitutũ dixisset, nullũ, prorsꝰ officiũ cõmendauit p̄ter q̧ verbi, dicẽs. p̄dicans p̄ceptũ dñi, non equitans caballos, non vastans oppida, non quęrens thesauros terrarũ, sed hoc vnũ, p̄dicans ea quę p̄cepit deus, idest, Christũ deum & hominẽ, quod Paulus Ro. i. Euangeliũ vocat, dicens. Segregatus in Euangeliũ dei, quod promiserat ante, de filio suo &c.

Vides aũt & hunc versum, esse totum allegoricũ, non sine causa, siquidem singnificat quandã allegoriam, quę geritur re ipa & vita. Cũ em̃ verbũ Christi, sit verbũ salutis & pacis, verbũ vitę & gracię, atq̧ hęc, non in carne, sed in spiritu operetur, necesse est, vt salutem, pacem, vitã, graciã carnis opprimat & expellat, quod cũ facit, apparet carni, ferro ipso duriꝰ & inclementius, Aliud em̃ sentitur & aliud fit, quocies homo carnalis verbo dei salubriter tangitur, nempe illud. i. Re. ȷ̇. Dñs mortificat & viuificat, deducit ad iferos & reducit, humiliat & exaltat. Hanc allegoricam operationẽ dei, pulchre Isa. xxviȷ̇ depingit d. Vt faciat opus suũ, alienũ opus est eius, vt operetur opus suũ, peregrinũ est opus eius ab eo. q. d. cũ sit deus vitę & salutis, & hęc opera eius propria, tñ vt hęc operetur, occidit & perdit, quę sunt opera ei aliena, quo perueniat ad opus suũ p̄priũ. Occidit em̃ voluntatẽ nostram, vt statuat ĩ nobis suam mortificat carnem & compiscentias eius, vt viuificet spiritũ & concupiscentias eius.

Hoc est

Hoc est, quod supra sine allegoria dixit, prædicans præceptũ dñi. Spiritus eñ accipit verbũ dei, vt præceptũ iucundissimũ tũc eñ fit, vt mons Zion sanctus in regnũ, & gentes in hęreditatem & termini terrę in possessionẽ cedant. At caro fert pceptũ seu verbum dei indignissime, nec agnoscit ipsum, cũ sit ei penitus & oĩbus modis contrariũ. Ideo vt virgam, & ferrum, & confractionem sui accipit. Et sic completur allegoria, tam significante hoc versu, q̃ exhibente re & opere.

Reges eos, Heb. Throem, quod B. Hiero. transtulit pasces eos. At Iohãnes Reuchlin in rudimẽtis suis, hui⁹ verbi, multas ostendit significationes, scz, pascere, regere, absumere, affligere, amicus, cogitatio, cõquassare, seu cõfringere & cõterere. Et hæc vltima significatio, quantũ ego insanio, oĩm aptissima est huic loco, primũ q̧ virga ferrea, omniũ sensu, magis idonea sit ad conterendũ & confrigendũ, q̃ ad pascendum, vel regendũ, deinde ad regendum suffecerat, dicere, virga, ad pascẽdum aũt, neq̧ virga neq̧ ferrea, apte dicitur. Ferrea aũt, virga, quid fiet, nisi contritio & confractio? Iuxta illud Dani: ij. Quo modo ferrũ cõminuit & domat oĩa sic cõminuet & conteret oĩa hæc? Ad hęc, q̧ hoc modo, tautologia pulchre cõcinit, quia sequitur, tanq̃ vas figuli cõfringes eos, vt idẽ sit cõfringes, qđ reges seu pasces. Vtroq̧ verbo, significatur humiliatio superborꝝ, per verbum dei, qđ tũc confringit & cõterit, qñ terret & humiliat, sic Ro. i. Per Euangelium reuelari dicit, iram dei de cœlo futuram, sic Actu. ij. ad v̄bũ Petri, cõuersi & conpuncti, dixerũt, viri fratres quid faciemus? Hoc est, quod alibi, increpationes, commotiões orbis terrę, tremores terrę appellat scriptura. Omniũ aũt pulcherrime Micheas iiij. Surge (inquit) tritura, filia Zion, quia cornu tuũ ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas, & comminues populos multos, & interficies dño rapinas eoꝝ (. i. eos ipsos, diabolo velut spolia ablatos) & fortitudinẽ eorum dño vniuersę terrę Ecce quid sit regere eos in virga ferrea, nempe comminuere (vt hic dicit) cornu ferreo populos multos.

Virga itaq̧ est, sacrosanctum Euangeliũ Christi, hoc eñ est sceptrũ regni ei⁹, vt ps xliiij. Virga rectitudinis, virga regni tui, Et ps cix. Virgam virtutis tuę emittet dñs ex Zion. Ita Isa. xi. percutiet terrã virga oris sui, & spiritu labiorũ suorũ interficiet impium, Quid est virga oris Christi, nisi verbũ dei q̃ conterit terram, hoc est terrena sapientes? Quid spiritus labiorũ, nisi idem verbũ spiritus, quo interficit impium vt viuat

F

20

pietati, mortuꝰ impietati. Hęc est virga, cuius fastigiũ in manu Ioseph adorauit Iacob Gen: xlix. Hęc virga, cuius fastigiũ osculabatur beata Hester, eiusdem. v.

Dicitur virga methaphoricos, seu potiꝰ allegoricos, primũ, quia gracilis & facilis est, vt manu gestari possit, quia iugũ Christi suaue, & onus eius leue. Matt: xi. Mosi aũt manus graues sunt. Exo: xvij. ita vt suppositis lapidibꝰ ab Aaron & Hur sustentarentur, hoc est, vt Act: xv. Petrus exponit, onera legis importabilia. Cõtra manus Christi imponũtur etiam puulis passim in Euãgelio, & egris, vt bene habeãt. Sed & Moses duas grãdes lapideas & graues tabulas habet, deĩde leuitę olim grãdes & multas tabulas tabernaculi portabant, de quibꝰ Nũeri iiij. hęc sunt, inquit, onera eorũ, vere onera grauia & multa, si sola consyderent, Verũ nulla, aut certe modica, si ecclesiasticas leges & iura hodie tyrannisantia spectes, Nos em̃ non tabulas, sed syluas & rupes integras hodie portamus, Et manus pontificũ tam graues, vt orbis vniuersus nõ sustentare possit, & hoc merito, quia virgã Christi proiecimus, ideo cõtigit nobis illd' Isai. vij. Quia abiecit populus iste aquas siloe, q̃ fluũt cũ silentio, ꝑpter hoc adducet dñs super eos aquas fluminis fortes & multas.

Secũdo, quia recta est, Euangeliũ em̃ & lex spiritus ꝑ rectitudinẽ & viam compendij ducit ad vitam, vbi lex literę, per longas figurarũ & operũ ambages, ac velut per tediosissimũ iter deserti, vix perducit tñ vsq; ad Campestria Moab, nec ad terrã ꝑmissionis peruenit, sed cũ Mose deficit.

Tercio, ꝙ lex Christi nuda & reuelata est, sicut virga sine theca portatur, lex Mosi in arca & tabulę velatę portabantur, Qꝛ om̃is lex, om̃is operatio citra Christi legem, vmbra & absconditę iusticię signũ sit, nõ aũt res ipsa, q̃ per legem Chri reuelat̃. Ro: i. Iusticia dei reuelat̃ in Euãgelio ex fide in fidẽ.

Ferrea aũt dr̃, primũ (vt dixi) ꝑpter carnẽ cui lex Chri est durissima, etiã si spiritui sit suauissima, imponit em̃, crucem & mortẽ, oĩbus desiderijs eius, pauptatẽ, humilitatẽ, patientiã. Hæc sunt tria cornua Crucis, Pauptas em̃ cõcupiscentiã oculoꝝ & auaritiã. Humilitas supbiã vitę, & ambitionẽ. Patiẽtia, cõcupiscentiã carnis & voluptatẽ cõterit. Inde Isa. xxvij. vocat gladium durũ & fortẽ. Visitabit dñs in die illa, gladio suo duro & grandi & forti super leuiathan serpentem.

Secũdo, quia inflexibilis & inuincibilis rectitudinis, seu vt B. Aug: hic sentit. Inflexibilis iusticię, q̃tũlibet em̃ multi fuerint conati, verbũ dei in suũ sensum torquere & incuruare, ꝑmãsit

50

tamen inuictę rectitudinis, mendaces cõuincẽs eos, qui se torserũt. Nõ est em̃ arundinea, sicut baculus Aegypti. iiij. Re: xviij. & Isa. xxxvi. sup quẽ, qui innixus fuerit, manus ei⁹ ingredieť, & perforabit eã. Est aũt arundo, doctrina hominũ, omi vẽto opinionũ agitata. At vox ista clamantis in deserto, vt non est vestita mollibus, ita nec arundo vacua & vento agitabilis, sed plena & solida, ac ferrea. Q, aũt scripturę aliqui tribuũt cęreũ nasum, & velut arundinẽ motabilẽ dicũt, factũ est, opera eorꝫ, qui sancto verbo dei in suas ineptas & instabiles opiniones & glosas abutũtur, facientes, vt verbũ dei dũ omnib⁹ conuenit, nulli conueniat.

Tercio, sicut ferrũ oĩa comminuit & domat, vt Dani. ij. dicitur. Ita verbũ Christi, magna cõminuit (.i. superbos humiliat) distorta componit (.i. indisciplinatos castigat) erecta incuruat (.i. elatos inclinat) Aspera complanat (iracũdos mitigat) Breuia prolõgat (pusillanĩes cõsolať) longa abbreuiat (p̃sumẽtes exterret) crassa dilatat (tenaces reddit largos) lata coarctat (ꝓdigos facit frugales) obtusa exacuit (indoctos erudit) acuta hebetat (sapiẽtes stultificat) rubiginẽ pellit (accidiam fugat. Sũma, oẽm formam viciosam destruit, & in aliã deo placitã mutat, Et vt Apostol⁹. ij. Timo. iij. dicit, Oĩs scriptura diuinitus inspirata, vtilis est, ad docendũ, ad arguendũ, ad corripiẽdũ, ad erudiendũ in iusticia, vt perfectus sit homo dei, ad oĩe opus bonũ instructus.

Tanq̃ vas figuli, similitudinẽ miscet allegorię, ꝓ illustrãda sentẽtia. Apl'us. ij. Cor. iiij. Vas fictile, allegorisans, corp⁹, imo hominẽ in corpe significat, habemus (inq̄t) thesaurũ hunc in vasis fictilib⁹, vt sublimitas virtutis, sit dei, & nõ ex nobis. Hę sunt lagenę illę fictiles Gedeonis, quę iuxta vocẽ tubarum cõcussę & collisę ardẽt & lucẽt, ac Madianitas cõfusos ꝑsequũť & fugant, hoc ẽ, Martyrũ & sanctorꝫ corpa, varijs crucis passionib⁹ cõfracta, charitatis & veritatis exẽplis mũdũ erudierũt, & impios cũ impietate sua effugauerũt, Et tropologice, dũ caro seu carnalis hõ verbo crucis & virga ferrea confringiť, vitia & cõcupiscentiarꝫ turba confusa, disperit a facie virtutũ & gratiæ illustrantis hominem.

Est aũt similitudo hoc loco, nõ res ipa obseruanda, nõ eĩ Chr̃us suos cõfringit & discutit, mẽbrũ corpis a mẽbro discerpẽs, sicut fictilia cõfracta ĩ mľtas piculas disgregãť. Sed qđ hęc corpalis dissipatio, similitudo sit, spũalis dissipatiõis, hoc ẽ, ꝙ membra corporis, corporaliter non dissipata, dissipantur in

21

suis malis desiderijs & actibus, lingua non loquitur quę carni placent. Auris non audit detractionē, oculus nō videt turpia, Manus non rapit aliena, non tractat illicita, Et in vniuersum, corp⁹ peccati, quod membris antea vtebatur ꝑ suis cōcupiscentijs, repente dei verbo, dissipatis ac ab eo officio deturbatis membris destitutū, quandā fœlicem Babylonem repręsentat, dū vt Apostolus Ro. vi. ait Mēbra quę prius exhibita fuerūt seruire immūdicię & iniquitati ad iniquitatē, nūc exhibentur seruire iusticię in sanctificationē. Sic in Euangelio quoqꝫ fortior ille arma non modo aufert, sed & distribuit, Nā hebræa dictio thenaphezem, disperges, dissipabis, disijcies eos significat, autore Reuchlin.

Igitur vas figuli, om̄es Christiani sunt, primū ꝙ vas figuli facillime frangitur, ita mites homines incredulitatis duritia nō obstinati, facile cedūt verbo dei, nō cōtradicunt neqꝫ resistūt. Qui vero mētis sunt durę (vt Prouerb. xxviij. vocat) corruēt in malū, Et sine dubio subuertentur sicut montes & conterētur sicut rupes, vt iij. Ro: xix. Helias vidit.

Secūdo ꝙ vas fictile confractū, prorsus fit inutile ad vsum priorem, vt illud Isa. xxx. Impleri videas, non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portet igniculus de incendio, aut paꝝ aquę de fouea!, loquitur em̄ de lagena figuli valida cōtritione cōminuenda, fere ad verbū cum versu isto consentiens. Ita impius cōuersus, & in Christum mutatus, pristinę vitę redditur inutilis, dicens cū Apostolo Gal. vi. Mundus mihi crucifixus est & ego mūdo.

Et nunc Reges intelligite/erudimini qui iudicatis terram.

Interpres Etymolog⁹, pro iudicęs terrę, dixit, qui iudicatis terram. At sine etymologia, Reges, dixit, non, qui regitis, verū hoc parum ad rem. Descripto regno Christi, sanctā & fidelē eruditamqꝫ subiungit exhortationē, om̄ia tentans ac contendens, vt subiectos Christo reddat om̄es, maxime maiores.

Sed q̄ audax, & vt hodie solem⁹ loq, ꝗ̄ seditiosus & scādalosus, propheta iste procacissimus, qui os in cœlū ponit, non infimates & plebeculā, sed summos vertices & reges ipsos audet inuadere, & eos docere, q tū titulo & officio docēdoꝝ populoꝝ inflati, tū vsu & opiniōis honore securi, impatientis-

52

ſimi ſunt huius maximę infamię, eſſe videlicet eos ſtultos & indoctos, egereq́, vt doceantur & erudiātur, facile nāq́ eſt, indoctam plebem, diſcipulatui aſſuetam, diſcipulā habere. At reges, iudices terrę, magiſtros, rectores, doctores, pontifices, plębi nō modo æquare, & in diſcipulorꝫ ordinem poſt tantū docendi & regendi vſum cogere, verū etiam tacita plebe, eos ſolos diſcipulos requirere, quis q̄ſo ferat? Quis non tremat hic cū Iohanne Baptiſta verticem Chri tangere? At tangendus tn̄ eſt, & aqua Iordanis, deſcendētis videlicet humilitatis, baptiſandus, vt adimpleat oīs iuſticia, dū qui ſublimis eſt, humiliat ſe ſub infimo, & infimus pauet ſublimitatis humilitatē.

Verū benignus & optimus ſpiritus, ſciens totā populi inferioris ſalutē, in recta maiorū inſtitutiōe ſitā, eos ipſos primū blāde & paterne monet, vt ſenſui ſuo cędant, paratiq́ ſint doceri, tanto magis, q̄to nō ſuam ipſorꝫ, ſed oīm ſubditorū rem agūt. Quꝫq́ ipſi errare non poſſint, niſi cōmuni totius populi malo, iuxta illud. Cęcus cęcū ducit, & ambo in foueā cadunt. Nō ſolū aūt hac ratione eos monet, ſed quia ſcit eos (vt dixi) poteſtate & officio inflatos, ſemper in ore habere, Illud Iohā: viij. Tu doces nos? Et illud Hiere: xviij. Nō em̄ peribit lex a ſacerdote, neq́ conſiliū a ſapiēte, nec ſermo a propheta, Hac em̄ veſicca & fiducia inflati, ſoliti fuerūt reſiſtere veris ꝓphetis, nō aliter q̄ hodie reſiſtitur veritati cuicūq́, ab adulatoribꝰ pontificū, garrientibꝰ, ꝙ nō p̄ſumitur, tātę celſitudinis apex errare, & eccleſia nō pōt errare, Papa nō pōt errare, Conciliū non pōt errare &c̄. Illi tamen in veteri teſtamento rigidius fuerūt aſtricti obedientię pontificū, q̄ nos Chriſtiani, Siquidē tūc ſub pœna mortis debebant audire ſacerdotē leuiticū. At hodie qn̄ ſumus om̄es ſacerdotes, & illud Iſaie, nūc impletur. liiij. Dabo filios tuos vniuerſos doctos a dn̄o. Et Hiere: xxxi. Nō docebit vltra vir proximū ſuū, & vir fratrem ſuum dicens, Cognoſce dn̄m, om̄es em̄ cognoſcent me a minimo eorꝫ vſq́ ad maximum, ait dn̄s. Et i. Corin: xiiij. Paulus manifeſte p̄cipiat, vt ſi cui ſedenti facta fuerit reuelatio, prior debeat tacere. Ideo in nouo teſtamento, ſic ſunt audiendi ſuperiores quicūq́, vt liberum relinquatur cuiq́ infimo de ſuperioris ſentētia iudicare, in ijs q̄ ſunt fidei, multo magis q̄ prophetis liberū fuit Maioribus Iſrael reſiſtere, nō obſtante dei pręcepto, Nā in Synagoga, vbi ſacerdotiū in externis tm̄ Cerimonijs agebat, ſine periculo erat, quicūq́ error ſacerdotū. At in Eccleſia vbi res ſpiritus & fidei agitur, oīm prorſus intereſt obſeruare, ne ſacerdos erret. Cū

deus soleat infimo reuelare quod summo ne dignatur quidē ostendere, vt regnū suū sit firmū in humilitate, qua sola subsistit.

Obserua Emphasin aduerbij, nūc, Nūc, inq̄, postq̄ Chrūs cōstitutus est rex oīm, in quo tpe duo sunt, quæ vos maxime remorabūtur, ne recta cognoscatis.

Primū, q̄ Chrūs ille a vobis crucifixus, mortuus, dānatus etiā autore deo maledictus scd'm legē Mosi, p̄dicatur dñs dominātiū, Difficillimū oīm erit, agnoscere eū regē, qui tam desperata & ignominiosa morte interijt, Sēsus fortiter repugnat, ratio abhorret, vsus negat, exemplū deest, plane stulticia hæc gentib⁹, & Iudęis scandalū erit, nisi super hęc oīa mentē eleuaueritis.

Secundū, q̄ rex iste sic regnat, vt omnia q̄ in lege sperastis, contēnenda, oīa q̄ timuistis, amāda, doceat, crucē, mortemq̄ pponit. Bona q̄ videt̄ & mala, iuxta vilipendēda esse suadet, lōge in alia vos bona, eaq̄ quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt, vos trāspositur⁹. Moriēdū est vobis, si sub hoc rege viuere vultis, Crux & odiū totius mundi ferenda, ignominia, pauptas, fames, sitis, breuiter mala oīm fluctuū mūdi, nō fugienda. Hic est em̄ rex, qui & ipe stultus factus est mūdo & mortuus, deinde cōterit suos virga ferrea, & tanq̄ vas figuli cōfringit eos. Q uō hūc sustinebit, qui sensu nititur, qui rem ratione metitur, qui stat in ostio papilionis sui, qui faciē sui Mosi videre nequit? Ideo intellectu opus est, & eruditione, quib⁹ hęc transcēdatis & visibilib⁹ cōtēptis, in inuisibilia rapiamini, nō sapientes ea q̄ super terrā, sed quæ sursum sunt, vbi Christus est &c̄.

Proinde v̄bū intelligite, in hebreo, sonat hascilu, qd' absoluto statu significat, intelligētes facite, scz vosmetipos (vt Hie. exponit) vel alios, hoc est, Sic agite, hoc cōtendite, vt sitis intelligentes, & spūalia ac cœlestia sapiatis, qd' nr̄a vernacula dicimus, Seynd vveys vnd vorstendig. Simili sentētia, q̄ p̄s xxxi. Nolite fieri sicut equus & mulus, quib⁹ nō ē intellect⁹. Est aūt hęc intelligētia, nō de qua philosophi opinātur, sed fides ipa, quę in reb⁹ psperis & aduersis, potēs ē, ea videre, q̄ nō vident. Ideo nō exprimēs, quę intelligāt, absolute dicit, īteligite, idest facite vt sitis ītelligētes, curate, vt sitis creduli, Nō em̄ habēt nomē, neq̄ speciē, ea q̄ fides intelligit, Nā presentiū rerū psperitas vel aduersitas penitus subuertit omnē hominē, qui fide non intelligit inuisibilia. Hic em̄ intellect⁹ ex fide venit, iuxta illd', nisi credideritis, nō intelligetis, & ē ingressus ille caliginis, ī qua

absorbetur, quicquid sensus, ratio, mēs, intellectusq; hois cō-
prehēdere pōt. Coiūgit em̄ fides, animā cū inuisibili, ineffabili,
innoīabili, ęterno, incogitabili verbo dei, simulq; seperat ab
oībus visibilib⁹. Et hęc est Crux & phase dn̄i, in q̊ necessarium
p̄dicat hunc intellectum.

Erudimini iudices terrę. Aug: Tautologice dictū accipit. Est
aūt & hoc verbū erudimini, absoluti status pro eo, qd̄ ē, Agite
vt sitis eruditi, hoc est, e rudib⁹ aīalibusq; sensuū & sensiliū
rerū affectib⁹, & opinionib⁹ eruti, vt nō pueriliter de Christo,
regnoq; eius sentiatis. Aīalis em̄ homo nō percipit ea, quę dei
sunt. i. Cor. ij. Mihi aūt eruditio, videt̄ significare auersonē cor-
dis a rebus pereūtibus, sicut intellectus, cōuersionē & apphen-
sionē rerū ęternarū, illā Crux opatur in carnis mortificatiōne,
hanc fides in spiritus viuificatione.

Terrā significare, figuratę hoīes in terra, noti⁹ est, q̄ vt in-
dicari egeat, nisi q̄ Aug: libenti⁹ tropologisans, corpus signi-
ficari putat.

Seruite domino in timore / & exultate ei cum tremore.

Mira sentētia, & in oculis nostris absurda, Timor em̄ odiū
& fugā opatur, nō famulatū, & tremor vehemēter obstat exul-
tationi. Deinde & alij psalmo cōtrariū dicit, vbi seruire dn̄o in
lętitia iubemur. Quid igit̄: Mediatorē Apl'm Paulum au-
diamus, Qui. i. Cor: i. dicit. Q̄z mūdus in sapiētia dei nō cog-
nouit p̄ sapientiā deū, placuit deo per stulticiā p̄dicationis sal-
uos facere credentes. q. d. in stulticia sapientes fieri oportet, Ita
in pace & prosperitate, deū (sicut oportuit) benefactorē non
agnouimus, nec laudauimus, placuit, vt nūc i cruce & aduer-
sitate eū agnoscam⁹ & laudemus, Ita in securitate nō seruiuim⁹
deo cū lętitia, placet, vt in timore seruiamus ei cū lętitia, & in
tremore exultem⁹, & in summa, sicut oīa dei mūdus peruertit,
ita rursum deus oīa mūdi peruertit, creatura tota data est ad
erigendū illuminādūq; hominē. At ip̄e, illa vtitur ad excecā-
dū & incuruādū seip̄m. Quare rursus deus vtitur creatura tota
ad excecandū & incuruandū hominē. Hæc est crux Christi &
p̄dicatiōis illa stulticia, qua saluos facit credentes. Nā sentien-
tes, ratiocinātes, sapientes, intelligentes, in hijs oībus offendū-
tur & perdūtur.

Est itaq; sensus, quādo Christus dominus, in virga ferrea
regnat, & confringit veterem hominem verbo crucis, atq; id

voluntate & mandato patris, qui omnia ei subiecit, oportet vt ei subiectos vos agnoscatis, subiectos autem ī timore, quo patienter & humiliter feratis crucem eius, timentes ne quo minus, manū & consiliū eius sustinētes, reprobi efficiamini, sicut illi ps. lxxvij. Filij Ephraim conuersi sunt in die belli, Hoc aūt prestabitis, si vos nūq̄ indigna pati, sed multo maiora mereri agnoueritis. Superbi em̄, qui sibi tm̄ bonis digni videt̄, securi sunt, nō verentur cum Iob om̄ia opera sua, ideo in tpe tentationis nō subsistūt, Sed sicut Matt. vij. de domo stulti viri super harenā edificata dicit̄, magna ruina collidūtur, & peiores reddūtur. Timor itaq̧ iste in tota vita, in om̄ibus opibus, est magna pars crucis, imo fere tota crux.

Quin insuper cū Aplo Ro: v. Gloriandū ē in tribulationibus, exultandū cū tremore. Ex quibus oībus colligitur, duplicem esse dei seruitutem & exultationem. Est enim

Seruitus in securitate, & exultatio ī dn̄o sine tremore, haec sunt hypocritarū, qui securi sunt, sibi placent, nec inutiles serui sibi videntur, merita multa habentes, de quib⁹ ps. ix. Auferūt̄ iudicia tua, a facie eius. Ad qđ sequit̄ mox illud ps xiij. Nō est timor dei ante oculos eorū, Hij iusticiā sine iudicio faciunt in omni tempore, nec permittunt Christum esse iudicē tremēdū omnibus, in cuius conspectu nō iustificatur om̄is viuens.

Seruitus in timore, & exultatio cū tremore, iustorū est, qui iustitiā faciūt & iudiciū om̄i tpe, vtrūq̧ semper tēperantes, nec vnq̧ sine iudicio, quo terrentur, ac desperant de se, suisq̧ opibus, nec sine iusticia, qua confidūt & exultant in misericordia dei, Horū toti⁹ vitę officiū est, seipos in om̄ibus accusare, Deū in om̄ibus iustificare & laudare, ac sic implent illud prouer: xxviij. Beatus homo qui semper est pauidus, Simul illud i. Thessa. vltimo. Semper in dn̄o gaudete, Ita inter molam inferiorē & superiorē. Deu: xxiiij. Conterūtur & humiliantur & exuta theca frumenti, fiūt farina purissima Christi.

Emphasin istā, tuo relinquo studio, qua dicit, Seruite dn̄o, nō tibi, nō ventri, nō auro, nō deniq̧ iustitię, potestati, sapiētię tuę, nec vlli prorsus rerū, Hęc em̄ species sunt idolatrię, Ita exultate ei, non vobis, non vlli creaturę, sed soli domino.

Hoc aūt fit, qn̄ in om̄ib⁹ tibi nihil arrogaris boni, de quo cōfidas, ac glorieris, Sed soli deo tribuas om̄ia, & ip̄m in om̄nibus laudaris, benedixeris, amaueris. Tibi vero omne malū attribueris, in quo timeas, tremas, diffidas, Sicut Iob ꝓ vtroq̧ tpe dixit, Dn̄s dedit, dn̄s abstulit, Sit nomē dn̄i bn̄dictū.

Hęc om̄ia

Hæc omnia q̃ sint difficilia videbis, si vtrūq; tempus obserues, In aduersitate em̄ arduū est, non deficere, nō quærulari, non impatientem fieri, & timore maloꝝ, non facere aut omittere cōtra dei præceptum, ac sic timore dei superare, timorem creaturę, non cedere affectib⁹ & obiectis, sed adherere, verbo dn̄i vsq; etiam ad mortē. Hic em̄ probatur an dn̄o seruiatur, an plus dei volūtas timeatur, q̃ creaturę cuiuscunq; violentia Porro in prosperitate etiam magis piclitatur tremor dei, q̄ in aduersitate timor dei, Hic em̄ exultatur secure, & difficile est timere nedū tremere, dum om̄ia cedunt ex sentētia.

Iccirco, meo iudicio, Tremorē cū exultatione, & timorē cū seruitute, aptissime coniūxit, q̄ seruitus laborem aduersitatis īportet. exultatio aūt ociū prosperitatis, atq; in hac adeo commendandus fuerit timor, vt etiā tremorem ibi necessariū assereret. q. d. plus timendū est, vbi timor non est, & quo fœlicius oīa habent, eo solicitius timendum, atq; adeo tremendū, cum exultare ac effusius lætari contigerit.

Appręhendite disciplinam/neq̄n irascatur dn̄s/ & pereatis de via iusta.

In heb. Dn̄s, & iusta, nō habentur, sed nihil officit, Fere ab omnibus ista translatio reprobatur, Appræhēdite disciplinā, Nam heb. Nasscu Bar dicitur, quod Hiero. in Psalterio heb: transtulit. Adorate pure, quia Bar etiā purum & electū significat, idem in Cōmentariolo sic dicit. In hebræo legitur nescu Bar, quod interpretari pōt, Adorate filium, Bar em̄ & filium significat. Vnde Simon, Bar Iohanna, fili⁹ Iohannis in Euāgelio. Et Bar Ptolomeus, filius Ptolomei. Barnabas fili⁹ Prophetæ, & similia. Burgen̄ & Lyranus sic Osculamini filiū nusq; aūt dicitur Bar, disciplinā significare. Osculari aūt interpretantur homagiū prestare, vt sit sensus. Osculamini filiū, idest cū reuerentia & humilitate regē & dn̄m Christū suscipite.

Sed tentemus vtrūq; omnia concordare, Osculum primo signū est reuerentię & adorationis, quo modo sacra & diuina osculamur & honoramus, aut humiliter ꝓstrati, pedes & vestigia osculamur, sicut Maria Magdalena Christū osculata est. iuxta hoc. Hiero. transtulit, Adorate pure.

Secūdo est signum recognitionis & fidei prestandę, vt in homagio, vbi osculari solemus manū, agnoscentes hoc ipso

dominũ, quē osculamur. Tercio signũ est perfectissimę amicitię & charitatis, quo solemus oculos aut faciem osculari, de quo Aplus pcipit Ro: xvi. Salutate inuicē osculo sancto, quo osculo Christus suos discipulos legitur reuertentes excipere solitus. Verũ qñ hoc modo osculātes, soleant muto sese appręhendere & amplecti, nra translatio habet, Apphendite disciplinam.

Cũ aũt absolute dicat, Osculamini filiũ, nõ pedes, nec manũ, nec faciem cõmemorans. Iustũ est, vt p tota latitudine osculi accipiamus, vt Christũ, osculo pedũ adoremus, sicut filiũ dei verũ deũ, osculo manus, excipiamus, sicut legitimũ dñm & sempiternũ adiutorem ac saluatorē, osculo oculorꝝ vel faciei, amplectamur, sicut dulcissimũ fratrē, amicũ & sponsum animę nostrę, de ijs tribus osculis vide Bernhar. in principio canticorꝝ, vt sit sensus, Osculamini filiũ, hoc ē, Christum deũ colite summa reuerentia, Chro dño subiecti estote summa humilitate, Christo spõso adherete summa charitate, Ecce amor & timor, vtriusqꝫ modus & medium, humilitas, Haec perfectissima est latria.

Iam illud, Bar. qđ filiũ, purũ, disciplinā translatũ ē, sic cõcinnemus, qꝫ fides Christi, est vere disciplina nostra, Ideo qui in Christũ credit (.i. filiũ osculatur) vere disciplinā apphendit, portans crucifixũ Christũ in se ipo, vt ad Galatas scribitur. Nõ eñ Christ⁹ scđm carnē osculatur aut apphenditur, sed in spũ, idest dum crux & passio eius (quibus disciplinamur heb. xij). amanter suscipitur, Ideo nra translatio ad verbum nihil est, ad sensum aũt pprijssima. Porro pure adorare, illud tangit qđ. iij. Re: ix. scribitur de adoratione impura Baal. d. Derelinquā mihi in Israel septē milia virorũ, quorũ genua nõ sunt incuruata ante Baal, & oĩe os quod nõ adorauerit eũ, osculans manũ, vbi, vt obiter dicā, osculans manũ, nõ est in textu, sed idē verbũ, Nasca, quod nunc osculari dictũ est significare, ponitur, vbi dicit, quod nõ adorauerit eũ, qđ forte quispiā hebreista interptatus, glossauit, osculans manũ, vt modũ adorationis exprimeret, ac deinde in textũ relatum est ab imperito scriptore. At in hũc sensum tñ Iob. xxxi. loquitur. d. Si osculatus sum manũ meam, ore meo, quę est iniquitas maxima, & negatio cõtra deũ altissimũ, quo tropo scripturę B. Greg. interpretatur significari, hominē in suis operib⁹ fidentem, ac de iusticia non accepta in Christo, sed viribus proprijs obtenta gloriantem. Hic eñ adorat & osculatur manũ suam, ore suo,

quia se laudat in se, sibi placet in se, nō in dn̄o laudatur anima eius, Ideo est iniquitas maxima, & negatio altissimi, vt quę id qđ dei est, sibi tribuat, seipsam in Idolum Baal sibi statuens, seq; adorans, se autorem faciens bonorū suorū (nam Baal autorem seu dn̄m significat). Sic Isa. ij. Opus manuū suarū adorauerunt, quod fecerunt digiti eorū. At hæc est adoratio impurissima, quare Christū osculari, Christū agnoscere saluatorem, & illius manū osculari, hoc vere & pure & purū adorare est, hoc filium adorare ē. Si filius (inquit) vos liberauerit, vere liberi eritis. Concludamus itaq;, Vult ꝓpheta, vt seruiāt Christo in timore, se peccatores agnoscant, & semper accusent, solum deum iustificent in Christo, Sed cū ei possint occurrere, & pretendere se legē seruasse, iustos esse, nō peccasse, nec Chro ad iusticiā opus sibi esse. Huic p̄sumptioni pessimę occurrēs, dicit. Nolite existimare vos esse iustos, exinanite hāc opinionē idolatram, ne vos deo ęqueris, nolite fidere in iustitijs vestris, imo filium osculamini, filiū amplectimini, illius manus, illi⁹ iusticia, illius salus vos seruabit. Atq; hoc nisi feceritis, irascetur iustitię vestrę, & peribitis de via, seu (vt ego somnio) peribitis cū via vestra, Nā hebraice satis obscure dicit vethobedu derech, idest, & peribitis via, qđ per eclipsim, ꝓ peribitis cū via, dici mihi videtur, iuxta ps i. Iter impiorū peribit. Verūtamen nullius sensui p̄iudico, ego nō video, quō de via iusta pereāt, qui in via iusta nondū sunt, terreri aūt periculo suo possunt, qui in via sua tanq̄ iusta sibi placentes, Christū verā viam non agnoscunt.

Cū exarserit in breui ira eius

Beati omnes qui confidunt in eo.

Hęc pars ad aduersum p̄cedentē pertinet in hebreo, qui totus sic ordinatur. Adorate filium ne forte irascatur, & pereatis cum via, quoniā exardescet breui ira eius. Beati omnes qui cōfidunt in eo.

Est ergo sensus, Maturate & festinate Christum adorare, ne pereatis in ira ei⁹, Ac ne vosipos fallatis, quasi adhuc longe sit, Scitote, q̄m cito & i breui exardescet ira ei⁹, subito dū nō speratis veniet, sicut Mat. xxiiij. Si dixerit mal⁹ seru⁹ ille i corde suo, morā facit dn̄s me⁹ venire, veniet dn̄s serui illi⁹ i die q̄ n̄ sperat

& hora q̃ ignorat, Sic prouer: i. Cũ venerit repentina calamitas. Et i. Theſſ: v. Ipſi diligenter ſcitis, quia dies dñi ſicut fur in nocte, ita veniet. Cũ em̃ dixerint pax & ſecuritas, tũc repẽtinus eis ſuperueniet interitus. Terribilis eſt ergo iſta cõminatio, quia ſi ſubito apprehenderit ira dei, nõ erit qui eripiat. In fine pulcherrimo pſalmũ concludit epiphonemate. Hęc eſt, inquit, ſumma ſummarũ, Beati om̃es qui confidũt in eo, ideo enim paſſus eſt, ideo reſurrexit, ideo cõſtitutus ẽ rex, ideo accepit oĩa in hęreditatẽ, vt ſaluare poſſit oẽs, qui cõfidũt in eũ.

Hęc aũt cõfidentia iuſtificat ſola, ſine opib⁹ legis, vt Apo: ad Ro. & Galatas docet, Verũ difficillima eſt tot reſiſtentibus aduerſitatibus, tot allicientib⁹ proſperitatibus, Beati ergo qui nõ fuerint ſcandaliſati in eo, quod opus eſt diuinę gratię, non aũt humanę virtutis. Sic em̃ ſpũs benignus, nõ in ęternũ comminatur, ſed territos rurſum cõſolatur ſine fine. Si (inquit) timetis iram eius, nolite deſperare, confidite, Beati om̃es qui cõfidunt in eo, Ideo em̃ terret ira eius, vt ad fiduciam illius vos vrgeat. Amen.

PSALMVS TERCIVS.

Pſalm⁹ Dauid cũ fugeret a facie Abſalom filii ſui

Cur hic p̃s preponatur aliis, qui de hiſtoriis multo prioribus facti ſunt, parum me mouet, neq; em̃ adhuc vidi ſatis idoneas ordinis rationes, Nam hiſtoria p̃s. l. de vxore Vrię, ſine dubio ante hiſtoriã huius pſalmi facta eſt, & multorũ aliorũ hiſtorię priores iſta fuerunt.

Omniũ interp̃tationes afferre, nõ eſt conſiliũ, & tñ in tanta varietate, quã eligã, ip̃e nondũ certũ habeo, Ad allegorias nõ facilis ſum, p̃ſertim, qñ legitimũ & ꝓprĩũ illũ, germanũq; ſenſum quęro, qui in contentione pugnet, & fidei eruditionẽ ſtabiliat. Ne aũt hiſtorica intelligẽtia in hoc p̃s ſit, multa videñt obſtare, Imprimis illud, qđ B. Aug: mouit. Ego dormiui & ſomnũ cepi, qđ reſurgentis Chriſti verbũ eſſe videtur. Deinde qđ in fine ſuper populũ benedictio dei, ꝓnũciatur, quod ad vniuerſalem eccceſiã pertinere conuincitur. Hinc B. Aug: tripliciter eũ interp̃tatur, Primũ de Chriſto capite. Secũdo de toto Chriſto, ideſt Chr̃o & Eccleſia capite & corpe. Tercio tropologice, de quolibet priuato.

Saluus eſto cuiq; ſuus ſenſus. Ego interim de Chr̃o interp̃tabor, motus eodẽ, quo Aug: argumẽto, ꝙ quintus verſus,

3. Psal.

nō videatur apte de quoq; intelligi alio q̄ Christo, primū, q̄ dormitio & somnus hoc loco, oīno significat mortem naturalem, nō aūt naturalē somnū, q̄ ex eo conijci pōt, quia sequit̄ Exurrexi, Si enim de somno corpis diceret, euigilaui, diceret, q̄q̄ hoc nō ita vrget, hębreo vocabulo īspecto. Deinde quid noui recitaret, si se dormisse & iacuisse recitaret? Cur nō etiam ambulasse, comedisse, bibisse, laborasse, equisse, aut alid̄ simile corpis opus recenseret? Insuper absurdū videtur in tanta tribulatione iactare, nō aliud q̄ corpis somnū, q̄ potius eū coegisset maxime vigilare, periclitari ac laborare, p̄sertim cū ista duo verba, dormiui & somnū cepi, quietā significent dormitionē in stratu suo iacentis, qualis nō est, qua p̄ tristitia dormit̄. Sed illud magis vrget, q̄ ideo se exurrexisse gloriatur, qd̄ dn̄s susceptor eius fuerit, qui dormientē susceperit, & ī somno nō reliquerit, quā gloriam, q̄uo, noua religione, de aliq̄ somno corpis, ac nō de omi quottidiano somno sonaret? presertim, q̄n susceptio dei simul indicat extremā derelictionē dormiētis quę nō cōtingit in corpali somno, vbi etiā hominib⁹ custodibus seruari pōt dormiēs, oīno susceptio ista dei, nō somnū, sed grandē laborem subindicat.

Vltimo huic fauet & ip̄m vocabulū hekitzothi, quod hic absoluto in statu positū, & transitiuū tercij, significat, feci exurgere seu euigilare. q. d. feci vt essem euigilās, suscitaui meip̄m quod certe de Resurrectione Chr̄i aptius, q̄ de somno corpis intelligitur, tū q̄ dormientes excitari soleant, tū q̄ non magna res est, nec tanta p̄dicatione digna, quēpiā a seipso euigilare, cū sit quottidiana. Hęc aūt, quia per spiritū velut noua & singularis inducitur, aliud erit omnino.

Quę si ita sunt, consequens est, q̄ vbicūq; titulus psalmi historiā indicat, nō semper esse necessariū historiam in psalmo cantari, sed historiā intelligi occasionē fuisse, qua futura prophetę, spiritu illustrante, monstrata intelligerent. Esto igit̄ tituli sensus psalmus (idest carmen) Dauid (ei reuelatū, seu per spiritū ad eū factū) cū fugeret &c. idest occasione talis historię, neq; eīn tpe eiusdem historię, & fugę ab eo conditū esse conuenit, q̄n erat anxietate & tristi expectatione inquietissimus. Spiritus sanctus aūt, lucidū & quietū organū requirit, nec in tentatione, sed post tentationē homo demum sapit, quæ cum eo gesta sunt, Ideo verisimilius ē longe post historiā compositū esse, q̄n quieta meditatione, intellexit mysteria sui euētus.

Notandū aūt, q̄ in oīb⁹ superscriptionibus Dauid datiui

26

casus ē, qui in hac causa ęquiualet accusatiuo cū ꝑpositiōe ad, quo tropo, in cęteris ꝓphetis dicitur, verbū dñi factū ē, ad hūc vel illū, aut in manu huius vel illius. Huius ꝓphetę ꝓprium est, verbū dei appellare, psalmū, canticū & eruditionē, & alijs titulis adornare, vt videbimus. Deinde in datiuo casu sibi tribuere eiusdem verbi reuelationē, vt singularem ꝓphetam, seu singulares ꝓphetias huius libri cōmendaret spiritussanctus.

Necessariū erit historiā. ij. Reg. xv. ꝓnosse, & sacramēta eius intelligere, primus Absalom, populū iudaicū representat, tam figura gestorū ꝗ nomine. Nomine quidē, quia Absalom, pater pacis, interꝑtatur, qꝺ felicis erat ominis, si cętera non cogerent, de pace mala quā mūdus dat, idest de odio Crucis Chrī intelligere. Exhorruit eñ populus iste peculiariter crucem & mala mūdi, ꝓpterea qꝺ bona mūdi & pax huius vitę eis in lege ꝓmissa erant. Hinc eorū vox, pax pax, cū nō esset pax, q̄a nec legem seruabant, nec poterant, sed & Apl̄s eos crucis inimicos appellat.

Re aūt gesta, Quia Absalom. ij. Re: xiiij. scribitur fuisse formosissimus in om̄i Israel, nec vlla in eo macula a vestigio pedis, vsq; ad verticem, & cęsaries inauditę copię, vt singulis annis tonsa venderetur ducentis siclis pondere publico, vbi dr̄, Mulieribus eam ad ornanda sua capita fuisse venditā. Hæc est Synagoga speciosa p̄ oīb⁹ populis terrę, gloria patrū, ꝑeminētia cultus vnius veri dei, dono legis, scientię, ꝓphetię, & multorū aliorū. Ro: ij. & ix. Deinde Cęsaries copiosissima, splēdidū ordinē sacerdotū & leuitarū in vertice & summo loco Synagogę, diuitijs & delitijs abūdātiū & luxuriātiū & sūpbientiū significat, de qb⁹ Isa: iij. Decaluabit dñs verticē filiarū Zion, & erit ꝓ crispāte crine caluitiū, idest ꝓ glorioso sacerdotio &c̄. Et p̄s lxvij. Verūtn̄ deus confringet capita inimicorū suorū, verticem capilli perambulantiū in delictis suis. Nā & hoc qꝺ Absalom occidendus, capillis pendebat in quercu, inter cęlū & terrā, significat sacerdotes pendere in opinionibus suis carnalibus, nec cœlestia nec terrena legis attingere & intelligere. Et detonsa ac mulieribus vendita signat sacerdotes eiusmodi, de vertice synagogę in spiritu sepatos, non nisi cupiditatib⁹ & voluptatibus sese tradidisse, Nec eñ voluptates quempiam ornant, sed ip̄is magnū accedit ornamentū & illectamentum, tantis in illis optimatibus addictis ac venditis.

Et ad rem Absalom affectator regni & hęreditatis cōtra patrem suū Dauid, expulit eū de ciuitate, vsus consilio Achito-

62.

phel, qui postea strangulauit seipm laqueo in domo sua. Sic populus Iudaicus cõtra Christum, hic est, inquit, hęres, venite occidamus eũ. Item Iohan: xi. Si dimittimus eũ sic, omnes credent in eũ, vsus ad hoc consilio & auxilio Iudę proditoris, q similiter vt Achitophel, cohortibus & ministris se armauit. Similiter in domũ conscientię suę descendẽs ac desperans, laqueo se suspendit. Achitophel eñ frater meus insulsus dicit. Ad qđ Dauid illusit i. Re: xv. qñ dixit. Infatua, obsecro dñe, consiliũ Achitophel. q. d. vt sit vere insulsus & fatuus hac vice.

Dauid aũt egressus nudis pedibus, & operto capite, significat Christũ eductũ ad Golgatha, qui & ad literã nudis pedibus, & capite corona spinea & sanguine, velato incessit, sed allegoricę. Caput, diuinitas, abscõdita erat, in infirmitate, Et pedes nudi (idest humanitas oĩno sibi relicta). Regressus eius ad vrbẽ, occiso Absalom, Resurrectio Chri est, in peccatis mortuo, & tñ victo populo Synagogę, tunc eñ percussa maxilla eorũ, & dentes eorũ contriti, vt ps iste dicit, q Christũ amplius vorare nõ possint: quia iã nõ amplius moritur.

Dicit itaq;.

Omine quid multiplicati sunt / qui tribulãt me? multi insurgunt aduersum me?

Fere idem scopus est huius ps cũ pcedente, similisq; sentẽtia, Nam & hic incipit a quęrela & vana aduersariorũ Christi psumptione, & finit in triũphante consolatione, dicens. Qm̃ tu percussisti, & dñi est salus &c. Nisi q hic & rem breuius & affectũ patientis plenius tractat. Tria eñ sunt quę vehementer quatiunt patientẽ, Solitudo, impotentia, desperatio, quas augent confortantq; tria aduersarior, Multitudo, potentia, fiducia. Ad solitudinem suam & multitudinẽ persecutorũ pertinet, qđ dicit, dñe qui multiplicati sunt, qui tribulant me, Alioquin, nisi solitarius & derelictus esset, qũo pateretur? qũo tentaretur? qũo tangeretur, fultus vel ęquali vel maiore multitudine pro se certantiũ? Sicut diabolus sensit Iob i. Nũquid frustra Iob timet deũ? Nõne tu vallasti eum ac domũ eius, vniuersamq; substantiã eius per circuitũ?

Ad impotentiã suam & hostiũ potentiã pertinet, quod dicit. Multi insurgunt aduersum me, neq; enim pateretur

27

etiam solitarius, nisi infirmior a robustioribus opprimeretur sicut Samson solus a Philistęis nihil pati potuit, quos toties percussit. Quare generali canone obseruādū est, patientiā nullam esse eius, qui habet vnde reddat & vindicet, aut vnde resistat ne opprimi possit, vtrunq; em̄ patientis est, neq; vlcisci, neq; resistere posse.

Patientia.

Grauius aūt est, insurgere, q̄ simpliciter tribulare, sicut grauius est esse impotentē q̄ solitariū, & grauius hostem esse robustū ac inuictū q̄ multū, ideo dicit illi stāt, erigūtur, firmātur, roborant, ꝓualent, cōfortati sunt super me, Ego aūt nuto, cado, infirmor, prosternor penitus. Hanc em̄ illorū inualescentiā, & suam defectionē, verbo, surgūt, significat, quomodo & supra ps. ij. Astiterūt reges terrę, eandem potentiam expressit. Verū vltra hęc duo, fortissime & extreme viget, hoc qđ seqt.

Multi dicunt animę meę: nō est salus ipsi in deo eius. Sela.

Hoc certe Christus in cruce audiuit, confidit in deo, liberet eū nūc si vult, sicut & ps xxi. ꝑdictū est. Om̄es videntes me deriserūt me, locuti sunt labijs, & mouerūt caput, sperauit ī dn̄o, eripiat eū, saluū faciat eū, qm̄ vult eū. Hęc em̄ fiducia, illusio, irrisio, insultatio, epinicion & encomiū aduersarioꝝ, tanq̄ de triūphato & desperato penit⁹ inimico, extremū ē & amarissimū tribulationis, siquidē cecidisse & occubuisse multis & robustis hostibus, tū primū atrocissimū est, qn̄ spes resurgendi, etiā ī ipo deo denegatur, sicut & ps. xl. Verbū iniquū constituerūt aduersum me, nūquid qui dormit, adijciet vt resurgat? In hac aūt desperatione fuisse Christū nouimus, nō q̄ ipe desperarit, sed qđ ab oibus etiā discipulis desperaretur, hoc est, sine spe resurgendi haberetur, tanq̄ mortuus a corde eoꝝ, vt ps. xxx. dicit. hic quęritur cōsolator, & non inuenitur, quin ꝓ consolatione, desperatio, cum amarissima irrisione ingeritur, quod diabolicū est.

In heb. absolute habetur, in deo, sine pronomine, eius, qđ ad epitasin facere mihi videtur, ac si dicas, nō modo derelictū & opresum dicūt ab oibus creaturis, Sed & deū, qui omibus adest, omia seruat, omia curat, me vnū prę rebus vniuersis, non seruare. Qualē tentationē & Iob. vij. gustasse videtur, vbi dicit. Quare me posuisti si contrariū tibi. Nihil est em̄ tentatio q̄cunq; vel vniuersi mundi, & totius simul inferni in vnū conflata

Tentatio om̄ grauissima.

64

3·psal:

flata ad eam, qua deus cõtrarius homini ponitur, quã tremẽs deprecatur Hiere: xvij. Non sis tu mihi formidini, spes mea in die afflictiõis, de qua infra p̃s. vi. Dñe ne in furore tuo arguas me, & sepius per totũ psalteriũ videbimus. Hæc est insustentabilis prorsus, & ip̃e ꝓprie infernus, vt eodẽ. vi. p̃s dicetur. Q̃m̃ non est in morte &c̃. deniq; nisi expertus sis, ne cogitare quidẽ illam possis.

Nota modestiã imo singularem quendã affectũ eius, qui ĩ hac parte tentat̃, Interrogatiue dicit. Quid multiplicati sunt, q̃ velut innocẽtẽ se studet ꝓbare, & indigna sibi fieri ĩdicat. Attñ nõ audet eos accusare, & nomine iniustoꝝ aut peccatorũ appellare, sed ambiguo vocabulo vtens, dicit. Quare tã multi sunt tribulatores mei? At infra post victoriã, constanter, & cũ fiducia peccatores & iniustos pronunciat, dicens. Aduersantes mihi sine causa (vt noster textus habet) & dentes peccatorũ cõtriuisti. Nam dũ intra tentationem torquetur, se vnum esse sibi videtur, cui soli deus sit cõtrarius, & irremissibiliter iratus, solus ip̃e tũc peccator est, om̃es alij iusti, & deo autori contra se cooperãtes, nihil reliquũ est, p̃ter gemitũ hũc inenarrabilẽ, quo insensibiliter spiritu adiutus dicit & quęrit. Quid me tot tribulant vnũ? Sed & ip̃e Dauid in hac historia eodẽ affectu laborans, dixit. ij. Re: v. Si dixerit mihi, nõ places, p̃sto sum, faciat qđ bonũ est coram se, O magna sui abnegatio, deũ contrariũ sibi etiã eligens &c̃.

Sela.

In fine huius versus ponitur dictio hebraica, Sela, quam quia sępiꝰ habebimus, hoc loco semel absoluemus. Nec hodie satis cognitũ est, quid faciat ipsa, aut quid significet. Lxx. interpretes, pro ea transtulerũt gręce diapsalma, qđ B. Aug: interp̃tatur pausam, interruptionẽ & discontinuationẽ psalmodiæ. Sicut ecõtra, Sympsalma vocat compositionẽ seu continuationẽ psalmodię, Dicit etiã, ꝙ vbicũq; diapsalma ponitur, seu Sela, notari, aut rerũ aut personarũ mutationẽ. Hũc sequitur Cassiodorus.

B. Hierony. ad Marcellã varijs ex Origene adductis, putat verius ip̃m significare connexionẽ superiorũ & inferiorũ in Canticis, aut certe sempiterna esse, quæ dicta sunt, vnde & Aquila diligẽtissimus explicator hębraicorũ nominũ trãstulit, semper vel in sempiternum.

Burgensis p̃s. lxxxiij. dicit ip̃m nihil significare prorsus, sed esse tantũ velut supplementum melodiæ, & nihil habere preter melodiã cui iũgatur, negatq; quod sempiternitatẽ significet,

vnde non nisi in psalmis, quia cantica sunt, & ad melodiam dictata, & vno cantico Abacuk reperit, nec nisi semel in eodē Cantico Abacuk, ibi, & sanctus de monte pharan. Sela.

Hūc quasi sequitur recentior Stapulensis, qui putat esse Sela hebreis, simile aliqd ei, quod nobis in Ecclesiasticis antiphonis est, signatura tonorū finaliū sub vocalibus Euouae, idest sęculorū amen, quę non canitur quidem cū antiphona, & si melodię eius iūgitur.

Ioh: Reuchlin in rudimentis suis hebraicis, duas opiniones recitat. Alteram Ionathe Chaldei, quem traduxisse scribit Sela, idest in virtute sęculorum, cui Rabi Eleazar addiderit, ꝙ cuicūq; loco sacrę scripturę additur Sela ei, nullꝰ finis erit, neq; in hoc sęculo neq; in sęcula sęculorū. Alteram Abraham Ben Esdrę qui Sela putet significare, id qd scz vere, & hoc placere hebreis, qd etiā scd'm eos nihil habere putetur, nisi qd iūgitur harmonię, vt Burgeñ. dixit.

Tanta itaq; diuersitas facit, vt ego fatear me nescire, quis eorū verius dicat.

Ea sane quæ me cōtra oīa ista dicta mouent, sunt hæc. Primū ꝙ exempla ex psalmis & Abacuk nō quadrant, Nam qd hoc loco ponitur Sela, & si fauet sententię B. Aug: contra B. Hierony, quia res mutatur, non aūt persona, nec connectūt pręcedentia & sequentia per ipsum, tamen hoc contra vtrūq; vrget, ꝙ aliquādo in fine psalmoꝝ ponit, quādoq; in eiusdē personę verbis, & eandem exhortationē cōtinuatis, vt videri potest hoc ps. iij. & iiij. Nam in fine. iij. ps dicit. Super populum tuū benedictio tua. Sela. Et. iiij. In cubilibus vestris compungimini. Sela. Sacrificate sacrificiū iusticiæ, hic est continua eiusdem ꝑsonę, ad easdem personas exhortatio, & tamē Sela interponitur, qd contra B. Aug: est. Quod aūt in fine ponit contra B. Hiero: est.

Q, si vtriusq; sententia quoquo modo defenditur, seu connectendo, seu distinguendo sententias aut personas. Ad hoc tamen nihil est qd possit dici, Cur non ęque ponatur in psalmis, vbicūq; vel distinguūtur vel connectūtur sententiæ aut personæ, & quidem apertius (non raro) q̄ vbi ponitur, vt obseruanti facile occurrit.

Q, aūt non significet sempiternitatem, vt recte Burgeñ. sentit, satis conuincit vel hic quem in manu habemus versus, qui dicit, Non est salus ipi in deo eius. Sela. Quis ita insaniat, oro, vt Christo vel iusto, sempiternam asserat tribulationem,

sine salute dei: quū ps. viij. dicat eam fuisse paulā & breuem, vt videbim⁹. Et ps lxxxij. facti sunt in adiutoriū filijs Lot. Sela. Nūquid Assur in sempiternū veniet filijs Lot adiutor: deniq; tū Sela, paucissimis versibus conueniet. Item ps. iiij. In cubilibus vestris compūgimini. Sela. Et quęritis mendaciū Sela. in ęternū compugentur, & mendaciū q̄rent filij hoīm:

Reliqua est ergo sententia Burgeñ. quā nec ꝓbo nec improbo, licet & cōtra eū possit dici, cur talis cauda harmonica his & non alijs locis ponatur.

Ego interim cū. lxx. interp̄tibus remanebo, qui & in alijs multis locis, nescio quid diuinioris habuere sensus, etiam si a ꝓprietate verborū frequenter dissideant, vt illud ps. ij. Apprehendite disciplinā, q̄ exposite & explicate dixerūt, qđ hebreus osculamini filium, obscurius dixit, Nam hoc vere est Ihesum Christū amplecti, disciplinam & crucem amplecti, & vt Paul⁹ solet dicere, passionibus Christi cōmunicare. Alioquin erūt, qui Christū fateantur se nosse, factis autē negent. Non eñ qui loquitur, sed qui viuit Ihesum Christū crucifixum, saluus erit. At viuere Christū, hoc est crucifigi, vt Gal: i. dicit. Christo crucifixus sum, viuo iam non ego, viuit vero in me Christus.

Ita & hic suo diapsalmate, quid ad grāmaticam significationem voluerint, nescio, Diuinabo de mysterijs.

Videntur eñ, suo more, mysteriū indicasse, quādo ausi sunt interpretari diuisionē, pausam & moram, quam Sela hebręis non significat, nec sunt leuiter moti, qđ certū sit, nec iota nec apicem frustra in sacris lr̄is scribi.

Ita pausam hanc, mea temeritate suspicor, significare, insignem aliquem affectū, quo psallens pro tempore, mouente spiritu, afficitur. Qui, qm̄ non est in nostra potestate, non in omi psalmo, nec omi versu a nobis haberi potest, sed pro vt spiritus sanctus dat moueri. Ideo Sela in psalmis, tam cōfuse, & citra vllam rationem ponit, vt hoc ip̄o indicet. Secretam & nobis incognitam, nec prouideri possibilem, motionē sp̄ūs, Quę, vbi vbi venerit, omissis verbis psalmi, quietā & pausantem poscit animam, quæ capax fiat, vel illuminationis vel affectionis, quæ offertur. Ita hoc versu, cū agatur de insigni illa tentatione sp̄ūs, qua deus iratus sustinetur, nedū creatura, motus est propheta ad eam profundo affectu sentiendam & agnoscendam.

Hæc mea, citra cuiusq; iudicij p̄iuditiū, & satis de Sela.

29

Tu autē dn̄e susceptor meus es, gloria mea, & exultans caput meum.

Tribus tria opponit, susceptorem, multis tribulantibus, gloriam, multis insurgentibus, exaltatorē capitis, blasphemātibus & insultantibus. Itaq; solitarius quidem est corā hominibus, & iuxta sensum, sed copiosissimo p̄sidio tutus, minimeq; solitari⁹ corā deo, & in spiritu, sicut Io: xvi. Ecce venit, vt me solū relinquatis, & nō sum solus, quia pater mecum est, Ita impotens & oppressus est scd'm faciē, & in oculis hoīm, Sed corā deo & in spū robustissimus, & adeo in virtute dei cum fiducia glorians, cū Apl'o. ij. Corin: xi. Cū infirmor, tūc fortior sum. Et libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet ī me virtus Christi, Et de tota Eccl'ia p̄s lxvij. dicit. Et infirmata est, tu vero perfecisti eā. Ita scd'm hominē & visionē insipientiū, desperatus ē, nec in deo salus ei reliqua. Sed in abscōdito hui⁹ tēpestatis exauditus & exaltatus iuxta illud p̄s lxxx. In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, & exaudiui te in abscōdito tēpestatis, Vere in abscōdito tēpestatis, quia tēpestas ista tribulationis, sic abscondit exauditionē & salutē, vt nihil minus q̄ salus appareat, & deus nō exaudiens, sed indignās dumtaxat sentiatur. Hęc, qui intellexerit aut expertus fuerit, simul intelliget, q̄ stulte & temerarie a multis doceatur, posse hominē naturaliter deū super oīa diligere, cū nullus sit homo relict⁹ naturę suę, qui nō exhorrescat mortē, mortisq; pœnas, nedū infernū, & iram dei intentatā ferat, & tamē nisi hæc vincantur amore dei, nō p̄ōt diligi deus super oīa.

Proinde, verba hui⁹ versus, verba sunt nō naturę, sed grę, non arbitrij liberi, sed spiritus robustissimę fidei, quæ per caliginē tēpestatis, mortis & inferni videns deū, etiā derelictorem agnoscit susceptorem, deū persecutorē agnoscit auxiliatorē, & deū damnatorē, agnoscit saluatorē, Non eīm quę videnī & sentiūtur estimat, sicut equus & mulus, quib⁹ nō est intellect⁹, sed ea q̄ nō videntur intelligit. Spes eīm q̄ videt nō est spes, qd' eīm quis videt, quid sperat? Ro: viij.

Eiusdem sententię est, qd' p̄s liij. scribit. Q m̄ alieni (ecce multi & alij, puta impij & aduersarij) insurrexerūt aduersum me (vnicū scz & solitarium) & fortes quęsierūt animā meam (Ecce fortes & vni infirmo preualentes) & non proposuerūt deum in conspectu suo, q. d. non credūt deum esse mecū, sed

Susceptor
gloria
exaltator capitis
Solitarius

68

29

Suſceptor
gloria
Exaltator capitis.

Solitarius.

Tu autē dn̄e ſuſceptor meus es, gloria mea, & exultans caput meum.

Tribus tria opponit, ſuſceptorem, multis tribulantibus, gloriam, multis inſurgentibus, exaltatorē capitis, blaſphemātibus & inſultantibus. Itaq; ſolitarius quidem eſt corā hominibus, & iuxta ſenſum, ſed copioſiſſimo pſidio tutus, minimeq; ſolitari⁹ corā deo, & in ſpiritu, ſicut Io: xvi. Ecce venit, vt me ſolū relinquatis, & nō ſum ſolus, quia pater mecum eſt, Ita impotens & oppreſſus eſt ſcd'm faciē, & in oculis hoīm, Sed corā deo & in ſpū robuſtiſſimus, & adeo in virtute dei cum fiducia glorians, cū Apl'o. ij. Corin: xi. Cū infirmor, tūc fortior ſum. Et libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet i me virtus Chriſti, Et de tota Eccl'ia p̄s lxvij. dicit. Et infirmata eſt, tu vero perfeciſti eā. Ita ſcd'm hominē & viſionē inſipientiū, deſperatus ē, nec in deo ſalus ei reliqua. Sed in abſcōdito hui⁹ tēpeſtatis exauditus & exaltatus iuxta illud p̄s lxxx. In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te, & exaudiui te in abſcōdito tēpeſtatis, Vere in abſcōdito tēpeſtatis, quia tēpeſtas iſta tribulationis, ſic abſcondit exauditionē & ſalutē, vt nihl minus q̄ ſalus appareat, & deus nō exaudiens, ſed indignās dumtaxat ſentiatur. Hęc, qui intellexerit aut expertus fuerit, ſimul intelliget, q̄ ſtulte & temerarie a multis doceatur, poſſe hominē naturaliter deū ſuper om̄ia diligere, cū nullus ſit homo relict⁹ naturę ſuę, qui nō exhorreſcat mortē, mortiſq; poenas, nedū infernū, & iram dei intentatā ferat, & tamē niſi hæc vincantur amore dei, nō p̄ōt diligi deus ſuper om̄ia.

Proinde, verba hui⁹ verſus, verba ſunt nō naturę, ſed gr̄ę, non arbitrij liberi, ſed ſpiritus robuſtiſſimę fidei, quæ per caliginē tēpeſtatis, mortis & inferni videns deū, etiā derelictorem agnoſcit ſuſceptorem, deū perſecutorē agnoſcit auxiliatorē, & deū damnatorē, agnoſcit ſaluatorē, Non em̄ quę vident & ſentiūtur eſtimat, ſicut equus & mulus, quib⁹ nō eſt intellect⁹, ſed ea q̄ nō videntur intelligit. Spes em̄ q̄ videt nō eſt ſpes, qd' em̄ quis videt, quid ſperat? Ro: viij.

Eiuſdem ſententię eſt, qd' p̄s liij. ſcribit. Q m̄ alieni (ecce multi & alij, puta impij & aduerſarij) inſurrexerūt aduerſum me (vnicū ſcz & ſolitarium) & fortes quęſierūt animā meam (Ecce fortes & vni infirmo preualentes) & non propoſuerūt deum in conſpectu ſuo, q. d. non credūt deum eſſe mecū, ſed

68

Verū apud me differentia modica est in hijs duob⁹ nominibus, p̄sertim hoc loco, nisi ꝙ gloria extra personā passi, aliorū de ip̄o significat opinionē bonā, & nomen celebre. Gloriatio vero ipsius personę, ꝓpriū affectū, & fiduciā in deo. Sequat̄ quisqꝫ quod voluerit. In sp̄ū em̄ & coram deo, nec gloria sine gloriatione, nec gloriatio sine gloria haberi pōt, vt em̄ glorieris & feliciter superbias in deo, oportet opinionē tui apud deū esse bonā, atqꝫ id, vel sentire vel firmiter credere. Et ita de⁹ gloria tua vel cognita vel credita, facit te gaudere, & in deo gl'ari. Quis em̄ nō glorieť, exultet & oībus contēptis inęstimabilit̄ superbiat, qui sciat vel credat opinionē sui esse apud deū bonā, hoc est, deū de ip̄o bene sentire, sibi i ip̄o placere, velle adiuuare, ꝓ eo pugnare, eū oībus cōmendare?

Rursum nō satis est opinionē tui esse apđ deū bonā, & ibi te esse amatū, laudatū, gratū (hoc est in gloria esse) nisi id p̄m scias vel credas. Scito aūt credito isto, gloriatio & gaudiū cōsciētię, deesse nullo modo pōt, Ita fit vt necesse sit simul & deū glorificari, & iustū gloriari, vt p̄s. ciiij. Vt gloriemur in laude tua, & simul sit deus, gloria iusti, & gloriatio, Gloria in deo, gloriatio in cōsciētia. Est em̄ gloria opinio de alio bona, Gloriatio aūt ip̄a supbia & fiducia dę gloria sua. Vides ergo quāte fidei & fortitudinis sint hęc verba, Etsi, inquit, multi insurgunt aduersum me, mala mihi cogitēt, pessime de me opinēt. Scio tn̄ ꝙ nō cōfundar. Gl'a mea dn̄s, qui de me optime cogitantē cōstanter cōfido, & in hac diuīa mei opinione glorior.

Exaltans caput meū, Hoc caput q̄q̄ scio ab alijs, tū ꝓ ipso Chr̄o, tū ꝓ mente ip̄a Chr̄i accipi, tn̄ figurata & tropologica videť hęc esse acceptio. Ideo mea temeritate, puto simplicius accipiendū ad tropū vsitatū scripturę, ꝓ glorificatione, vt sit toti⁹ orōnis sensus plan⁹. Exaltās caput meū, idest eleuauit me, & in sublimi cōstituit iuxta illud. iiij. Re: vlt. Subleuauit Euilmerodach Rex Babylonis caput Ioachim Regis Iuda, de carcere, & locutus est ei benigne, & posuit thronū eius sup thronū regū, qui erant cū eo ī Babylone. Hic claret, ꝙ subleuare caput sit ip̄m hominē totū exaltare, & in gloriā ac regnū collocare. Ita Christus, qui per Ioachim regē Iuda figuratus est, cū esset mortuus, & ad inferos descēdisset, ac iā desperato diceret. Nō ē salus ipi in deo, mox dextera dei exaltatus est de inferiori lacu super oēs cęlos, super omnē ptātem cōstitutus rex regū & dn̄s dominantiū. Eodē more & p̄s. cix. dr̄. De Torrēte in via bibet, ꝓpterea exaltabit caput, idest eleuabit super oīes. Atqꝫ vt ex-

altare caput, vſu ſcripturę, regnum & ptātem ſignificat, ita nō diſſimili tropo, leuare manū, ſignificat pualere & potentē eſſe in opere, vt Iſa. xlix. Ecce leuabo ad gentes manū meam, & ad populos exaltabo ſignū meū, & afferent filios tuos &c̄. Ita ps lxxiij. Leua manus tuas in ſuperbias eorū. Sic leuare pedes, ſignificat velocē eſſe in via, vt Gen̄. xxix. vbi nos habemus, pfectꝰ ergo Iacob, hebręus dicit, Et leuauit pedes ſuos Iacob, ſed & germanica vernacula eodem tropo ſolemus euntes exhortari, vt velociter eant, dicēdo, heb dieſyes auff, leua pedes tuos Hęc latius dixi, quia magna pars intelligentię ſita eſt, in tropis locutionis, pſertim in ſacris lr̄is, q̄ ſuos habēt idiotiſmos, quorū ignorantia grandes nebulas ſuſcitat, quo͞q; in claro die, Igitur leuari caput, eſt exaltari in regem & glorificari.

Semper inculco & in memoriā reduco, hæc eſſe verba fidei, ſpei & charitatis, quibꝰ nos in Chriſto erudimur, ne deficiamus in quacūq; anguſtia, ad noſtrā em̄ (vt Apl'us Ro: xv. ait) doctrinā & conſolationē ſcripta ſunt, vt per patientiam, ſpem habeamus. Arduū eſt em̄ & diuinę gratię virtus, deū credere exaltatorē capitis & coronatorē in media morte & inferis Hic em̄ abſcondita eſt exaltatio, & paret non niſi deſperatio, & nulla ſalus in deo. Itaq; cōtra ſpem in ſpem hic docemur credere, quę crucis ſapientia, nimis hodie eſt abſcondita in myſterio pfundo, Neq; em̄ ad cęlū alia via eſt, q̄ iſta crux Chriſti, Proinde cauendū, ne vita actiua cū ſuis opibus, & vita contēplatiua cū ſuis ſpeculatiōibꝰ, nos ſeducāt, blādiſſima ē vtraq; & trāquilla, ideo & periculoſa, donec cruce tempeřt, & aduerſitatibꝰ pturbeť, Crux aūt res oīm tutiſſima, Beatus qui intelligit.

Voce mea ad dn̄m clamaui, & exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Sela.

Hebręus i futuro dicit, vt & S. Hierony: trāſſert, clamabo, & exaudiet, placetq; mihi magis q̄ preteritum. Eſt em̄ vox iam triūphantis, laudantis, glorificantis deū, ac grās agentis ei, qui ſe ſuſcepit, ſeruauit, & exaltauit, ſicut ſperauerat in verſu precedente. Nam iſte eſt mos triūphantiū & laudantiū, vt recitēt ea q̄ geſſerunt, quę paſſi ſunt, & Epinicion cantent ſuo adiutori. ſicut ps. lxv. Venite & audite, & narrabo omnes qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ.

30

31

Ad ip̄m ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. Et p̄s lxxx. Exultate deo adiutori nr̄o. Sic Exo. xv. Cantemus dn̄o, gloriose em̄ honorificatus est &c. Ita & hic se exauditū, se dormiuisse, se susceptū, percussos inimicos, dentes peccatorꝝ, contritos decantat, affectu gratitudine & lętitia plenissimo.

Hoc est nimirum, qđ mutationē facit, & qui hucusq; ad deū in persona secūda locutus est, subito vertit verbū ad alios de deo in tercia persona loquens, Exaudiuit me, inquit, non exaudisti. Item ad dn̄m clamaui, non ad te clamaui, oībus em̄ nota esse cupit, quę in eū deus bona contulit, qđ grati ani ē.

Iam illud, qđ in hebreo per futurū dicit, Clamabo & exaudiet me, affectum maiorem habet, q̄ clamaui in p̄terito, licet p̄teritū nō excludat, imo p̄teritū pre vehementia includit, atq; vt explicē, si possum, Affectus eius est huiusmōi. Ego, qui iā expertus sum, q̄ bonus, q̄ dulcis dn̄s, q̄ nō deserat, q̄ non despiciat clamantes ad se, q̄ fideliter suscipiat, seruet, exaltet, omēs inuocantes se, talem me erga eū habebo deinceps in æternū, vt cū plenissima fiducia ad solū ip̄m confugiā. Non timebo etiā milia populi, paratus sum in eū sperare, etiā si multo plura & maiora ferenda sunt, & vt Iob ait, etiā si me occiderit in eum sperabo, hic est ille deus in quē omnes merito confidant, p̄sumantq;, de quo neminē desperare cōueniat. O infelices, qui vł multitudine vel magnitudine malorū fracti, ignorant, q̄ potenter, q; mirabiliter, q; gloriose, hic deus saluet clamātes ad se. Hūc affectū sequentia indicant, Nō timebo, inquit, milia populi. Item dn̄i est salus &c. Sic & eodē affectu p̄s xxxiiij. dicit. Benedicā dn̄m in om̄i tp̄e. q. d. Stultus ego, qui hucusq; in tp̄e vno dn̄m benedixi, scz prospero & quieto, nesciebam q; potens sit etiā in tp̄e aduerso, proinde etiā in tp̄e malorꝝ eū deinceps benedicā. Siquidē sunt qui laudent deū tp̄e sereno, iuxta illud. Confitebitur tibi cū benefeceris ei. At in tp̄e tentationis adeo recedunt, vt ad quodlibet aliud potiusq; ad deū confugiant, deniq; nec clamare ad eū possunt, nedū laudare & benedicere. At nos hic erudimur, vt versum illū p̄s xvij. in tēpore crucis sonemus, laudans inuocabo dn̄m, & ab inimicis saluus ero, vt tūc etiā deus tibi placeat & ametur, qn̄ displicentissim⁹ & odio dignissimus tibi videtur. Hic em̄ amor dei castus & solidus est, hoc est qđ Isaie. xlviij. dicit. Infrenabo te laude mea, ne intereas. Nā hac laude cor frenatur, in medijs aquis & turbinib⁹ tentationū, vt nō deficiat ab amore dei. Verū opa sp̄ūs sunt hæc, nō naturę. In vno Christo perfectissime impleta, & omnibus

72

omnibus qui sunt Christi, in exemplū descripta.

Vocem mea. B. Aug: & post eū Cassiod. putant nō de corporea voce, sed de voce cordis dictum esse, nec de ea ipā, nisi purissima, ppt ꝓnomē, Mea, ꝙ sua vox n̄ sit, q̄ ipuris orātis cogitationibus interpelletur. Quę vera esse credo, nō tn̄ vocē corporeā exclusam esse puto, ꝙ vox affectus, qn̄ vehemēs ē, se continere nō possit, quin erūpat in vocem corporeā. Nam & Christ⁹ i Cruce vtiqꝫ corporea voce clamauit, & nobis clamandū esse docuit in angustia, vt sic totis viribus intus & foris dnm inuocemus.

De monte sancto suo inquit. Hūc montem varie intelligi video, Alijs ipē Christus de seipo exauditus intelligitur. Alijs de summa diuinitate, alijs aliud, placet mihi mons summæ diuinitatis, modo id (q̄tū somnio) obserues, monti huic nō esse nomen. Nam ps. ij. Montē sanctū Zion dixit, super quem tanq̄ inferiorē constitutus esset rex, Ideo nominādus erat illic mons, vt quē regere nō posset, nisi nosset. Hic vero, a q̄ regit, & de quo exauditur, innominabilis ē, nec speciem nec nomē habens. Quo mihi videor, erudiri nos omēs, in tpe tentationis auxiliū diuinū sperare quidē debere desursum, sed modū tēpus & genus auxilij nobis esse incognitū, vt fidei & spei loc⁹ sit, quę nitūtur in ea, q̄ nec videntur nec audiuntur, nec in cor hominis ascendūt. Atqꝫ ita oculus fidei, in tenebras interiores & caliginem montis suspicit, nihilqꝫ videt, nisi qđ attenuatur suspiciens in excelso, expectansqꝫ, vnde veniat auxilium ei. In sublime videt, & de sublimi expectat adiutorem, sed quale sit hoc sublime, & quale adiutoriū futurū, ignorat. Etsi. n. Chrūs om̄ia sciebat, tn̄ tentatus est in similitudine per om̄ia ꝓ nobis, vt & ipē, hūc montē, quodāmodo iuxta humanitatē habuerit ignotū & incōprehensibilē, ꝓ hora passionis, quod & alio p̄s. xxi. significat. d. Tu aūt in sancto habitas, idest i abscondito & inaccesso secreto, Sicut em̄ deus est ineffabilis, incōprehensibilis, inaccessibilis, ita ei⁹ volūtas, & auxiliū, p̄sertim in tpe derelictionis, Ideo nisi fides hic expertū reddat, & tētatio ꝓbatū, nullis verbis tradi pōt, quid sit Mons iste sanctus dei. Idē ergo est, ac si diceret. Exaudiuit me de monte sancto suo, qđ vulgo dr̄. Exaudiuit mę ineffabili, incōprehēsibiliqꝫ modo, qđ nūqꝫ cogitassem, desursum scio me exauditū, sed quo mō, ignoro. Eripuit me de alto, & de summo accepit me (vt alibi dicet) sed nō cognosco, quid sit hoc altū, hoc summū, hic mons. Eadē ratio ē, qn̄ derelinquit, & nō exaudit, neqꝫ em̄ scimus q̄ vadat,

ſcit vnde veniat ſpũs, etiã ſi vocem ei⁹ audiamus, dũ ſpirat, vt Chriſtus Ioh. iij. dicit. & Iob ix. Si venerit ad me, non videbo eũ. Si abierit, nõ intelligam. Sic eſt, inquit, om̄is, qui ex ſpiritu natus eſt, Abit cũ abeunte (hoc eſt relinquitur relinquẽte ſpũ) & venit cũ veniente (hoc eſt exauditur exaudiente ſpũ) neſcit tñ vtrũqꝫ, quid & q̃uo ſecũ agatur.

Hoc eſt quod vocabulũ illud, ſancto, indicat, qđ vt ſupra dictũ eſt, ſepatũ & ſecretũ ſignificat, planeqꝫ id qđ attingi, nec ſenſu, nec mẽte põt, in qđ qui rapitur, in deũ inuiſibilẽ rapit̃, ac pfectiſſime purificatur, ſepatur, ſanctificatur. Verum dura hæc res humanę naturę & ĩtolerabilis, niſi ſpũs dñi feratur ſup has aquas, & tenebras huius abyſſi foueat, donec lux fiat.

Proinde tota ſtultitia eſt in hac re, qđ homo non ſuſtinet conſilium dei, ſed adiuuari petit, modo & tpe a ſe electo, & ſibi placito, quo ex innominabili monte, nominatũ ſibi facit, & ſanctũ dei montẽ, ſuę cogitationis tactu pphanat, q̃tũ in eo ẽ. Hic ẽ, ſicut equus & mulus, qui eouſqꝫ dñm ſuſtinet, quouſqꝫ ſentit aut capit, vltra captũ ſuũ nõ ſequitur, quia fide nõ viuit, ſed ratione ſua, exemplis id pbari põt oĩm hiſtoriarũ veteris & noui teſtamenti, ſicut Heb. xi. facit Apl'us, in quibus ſemp inuenitur deus, ſic ſanctos ſuos ſaluos feciſſe, vt via & modus & tẽpus prorſus nõ appareret, ſed de ſublimi & de cęlo expectata venit, inopinata ſalus om̄ibus. Quare optime dr̃ de Monte ſancto ſuo, ideſt de ſumma diuinitate, ſed nõ om̄es id intelligũt, qđ dicũt, nam de diuinitate ſumma exaudi eſt (vt dixi) ĩ deſperato & incogitabili modo exaudiri, ita vt nihil min⁹ ibi ſentiatur, q̃ꝫ diuinitatis auxiliũ ſeu exauditio. Fides em̄ & ſpes hic loquitur, ſeu de fide & ſpe exaudita recitatur hiſtoria. At fides & ſpes exaudita nihil ſentit, nihil experit̃, nihil intelligit de exauditione, cũ ſint rerũ non apparentiũ.

Hoc eſt, qđ ipm̄, Sela, in fine hui⁹ verſus notat, ſcz affectũ hũc, mora dignũ, vt qui nõ ſit leuiter p̃tereundus, adeo res ardua eſt, de monte ſancto dei expectare ſalutẽ, Vir em̄ inſipiens non intelligit has profundas cogitationes dei. vt p̃s xci. dicit. Ideo reprobat q̃qꝫ dñs cogitationes populoꝝ & cõſilia principũ. p̃s. xxxiij. Sciens, qm̄ cogitationes hominũ vanę ſunt. p̃s xciij. imo in iſto exceſſu cogitur exclamare fidelis, om̄is homo mendax. p̃s. cxv. adeo neceſſe ẽ hic occidere & captiuari oẽm intellectũ in obſequiũ dei.

Ego dormiui & ſomnum cepi, & exurrexi, quoniã dñs ſuſcepit me.

Verbū dormiui in hebręo, sitū iacentis seu dormiētis significat, somnum cępi aūt, ipsam dormitionē, vt sit sensus, Ego iacui & dormiui, vt significet se in sepulchro positū quieuisse, & mortuū fuisse, de qua requie i multis locis scripturę fit mētio. Sic Geñ. xlix. Requiescens accubuisti, vt leo, & vt leena. qs suscitabit eū? Et p̄s. iiij. In pace in idip̄m, dormiā & requiescā, vbi penitus eadem duo verba ponūtur, quę in hoc versu, nec tamē eodem modo translata sunt. Sic & nostra vernacula dicimus, ich hab gelegen vnd geschlaffen, vt priore, quietē, posteriore somnū intelligas. Hęc est quies illa p̄s. xv. Et caro mea requiescet in spe. Et Isa. xi. Et erit sepulchrū eius gloriosum, Sic em̄ Hierony. transtulit, sed fidēter. lxx. vero. Et erit requies ei⁹ honor, seu vt heb. habet, Et erit requies eius gloria. q. d. cum aliorū regū gloria finiatur morte, & eorū gloria (vt Ap̄lus ait) finiat in confusionē, Huius cōtra, Gloria incipit in morte, in qua finitur eius confusio, ita & omniū qui sunt Christi, iuxta illud p̄s. cxv. Preciosa in conspectu dn̄i, mors sanctorū eius, quia vita eorū ignominiosa in conspectu hominū, verū hæc obiter. Ad requiem redeamus.

Hęc est illa quies, quā vetus olim significauit Sabbatum (quod quietem sonat) quā & nostrę etiamnū ferię significant, qua Christus nos ab operibus nostris (.i. peccatis) mortuos & quiescentes, ac feriatos facit, vt soli deo viuamus, ac iam non nos, sed deus operetur, & regnet in nobis. vnde pręceptum est olim tanto rigore, ne quod seruile opus in sabbato fieret, sed esset dies sanctus dn̄o, quod B. Aug: super Geñ. pulchre interp̄tatus, docet intelligendū de operibus nostris, quæ semp̄ sunt peccata. Quare herilia & liberalia, ac principalia dūtaxat, imo diuina opera nūc facienda sunt, postq̄ sabbatum nobis fecit Christus, suo sabbato & quiete extinguens nostra opera. Ad hoc valet qđ Christus toto sabbati die in sepulchro iacere voluit, vt & res & tempus, nomen & figura, omnia in vnū conuenirent, & religiosissimā hanc quietem cōmendarēt, siquidē horrendum est, hoc tēpore gratię, & sanctę quietis, adhuc in suis operibus negociosum esse, & diuinis operibus inanem inueniri. Sicut Iudęi, quibus in hanc rem dictum est. Memento vt diem sabbati sanctifices, nihil intelligentes, in suis op̄ibus remanent & sanctificādo sabbatū, pessime sabbatum polluunt, Sed hæc mystica.

Ad Christū reuertamur, qui his verbis sepulturā & mortē suā significat, sicut ī principio psalmi huius dictū est. Nō em̄ tam magnifica p̄dicare credendus est, de naturali quiete & somno, p̄sertim cū p̄cedentia & sequentia, cogāt intelligi eū, de insigni tribulatione & admirabili victoria hostiū loqui. Quibus om̄ibus nos ad fidem dei accendit, cōmendās virtutē & grām dei, q̄ potens sit a morte nos resuscitare, exemplū hui⁹ in seipo nobis decantans & ꝓponens, Neq; em̄ est qd̄ nos miseros homines atrocius affligat, q̄ terror mortis, qua in primo Adam om̄es sumus mulctati, nec iucūdior nūcius, q̄ audire, mutatā aut superatā (qd̄ melius est) hanc maledictionē, & mortē non modo victā, sed etiā in adiutoriū & ministeriū melioris vitæ, q̄ habuissemus, conuersam. Idcirco in morte & resurrectione Christi, ea consolatio denūciat̄, qua non maior humano gn̄i nūciari possit, scz cōe malū oīm, mortē, esse ita victā, ita credentib⁹ subiectā, vt ad vitā (quā videt̄ absorbere) cogat̄ plus ceteris om̄ibus cooperari. Quis hic nō cantet? quis non cum Christo exultet? Ideo oportuit hanc Chr̄i virtutē gaudio plenissimā, nō modo pressis verbis & simplici loquela, sed psalmo & sonoro cātico, sicut Epinicia solent promi, q̄ magis ad contemptū huius vitę & amorē mortis, animaremur, q̄n musica ipa genuinā vim habet animos exacuēdi & cōcitādi, vnde & Heliseus psalten habuit & tubas ad bellum Moses parauit. Ideo vtendā sp̄us suscepit, in re tam salutari & necessaria, vt q̄a arduū est, vita posita mortē appetere, exhortatione cantata, facilius nos moueret & facilius moueri debere mōstraret.

Ad qd̄ illud accedit, q̄ verbis vtitur leuib⁹ & mortis horrorem mire extenuātibus, Iacui, inquit, & dormiui, non, ait, sepultus fui & mortuus, Amisit iam mors & sepulchrū, sicut nomen, ita & vim, atq; mors, iam ne mors quidē est, sed somnus. Sepulchrū, nō sepulchrū, sed cubile vel lectulus est. Qd̄ facit, nō solum, quia ꝓphetię verba, obscurius & enygmatice poni oportuit, verū multo magis, vt nobis mortē redderet, amabilissimā nedū contēptissimam, vt in qua, sicut in dulci, quiete somni, nobis indubitata, & melior exurrectio & vigilia ꝓmittatur. Quis em̄ nō est certissimus de expergefactione seu euigilatione, qui dulci somno quiescit, & nō moritur? At hic dicit, se nō mortuū, sed dormiuisse, ideo euigilasse, Atq; sicut somnus vtilis & necessarius est, ad meliorē viriū instaurationem, vt Ambro. in hymno, artus fessos vt somnus alleuet. Ita mors vtilis, & nūc instituta ad meliorē vitam parandā, hoc

est qđ ps sequente dicet. In pace dormiā & requiescam, qm̄ tu dn̄e singulariter in spe, cōstituisti me. Itaq; in morte, non tam ipa mors, q̄ certissima vita & resurrectio consideranda est, his qui sunt in Chr̄o, vt stet illud Ioh. viij. Qui sermonē meum seruauerit, mortē nō videbit in æternū, Quo nō videbit? nōne sentiet? non morieť? nō vtiq;, sed videbit solūmō somnum, & intentus oculis fidei in resurrectionē, per mortē ita labetur, vt ne videat quidē mortem. Et mors (vt dixi) ne mors quidē ei sit. Et iterū Ioh. xi. Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, viuet. Hæc aūt oīa in baptismo inchoantur, & in fine vitæ consumantur, Nā vt Apl'us Ro: vi. dicit. Consepulti sumus cū illo per baptismū in mortē. Qđ credo, non solū de morte peccati spūali intelligi, sed etiā corpali, qđ peccatū nō moriať penitus, donec corpus extinguať, seu vt Paulus loquiť, donec destruať corpus peccati, Quare ad mortē, statim in baptismo paramur, vt per mortē ad vitā velocius perueniamus.

Querit hic B. Aug: cur in futuro dixerit, Qm̄ dn̄s suscipiet me, sic em̄ & heb. habet, licet nostra translatio p̄teritū, suscepit habet. Et q̄q̄ verū sit, ꝙ in pphetis p̄terita cū futuris miscentur, quo vtrūq; significetur, ꝙ ea q̄ pphetantur ventura, scd'm tpus futura sunt, scd'm scientiam vero pphetantiū, p iam factis habenda, forte tn̄ etiā ad consolationē & exhortationē nostram hoc pertinet. Q, dn̄s nō solū suscepit Christū caput nostrum, sed suscipiet eū quoq; in oībus suis membris eū sequentibus, vt sic in persona sua & oīm nostrū, p se & nobiscū loqui intelligatur. Vox aūt ista hebraica, ijsmecheni, qđ Hiero: transtulit, suscitauit me, & alibi, sustentat, quandā energiā habet, quā latinitas nō reddidit, scz, vt Reuchlin interp̄tatur, innitet mihi, accedet, approximabit mihi, quod eū sensum ferme parit. Eū qui moritur nō deseri a dn̄o, sed desursum velut manu dei extenta, & super eū posita seruari, ne cadat in profundū, sed potius eruatur & exaltetur, in quo miro artificio exprimiť morientis, & dei seruantis modus. Nam qui moritur, videť perire, ac velut deorsum absorberi, sed ibi manus dei desursum approximans, seruat eū ne pereat, vt magis subleuetur in vitā, ac sic sibi quidem perit & cadit, sed deo seruať & oritur.

Non timebo milia populi circumdantis me, Exurge dn̄e, saluum me fac deus meus.

Hic Epinicij huius tercius versus, idem facit qđ p̄cedentes

34

& sequentes, hoc est, affectũ illũ sanctę superbũ, & aduersitatis contemptorẽ nobis cõmendat, diximus eñ hęc dici in psona eius, qui deo liberatori suo gratus & gaudens, laudat & pdicat eius virtutem & gratiã, per aduersitatis experientiã ita pbatus & cõfirmatus, vt in futurũ nulla mala prorsus velit formidare, sub tutela dei iamiam cognita & explorata, quis aũt in Chro surgente a mortuis locum nõ habeant amplius tribulatio, seu mors, seu milia circũdantis populi, tñ sine dubio affectus huiusmõi in ipo regnat & triũphat, quẽ in eo pphetari futurum oportuit. Hoc totũ non pper Christũ, qui non indiguit, sed pper nos, quib9 etiã si aliquas vicerimus tribulatiõs, plurimę tñ supersunt vincendę. Ideo exhortandi sumus, vt gustata semel gratia adiuuantis dei, firmemur ad multo maiora ferenda, exemplo Christi maxime confortati, atq; hac ratione mihi videtur, ita variare ppheta, in tpibus verborũ, vt iam in pterito dicat. Voce mea clamaui ad dñm, & exaudiuit me. Et dormiui & somnũ cepi, & exurrexi. Iam in futuro. Non timebo milia populi. Iam in psenti. Exurge dñe, saluũ me fac. Ac rursum in pręterito. Qm tu percussisti omnes aduersantes mihi &c. vt in persona Christi patientis quidẽ hęc dicat, simul tñ hoc Christi exemplo nos erudiat, facta & facienda nobis esse eadem. Sic & Ioh. xij. pro hora passionis dixit. Nunc anima turbata est, & quid dicam? pater saluifica me ex hac hora, Sed pp terea veni in hanc horã &c. Breuiter huic tropo assuescendũ est, q in pphetis & psalmis, simul multa dicũtur, velut p eodẽ tpe, quae diuerso tpe gerũtur. Et quędã pro posteriore tpe, q priore fctã sunt, vt hic in Christi persona. Exurge dñe, Saluũ me fac, pertinet ante passionẽ. Illud vero quod pcedit. Voce mea ad dominũ clamaui, & exaudiuit me. Et exurrexi &c. pertinet post passionem. Caeterum p mẽbris suis intelligũtur, vt dixi, ex iactabũdo & tentationes futuras, animosi9 expectãte corde dicta, fiducia diuinę virtutis sese armante & exhortante.

Illud notius est, q vt egeat ostendi, q deo non dormienti aut iacẽti dicatur, Exurge, sed vel vt Aug: hic dicit, deo tribuit, qd in nobis ipe facit, vt exurgat, dũ nos exurgere facit, sicut in prophetis locutus dicit, qñ pphetas loqui fecit. Et Aplus. ij. Corin. xiij. An experimentum qritis eius, qui loquitur in me Christus? Vel quod tũc exurgere & vigilare dicitur, quando effectu pręsente ostendit se nobis adesse, qui tropus est vulgatior priore, quo tunc fieri a deo in scripturis aliqua dicũt, qñ fieri a nobis aut sentiũtur aut cognoscuntur, vt Geñ. xx. Nunc cognoui q timeas dñm. Et Lucę. vij. vbi de Maria dixerat re-

missa sunt ei peccata multa, postea idem ad eam reuelans dicit. Remittũtur tibi peccata tua. Ita cũ nũq̃ deus non adiuuet, tñ inuocatur vt adiuuet, quin vt inuocaretur dedit & adiuuit, & ne deficiatur interim adiuuat, donec adiuuet.

Videtur aũt & hic versus oppositus primis duob⁹, vt cõtra multitudinẽ tribulantiũ dicat. Non timebo milia populi circũdantis me, contra potentiam insurgentiũ. Exurge dñe, & contra desperationẽ iactantes. Saluũ me fac deus meus. Aut melius, hic versus contra multitudinẽ tribulantium ponatur. Sequens contra insurgentiũ vim, quia dicit. Q̃m tu percussisti omniũ inimicorũ meorum maxillam, & vltimus contra suggestores desperationis dicentes. Non est salus ipi in deo, vtiq; dñi est salus, & super populũ tuũ bñdictio tua.

Epitasis ẽ in verbis illis. Nõ timebo milia populi circũdãtis me, ac si p̃ magnitudine affectus in deũ fidentis dicat. Non timebo, etiã si nõ modo potẽs quispiã in populo, sed ipsemet populus quicũq;, deinde etiã si multa essent milia populi, atq; vt addam, si me vnicũ & solitariũ ita cepissent, vt penitus circũdatus, nulla parte exitum haberẽ, nec sic timebo, imo secur⁹ ero, nõ meis virib⁹, sed quia tu exurges dñe &c̃. Sic inq̃ spũs sanctus vbiq; nos ad fidei & spei in deũ magnanimitatem benigniter prouocat.

Quoniã tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorũ contriuisti.

Preteritũ pro futuro ponit, si in Christi persona ante passionẽ accipiatur, sin post resurrectionẽ, est ꝓsecutio Epinicij & laudis dei, ꝓ nr̃a exhortatione, vt dictũ est satis.

Ex heb. ꝓ sine causa, Hiero. trãstulit, maxillas, hoc modo, quia percussisti oĩm inimicoꝝ meoꝝ maxillas, & huic tũ recte cõcinit, qđ sequit, dentes peccatorũ contriuisti. Atq; ita ταυτολογια esse videtur.

Est aũt ordo. Nõ timebo inq̃, milia, nec mei fideles timebũt vllã multitudinẽ, q̃tũlibet malorũ & potentiũ, q̃m exploratũ iã habeo, q̃ soleas ꝑcutere consumptores & deuoratores meos, dũ & me suscitas a mortuis, vt me deinceps vorare non possint, & fideles meos per spiritũ confortas, vt eis nocere nequeãt, q̃q̃ ista percussio intelligi queat de vastatiõe populi Iudaici per Titũ & Vespasianũ. Nam & si adhuc sint mordaces & maledici in Chr̃m & Chr̃ianos, tamẽ contriti & percussi sunt, vt neminem vorare possint. Itaq; dentes & maxillas habent, sed percussos & contritos. Sicut alibi.

p̄s. lvij. Deus conteret dentes in ore ipsoꝝ, malas leonū confringet dn̄s. Vtitur aūt hac metaphora maxillę & dentiū, pro verbis mordacibus, detractionibus, calumnijs & huiusgeneris noxijs, quibus innocentes opprimuntur, iuxta illud prouerb. xxx. Gn̄atio quę habet pro dentibus gladios, & cōmandit molaribus suis, vt cōmedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Hijs em̄ Christus deuoratus est, qn̄ corā Pilato ad crucē eorū vocibus & accusationibus adiudicatus ē. Sic Ap̄lus Gal. v. Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem cōsumamini, & multis alijs scripturę locis, celebris est hęc dentiū & maxillarū metaphora, ac per seipsam satis manifesta. Contra & sponsa Christi dentes quoqꝫ habet. Can. iiij. & vi. Dentes tui sicut greges tonsarū, quę ascendūt de lauacro, hoc est increpationes, quibus Ecclesia mordet & arguit peccatores, morsosqꝫ conuertit, & sibi incorpat, sunt sicut oues det ōsę, mites, scz arguentes sine furia & zelo, tū tonsę, idest rerū cura inanes, non querentes lucra & lanam ouiū, neqꝫ em̄ verbū p̄dicare potuerūt, etiā Ap̄li, & simul seruire mensis, vt Act. iij. scribitur. Sed hæc alias.

Hij dentes figurati sunt in maxilla, quā Sampson leuauit & percussit in ea mille viros. Iudicū. xv. Vnde & mitiore intelligentia, percutit & conterit deus dentes peccatorum misericorditer, qn̄ per grām conuersionis ex maledicis facit beneuolos, & ex criminatoribus ac detractoribus iustorū, p̄dicatores & laudatores eorū, Sicut sanctū Paulū lupū voracissimū robustissimis dentibus preualidū cōtriuit, & Ap̄lm̄ fecit, deuoratorem oīm gentiū vsqꝫ in hodiernū diem. Quo sensu, & Isa. ij. dicit. Conflabūt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. q. d. Mutabūt linguas noxias in salutares, & cultrices terrenorū hominū, vt sint vomeres corripiendo, & falces colligendo populos ad Christū.

Possunt itē dentes intelligi allegorice, iuxta B. Aug. principes peccatorū, quorū autoritate quisqꝫ de societate recte viuentiū p̄ciditur, & quasi incorpatur male viuentibus, quibus contrarij sint, Principes iustorū, vt sacerdotes, qui exemplo & verbo bono commouent homines, vt credant, & separati a sęculo, in ecclesię membra transeāt. Et ad hoc aptatur illd̄ Can. iiij. & vi. de dentibus positū. Verū cuiuis in promptu est, dentiū eiusmodi allegorijs abūdare, pluribꝰ nō agā.

Erit aūt p̄s nō inutilis, pro consolandis pusillis cōscientijs, si ad tropologiā trahatur, & per tribulatores dētesqꝫ peccatorū intelligantur,

intelligantur, molestissimi illi insultus criminũ & conscientiæ male actę vitę, Nam hic vere laborat cor peccatoris, solitariũ, infirmũ & desperatũ, & nisi contra impetũ suorũ peccatorũ, assuescat oculos sursum leuare, & cõtra cõsciẽtiã deũ inuocare periculũ est, ne maligni spiritus, qui in hoc negocio in tenebris perambulante, animã capere anhelant, tandẽ absorbeant per tristitiã in desperationẽ, Ideo fortissime firmandũ est cor, & cũ Christo, siue cõtra peccata conscientiã persequentia, siue cõtra pœnas salutẽ impetentes, dicendũ cũ fiducia.

Domini est salus, & super populũ tuum benedictio tua. Sela.

Pulcherrima conclusio, & velut summa oĩm affectuũ predictorũ. Est aũt sensus, dñs solus ẽ qui saluet & benedicat, atq; etiam si oĩm malorũ in vnũ conueniat cahos, adhuc dñs est q saluũ faciat, In manu eius, salus & benedictio. Quid ergo timeam? quid nõ p̃sumam? qui sciam deo volente, neminem perdi, neminẽ maledici, etiã si om̃es perdãt & maledicãt, deo volente, neminem illorũ seruari & benedici, q̃tũlibet se seruent & benedicant. Atq; vt Grego. Nazan. deo dante nihil potest liuor, & deo nõ dante nihil põt labor. In qua sententia & Paulus dicit Ro: viij. Si deus ꝓ nobis, quis cõtra nos? Ita rursum, Si deus contra illos, quis ꝓ eis? Quare? quia dñi est salus, non illorũ, neq; nostra, vana eñ salus hominũ. Inde Apo. vij. Benedictio & charitas, & sapiẽtia, & gratiarũ actio, honor, virtꝰ, & fortitudo deo nr̃o &c. Itẽ. ibidẽ. Salus deo nr̃o & agno. Et ps. cviij. Maledicent illi, tu vero benedices. Et Malach. ij. Maledicã benedictionibꝰ vestris, & benedicã maledictionibꝰ vr̃is, dicat ergo fœlix Christus, dicat & Christiana anima in medijs tribulationibus, nihil refert q̃ illi me perdũt & maledicũt, non illorum, sed dñi est seruare & benedicere, Nec ꝓdest, q̃ seipos viribus suis seruant, seinuicẽ benedicũt, nõ ipsorũ, sed dñi est salus & benedictio, quo non seruante & bñdicente, vident ad horam seruari & benedici, sed perdentur & maledicẽtur. Rursum illo seruante & benedicente, vident nos ad horam ꝑdere & maledicere, sed reuera seruamur & benedicimur, hoc vult ps cxlvi. Nolite confidere in principibus, in filijs hominũ, in quibus nõ est salus. Et in huius fiduciæ solatiũ, olim in lege Mosi prohibitũ est, ne homo hominẽ benediceret, dicente deo. Nu-

vi. Sic benedicetis filijs Israel, & sic dicetis eis. Benedicat tibi dñs & ego benedicā eis, O pręceptū salutare & necessariū, cur putas, nolit deus benedici vllū ab homine? nisi quia iam tū illud p̄cogitabat. Mat. v. Beati estis cū maledixerint vobis homines, & dixerint om̄e malū aduersum vos mentiētes ꝓpter me. Sic em̄ apud homines agitur, vt p̄s. ix. scribit. Q̄m laudatur peccator in desiderijs suis, & iniquus bn̄dicitur, nimirū ꝙ contra, iustus vituperatur & maledicitur. recte ergo & pientissime dicit dñs, EGO benedicā eis, quod hic versus velut repetens dicit, sup populū tuū benedictio tua, Quare hic versus legēdus est, vt emphasis & Epitasis cū eleuatione sit in genitiuo, dñi, & in ꝓnomine, tua, vt sic per antithesin intelligamus simul affectū, iucūdissima fiducia plenū, qui conatus aduersariorū malos quasi rideat. & fiduciam ipsorū subsannet, hoc nodo, DOMINI est salus, & super populū tuū benedictio TVA, vt discamus maledictionē hominū cōtēnere, & benedictionē eorū nō q̄rere, qn̄ scimus solius dei esse saluare & benedicere. In eadē sentētia insultat eis Isaie. xli, Bn̄facere q̄q; aut malefacere, si potestis, facite. q. d. nec nobis nocere, nec vobis prodesse potestis.

Primū vide, Q, salutē ante benedictionē locat, recto scz ordine, ꝙ benedictio in sacris literis sonat profectū & multiplicationē, iuxta illud Gen̄. i. Benedixit eis d. Crescite & multiplicamini, quae fieri non potest, nisi primū seruetur ne pereat, qui bn̄dicendus est, & apte opponit haec duo, primis versibus duobus, salutem dñi, tribulantibus & insurgentibus, hij enim perdūt. Benedictionē vero dñi, maledicentibus & dicentibus. Non est salus ei in deo, hec ē em̄ maledictio grauissima, postq̄ em̄ impij non habent quod faciant iustisa se perditis, vnū est reliquū, vt eis detrahant, maledicant, blasphement, sicut i cruce Christus nobis monstrauit, vbi nititur & opinionē illorū extinguere, tā apud deū & homines, apud homines, infamādo, apud deū fiduciā conscientię impetendo, ne in deo glorietur, sed vtrobiq; sint confusi.

Simul hic grauis illa tētatio blasphemię tāgitur, q̄ homo p̄ dęmones vrgetur ad desperationem, vt maledictionem dei super se putet ferri, ac sic, deū pro deo non habeat, dum nihil boni de eo sentit, hoc em̄ est deū blasphemare, de quo omnia optia p̄cipimur sperare & p̄sumere, dū fide & spe & charitate colere eū iubemur in pręcepto primo, vt Sap. i. Sentite de deo in bonitate, & in simplicitate cordis q̄rite illū, atq; hoc forte ē, quod tam subito mutat personam, Nam cū in tercia persona dixisset, dñi est salus velut deū apud alios cōmēdās, mox i secundā personā redit. d. benedictio tua. Nā cū hęc blasphemia

oīm longissime rapit a deo, & tanq̄ fugiens maledictorē, aliū q̄rat benedictorē cū alicuius nō sit bn̄dictor. Monet, nos vt tū q̄ maxime oīm ad deū cōuertamur, qn̄ maxīe oīm auertimur tentati. Et hęc affectio, quia est insignis & vehemētissima, forte nō frustra signatur, per dictionē Sela, de qua supra satis.

Exposuimus ps totū de Christo.

Si cui ista īterp̄tatio nō placet, nulla erit difficultas ip̄m de Dauid intelligi, tāq̄ exēplari eiusdē passiōis, & eorūdē affectuū, q̄s in Chr̄o & quolibet Christiano descriptos vidim⁹, nisi q̄d quintus versus nō nihil negocij solus dabit in hac expositiōe, dem⁹ tn̄ occasionē meliora valētib⁹, & breuit ita exponam⁹.

Dn̄e quid multiplicati sunt tribulatores mei? Absalom scz Achitophel & totus populus, vt ij. Re. xv. Multi insurgūt aduersum me, Multi dicūt animę meę, Nō est salus ip̄i in deo ei⁹, hoc p̄ cęteris faciebat. Semei. ij. Re. xvi. maledicēs Dauid & dicens, Egredere, egredere vir sanguinū, & vir Belial, mittebatq̄ lapides cōtra Dauid. d. Reddidit tibi dn̄s, Ecce premūt te mala tua &c. Tu aūt dn̄e susceptor meus es, gloria mea, & exaltās caput meū. Dixit em̄ ibidē. Dimittite eū, vt maledicat iuxta praeceptū dn̄i, si forte respiciat dn̄s afflictionē meā, & reddat mihi dn̄s bonū p̄ maledictiōe hodierna, his verbis indicat se nō dū desperasse, quin fortiter in deū confisum fuisse, vt cui⁹ p̄ceptū & volūtatem agnosceret & iustificaret. Voce mea ad dn̄m clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo, hoc fecit, cū diceret. Infatua quęso dn̄e consiliū Achitophel, & forte alias q̄q̄ quod nō est scriptū, Nam vt dixi, nō in tribulatione, sed post tribulationē p̄sm fecisse credendus ē. O fortis fides, ad iratum deū loqui, clamare ad percutientē se, confugere ad expellentem se, laudare susceptorē, gloriā, exaltatorē, quē derelictorē confundentē & opprimentē senseris, dignissimū plane exemplū Chr̄ianę fidei. Ego inquit, vadā, q̄ iturus sum. q. d. nescio quo vadā, hoc est credere, cōmittere se in tantas tenebras, vbi quid de te futurū sit penitus ignores, & tn̄ bene speres, atq̄ exaudiri te nō diffidas. Ego dormiui & somnū cępi, & exurrexi, q̄m dn̄s suscepit me. Q̄d p̄ mea temeritate intelligā ī hūc modū, Talis tūc erā, vt de mea vita, gl'a, oībusq̄ meis reb⁹ fuerit desperatū. Sīlis erā mortuo, ac descēdēti ī lacū, q̄tū erat ī re & specie corā hoīb⁹, neq̄ sane ī me p̄ter fidē, q cōq̄ viuebat, nec alid̄ mihi visū est, si restituerer in regnū, q̄ si de somno mortis, ac e sepulchro resuscitarer. Nam ad hanc rerum sortem, & ad has

portas inferi solet dñs deducere eos, quorũ fidem tẽtare volet, neq; eñ multũ a mortuo differt, ista patiens. Aut si hoc nõ placet, Age sit affectus iste, fui submersus in hac tribulatiõe, & sicut profundo somno pressi, nõ sentiũt se viuere, suntq; mortuis simillimi, ita ego p̃ nimia afflictione, in exstasi fidei positus, externę huius vitę nulla fruebar consolatione, erãq; iã fere mortuus, quo modo Geñ. xlv. de Iacob dicitur, cum audisset filium suũ Ioseph regnare in Aegypto, quasi de graui somno euigilans, non tñ credebat eis, adeo scz in desperationẽ Ioseph apud eũ venerat, cũ autem vidisset plaustra, & omia q̃ miserat Ioseph, reuixit spũs eius. Ita & hic Dauid sese reuixisse & exurrexisse dicit de ꝓfundo somno cordis, ac velut morte, Nã de naturali somno & quiete ego fateor me non posse intelligere, sed & ipe Dauid. ij. Re. xix. Cũ reuerteretur, ait. An ignoro me hodie factũ regẽ super Israel? in quo manifeste indicat affectũ, quẽ diximus desperati regni, ꝗ̃tũ erat in re p̃sente.

Non timebo milia populi circũdantis me, exurge domine saluũ me fac deus meus, hæc iam reuocatus dicit, deinceps, nõ timebo mala, si tu mecũ sis, vt ps. xxij. Exurge mõ tu, & saluũ me fac, sicut modo fecisti, estoq; deus meus, tũ nihil erit, quod metuam.

Quoniã tu percussisti oĩm inimicorũ meorũ maxillas, dentes peccatorũ cõtriuisti. Cęsus est eñ populus cũ Absalom factaq; plaga magna, in die illa viginti miliũ. ij. Re: xviij. Et ita percussi ac contriti, qui eũ iam deuorabant & conterebant.

Dñi salus, & super populũ tuum benedictio tua. Sela. q. d. Etsi Semei cũ suis dentes maledicos in me fixerint, dicẽtes, Nõ est salus ei in deo, p̃munt te mala tua &c̃. tamen solius dñi est benedicere & seruare, cui soli gloria in sęcula. Amen.

PSALMVS QVARTVS.

Ad victoriam in organis psalmus Dauid.

Obscurissimus plane psalmus ante faciem meã, & vix aliquam varie expositus, quæ varietas argumentũ est, nondũ reuelatę intelligentię.

Primũ, titulũ, quem deinceps q̃q; sępius habebimus semel videamus, Lamnazeach, ante. d. Hieronymi trãslationẽ, versum est ab antiquioribus, In finem, qđ fere vnanimiter exposuerũt, In Christũ, quẽ Apl'us vocat finẽ legis, Ro. x. dicens,

Finis legis Christus ad iusticiã omi credenti Quæ finẽ rursus dupliciter accipiũt, qđ Christus & a lege tanq̃ finis & summa sit intentus, & legẽ ipse finierit, vt amplius nos ei nihil debeamus, seu vt philosophi peripatetici dicũt, finis quo & gr̃a cuius. Verũ quid hęc ad titulũ psalmi faciant, non video, nisi multa violentia, hęc distrahas, & alia cõtrahas. Nõ em̃ om̃s p̃s, qui hãc inscriptionẽ habent, de Christo loquũtur, nisi hoc de Christo sit loqui, qđ est de q̃libet operę gratię dei loqui, qđ sine Chr̃o nec magnũ nec paruũ habemus. At tũ oportuit ĩ om̃i psalmo hanc inscriptionẽ inscribi.

Hierony. deinde transtulit, Victori, tũ secutũ est ad victoriam, quod Lyranus e Rabi Sal, sic putat intelligendũ, esse videlicet psalmũ ad hoc factũ, vt Leuitę cantores, alternis choris cantantes, niterentur se inuicẽ superare, mẽsus forte diuinã illã Dauidis Melodiã ad laudẽ dei institutã, ritu clamosissimorũ hominũ, qui in tẽplis nostris Cathedralibus, chorales vocant, qui cui canent, ignoro, lapidibus & lignis eos boare audio. Atq; tũ concordans illud, qđ alij in finem inscripserunt, dicit hũc esse finem, victoriam scz clamoris, quã chorus victor futurus hoc psalmo cantando, iubente scz propheta quæsierit, etiã ista ludicra possunt tanto serio doceri?

Legimus aũt li: i. Paralip. xv. fuisse institutos a Dauid tria genera Cantorũ, Vnũ qđ nablis, hoc est psalterijs caneret, Alterũ qđ Citharis, seu vt variare solet interpres, lyris. Terciũ, qđ Cymbalis ęneis concreparet, his pro t̃pe addebant Buccina & tubę. Atq; terciũ illud genus, ibidẽ scribit, institutũ, vt caneret in Citharis super octauã lenazeach, qđ transtulerũt Epinicion .i. carmẽ victoriale, Inde forte venit qđ lamnazeach, trãsfert, ad victoriã, qđ psalmus, eiusmõi titulo insignis, sit Epinicion. Hic meã confiteor ignorantiã. Nam si hęc ita habent, nescio, quare nõ & om̃s alij psalmi, Epinicia inscribũtur, qui vł eadẽ vel maiora in hanc sententiã, q̃ hic p̃s & sui similes, continent. Tũ q̃ sit illa victoria in psalmo cantata, iterũ varium erit, alijs Christi victoriã celebrantibus, alijs vero cuiuslibet Christiani in passione, seu tentatione positi.

Iohannes Reuchlin in sua septena transfert. Ad inuitatoriũ qđ velit, eius generis psalmos esse quedã incitabula ad expergefaciendũ, exhortandũq; spiritum hominis, atq; huic origo vocabuli, mire quadrat, Nam Naza. institit, sollicitauit, coegit, vrgebat, significare dicit, vt Esdre. iij. Vt instarẽt super eos, qui faciebant opus dñi. Et iterũ, vt vrgerent opus dñi. Sed &

res ipſa pſalmi nō abhorret, qđ meo iudicio hic pſalmus ſit,
mere exhortatorius ad opus dñi, ideſt ad crucis & mortis to=
lerantiā, Verū an conſtans & perpetua ſit hęc tituli ratio p oēs
pſalmos, lectoris relinquo & cure & iudicio, Ego hoc libens
accepto, eſſe idē Epinicion & inuitatoriū, quandoquidē ſolēt
id genus carmina triūphalia mire accēdere & exſtimulare ani=
mos ad bellū, ita & pſalmi ad crucis, tū bella, tū tropheа fortiť
animant fideles Chriſti, atq; ita & ego poſſum oīa cōciliare.
Ad victoriā, victori, ad inuitatoriū, In finem, qđ oīa huc
ſpectent, vt animati hoc ſpūs incitabulo, vincamus & finem
obtineamus hoſtiū, & oīm peccatorū, ꝙ non ſuperſit, niſi triū=
phus glorię.

In organis, nō ē dubiū gñs ꝓ ſpecie, i. Citharis accipi, dictū
eſt em̄ ꝙ Epinicia in citharis canerentur. i. paral. xv. Eſt em̄ or=
ganū hoc loco nomē cōmune in hebręo, ad omne muſicū in=
ſtrumentū. De laude & virtute muſicę ſileo, quę ab alijs abūde
tractantur, niſi ꝙ hic apparet, Vſum muſicę fuiſſe olim ſacrū
& diuinis rebus accomodatū, ſucceſſu temporū (vt omnia) in
luxus & libidinis ſeruitutē redactū, Nā hinc & ſpūs mal⁹ Saul
pellebať. i. Re. xvi. Et Heliſeo ſpūs ꝓpheticus dabať. iiij. Re. iij.

Varie (vt dixi) hic obſcuriſſimus pſalm⁹ expoſit⁹ ē, Aug.
aut verba Chriſti poſt reſurrectionē, aut hominis ī Eccl'ia cre=
dentis & ſperantis in Chr̄o eſſe credit. Lyrā & Burgeñ. omitto,
quorū ille de Dauid cōtra Saulitas, hic cōtra Idolatras eū acci=
pit. Hieronymus arbitratur nō niſi de Chr̄o intelligendū, ſin=
gulę horū interp̄tationes extra captū meū ſunt, ſequar ſpiritū
meū, & abūdabo in ſenſu meo, citra cuiuſq; p̄iudicium. Ego
ſomniaui mihi hūc pſalmū eſſe generalē quandā exhortatio=
nē ad totū populū dei, p̄ſertim eos, qui opm & viarū dei ig=
nari, crucis ſapientiā exhorrent, Inter quos primi fuerūt & ſunt
Iudęi, filij Iſrael, quos maxime oportuit in hac re eſſe peritos.
Nā vt Ro: iij. Aplūs dicit. Scimus, quęcūq; lex loquiť, ijs qui ī
lege ſunt loquiť. Quare Dauid vna ſuarū tentationū, vľ mul=
tis poti⁹ ꝓbatus, exēplo ſuo docet, quid agēdū ſit, & quo mō
habendū in q̄cūq; tribulatiōe, & ſic iuxta titulū erit p̄s. exhor=
tatorius ad victoriā, qđ & ip̄a verba indicāt, quib⁹ ſeſe doc=
torem illoꝝ oſtēdit. d. filij viri, ſcitote, iraſcimini, ſacrificate,
ſperate &c̄.

Cū inuocarem exaudiuit me deus iuſtitię meę.

Statim ab initio molliculos & querulosos erudit ſuo ex=
emplo docēs, nō alio currendū, ſed dñm inuocandum in tri=

bulationib⁹ quibuſcũq;. Quoties inquit inuocaui (inuocaui aũt, quoties tribularer, vt p̃s. cxix. Ad dñm cũ tribularer clamaui) toties me exaudiuit, adeo videlicet clemens & prõptus eſt miſereri dñs clamãtiũ ad ſe, vt quid ergo vos molliculi oĩa repletis q̃rimonijs, vana ſolatia queritis, ad hominẽ confugitis, & hoc vnũ remediũ neſcitis nec queritis?

Obſerua diuinũ artificẽ & rhetorẽ incomꝑabilẽ, eodẽ exordio tria facit. Primo ad filios hoĩm verſus, ac fraterna charitate pro eis ſollicitus, docet quo fugiendũ ſit tribulatis, atq; id ꝓprio exẽplo, & modeſtiſſima iactãtia. Ego, inquit, ſic ſolit⁹ ſum facere, qđ & vobis faciendum arbitror. Secũdo vt reddat eos bñuolos & obſequẽtes, diuinã ſimul cõmẽdat clemẽtiã, exaudiuit me, inquit, q. d. perſuaſum habeo, qđ & vos ſit q̃ꝫ clemẽtiſſime exauditurus, mõ vos audeatis & ĩuocetis. Tercio, qđ principale erat, ſicut optimus orator a gratitudine & laude incipit, q̃ ẽ apđ deũ & hoĩes optimus bñuolẽtię captãdę modus. Sic eñ iubemur & dominicã orõnẽ ordiri, pr̃ nr̃, co v̷bo oĩa bñficia dei affectu dulciſſimo cõprehẽſa repetẽtes.

Hoc ẽ nimirũ qđ verbũ ad filios hoĩm vertit, qđ tñ debuerat ad deũ vertere, verũ noluit illos relictos, & ſolus & vacuus venire ad conſpectũ dei, ideo & bñuolẽtiã gratus captat, ſimul & fraterne ſalutis cupidus erudit infirmos, nã ſequenti parte, mox ad ſolũ deũ vertit verbũ dicens, Dilataſti mihi, vbi iã, q̃s allocutus ẽ ꝑte priore, ſecũ ad dei cõſpectũ ꝑduxerit, vt iã nõ ſolũ audiãt, q̃d fecerit in p̃teritis tribulatiõib⁹, ſed etiã videãt exẽplũ, quo ſoleat ad deũ cõfugere p̃ſenti tribulatiõe, ita v̷bo & exẽplo eos ſuauiſſime cõfortans. Iã illud deus iuſtitię meę, qđ ſine periculo dici q̃q; põt, deus iuſtitia mea, q̃q̃ non negem ſignificare, iuſtitiã eſſe a deo, & qđ ſolus deus iuſtificet, tñ videt̃ mihi ꝓpheta tangere ſummã queſtiõis ſeu q̃relę, quã ſolẽt infirmiores p̃texere, ſcz ꝙ ſibi iniuriam fieri arbitrent̃ ab aduerſarijs, ideoq; iuſte ſe indignari & iraſci, quos ꝓpheta nõ acerbe exagitans, ſed ſuo exẽplo (vt dixi) ſuauit̃ erudiẽs, monet obliuiſci ſuã iuſtitiã, eamq; cũ tota cauſa tradere deo iuſte iudicãti, nec plus ſibi arrogare de iuſtitia, q̃ deo viſum fuerit, ſicut de Chriſto dicit Petrus. i. Pe. ij. Qui cũ malediceret̃, non maledicebat, cũ pateretur non cõminabatur, tradebat aũt iuſte iudicãti (.i. rem deo cõmendabat, qui iudicat iuſte) ita hic dicit. Quoties ego iniurias patior, inuoco deũ iuſtitiæ meę, hoc paratus habere ꝓ iuſtitia, quicq̃d ille iudicauerit. Quare aliam iuſtitiã meã ignoro, niſi ip̃m deũ, eiuſq; ſanctã voluntatem,

Nõne iste est artificiosissimus modus consolandi infirmos, nõ damnare quidẽ eorũ causam, nec iustificare, sed ab eis tollere, & in deũ transferre, simul ipos cũ causa in deũ rapere, vt iusticiã suã id ducant, quicquid deus fecerit, atq; ita dei volũtatẽ patienter ferant. Hũc sensum eo libentius sequor, ꝙ iustitia mea, mihi, vsu scripturæ, magis causam ꝓpriam significet, q̃ gratiã illam iustificantẽ, quã potius iusticiã dei appellat. Ro. i. Iustitia dei reuelatur in illo ex fide. Et p̃s. xxx. In iustitia tua libera me (nõ vtiq; in mea) Contra Gen. xxx. Respondebitq; mihi cras iustitia mea. Et p̃s. vij. Iudica me dñe scd'm iustitiam meam, & scd'm innocentiã meã super me. Hæc est eñi iustitia inter homines, quã & ipam vindicat deus, licet nulli satis sit corã deo, Et fit, vt inique aliqñ malũ inferatur, qđ tamẽ nõ inique sustinetur. Recte ergo eos reuocat a fiducia iustitię suę, & in deum transfert, ne forte multo maiora digni sint pati coram deo, q̃tũlibet iusti sint apud homines.

Et sane est hęc doctrina vtilissima, hominibus semper neglecta. Nã si hæc seruaretur, tot fora, iurgia, iura, lites, causæ nõ essent. Omniũ eñi hominũ ore iactat' iustitia iustitia, ius & ius, Rarus est, qui ad exemplũ & verbũ huius ꝓphete iustitiã suã, deo cõmendet, sinatq; eũ esse deum iustitiæ suæ, seu potius iustitiã suam. Hinc totus orbis pro iustitia & iure tumultuatur, bellis, cędibus, litibus, & infinitis peccatorũ & malorũ mõstris, & fit, vt iustitia sit causã fere sola omniũ iniustitiarũ. Sic eñi excęcat eos error, qđ statim etiã apud deum iustitiã esse putent, quicquid suis dictaminibus, consilijs, & hominũ decretis iustitiam esse didicerũt, de qua re, nisi alia nunc agerentur, multa essent necessario dicenda.

In tribulatione dilatasti mihi.

Nam idẽ est exaudiri & dilatari in tribulatione, sicut p̃s. cxvij. De tribulatiõe inuocaui dñm, & exaudiuit me ĩ latitudine dñs.

Est aũt, dilatasti mihi, seu latitudo ista, hebraismus, & metaphora vel metonymia propria scripturę, quã nos sine figura, consolationẽ dicimus, sicut econtra angustiã, tristitiã & afflictionẽ dicimus, Sicut eñi cor & oẽs sensus contrahũtur, dum fugiũt & horrent tristia, ꝙ si ex oĩ parte vrgeat malũ, iam fere fit angustia & vndiq; in artũ contractio, Ita dilatanť & distẽdũtur, dũ ablato malo rursum bona & iucũda conferũtur. Et sane q̃ ꝓprie eo verbo exprimitur natura tristitię & letitię, Nã & im

& in fronte & vultu toto videmus, q̃ contrahantur tristib⁹, & dilatentur iucũdis rebus. Ideo de impijs ps xvij. dicit. Et cõtrahentur in angustijs suis, vnde & Apl'us Ro:ij. duo illa cõponit, Tribulationẽ & angustiã, malũ scz & fugam mali, sic tamẽ vt fugi nõ possit.

Dilatasti me potius q̃ dilatasti mihi dicendũ fuisse videt. Sed idiotismus hebraicorũ verborũ est, qđ sępius absolute ponũtur, & sui nominis accusatiuũ abstractũ includũt, vel in nomen suũ verbale resoluuntur, vt dilatasti mihi, idest latitudinẽ fecisti mihi, fuisti dilatator meus, hoc est consolationem mihi fecisti, quoties inuocaui in tribulationib⁹ meis. Et sic captata est beneuolentia, simul & eruditi infirmiores, imo si voles hũc versum, velut argumentũ hui⁹ toti⁹ psalmi habere poteris, proponit em̃ erudire infirmos, vt inuocent deũ & causam suã deo cõmendent, dei iustitiã laudent, consolationem alibi nõ q̃rant, sed certissimã & magno fructu a deo expectent, atq; id efficacissime suo ꝓprio exẽplo, se velut socium eis iũgens, & eorũ casus sibi cões faciens.

Miserere mei, & exaudi orationẽ meã.

Confiteor, inquit, ꝙ me exaudisti, quoties inuocaui, de q̃ nõ modo gratias ago, sed & securus sum, ꝙ sicut deinceps & semꝑ abũdabũt passiones in nobis, ita semper sis nos exauditurus clamãtes ad te. Qua fiducia etiam nũc tribulatus, iterũ inuoco, vt iterũ axaudias. Q̃ñ aũt in hebræo, hic versus, posterior pars est primi vers⁹, voluit mea cogitatio totũ hunc ṽsum intelligi, tanq̃ formam ꝑscriptam infirmioribus, qua se gererent iniquę tribulati, & hanc ꝑticulam esse velut premansum cibũ, quo propheta eos velut pueros, doceret, quibus ṽbis vti debeant inuocaturi deũ, nempe istis, Miserere mei, & exaudi orõnem meã. Vt primo misericordiã dei super se & pro peccatis suis implorent, quibus forte longe peiora meruissent, ac sic interim vindictę obliti, causam deo cõmitterent, tũ exaudiri peterent. Nã iustus in principio accusator est sui, puer. xviij. Et placens deo miseretur primũ animę suę, Ecclesia. xxx. ideo primum pro se grãm implorat, tũ demũ a pœna liberari petit. Verũ hæc non ausim asserere.

Proinde esto, ꝙ sit in noua tribulatione noua inuocatio, in qua nihilominus id quod dixi obseruandũ est, vt non tam pro pœna q̃ peccato solliciti simus, primũ misericordiam dei impetrãtes, ne forte more stulto ꝗ peruersissimo, nr̃am culpã

quę penā meruit obliti, alienā culpam, quę nostram pœnam operatur, solā videamus, trabem in oculo nr̄o relinquētes, & festucā e fraterno oculo eĳcere conantes, Nā primū dep̄canda est causa tribulatiōis (q̄ p̄ctm̄ ē) nō tribulatio, ideo primū de⁹ misereat nr̄i oportet, tū quorū misertus fuerit, exaudiat.

Vides ergo psalmos in hoc esse per spm̄ sanctū editos, vt sint tribulatorū solatia, ideoq̧ qui tribulari nolūt, quid eis cū psalmis? At qui hodie minus tribulari volunt, q̄ hĳ qui psalmos die & nocte versant, aut versare debēt? Nōne illd̄ Amos vi. eis conuenit, sicut Dauid putabant se habere vasa Cantici? Q̄uo psallent qui ꝓ diuitĳs, priuilegĳs, iuribus orbē cedibus inuoluūt, nō contenti fulminibus suis ꝓprĳs? Ideo psalterĳ hodie nullus vsus, nisi quē patitur a vocibus & murmurationibus, satis indignū, & tñ assiduū.

Filij hominū vsq̧quo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quęritis mendaciū.

S. Hierony. sic transfert. Filĳ viri, vsq̧quo inclyti mei, ignominiose diligitis vanitatē & quęritis mendaciū. Certe vim verborū hebraicoꝵ, recte tangit hic. S. vir, nihil em̄ de corde habet hic versus, proinde perspicuū ē, interpretē nostrū q̄sq̄s fuerit, errasse, & beth ꝓ caph legisse, & qd̄ ampli⁹ est, dictionē vnā in duas diuisisse, ꝓ lichlimma (qd̄ ad ignominiā sonat) legisse leb lamma (. qd̄ cor, vt q̄d, significat) ideo, vbi Hiero: ignominiose vna dictiōe, ibi, corde, vt quid, ille duab⁹ trāstulit, Et qd̄ heb chebodi, noster, graues, Hiero: gloriosi mei, seu inclyti mei reddidit, nā gloria hebreis, eodē pene verbo significatur, quo grauitas.

Nec filĳ hominū hebreus habet, sed filĳ isch, hoc ē viri herois, & qualis p̄s i. dr̄. Beatus vir, nō em̄ hic filĳ Adā habetur, quo significatur carnis generatio, Quare non filios carnis videtur indicare, aut nō vt carnis filios eos alloqui, sed q̄uo Magister, p̄ceptor, aut quocūq̧ nomine maior filios vocat suos minores.

Primū, ego meū spiritū effundam, deinde alia videbimus, versum ergo sic trāffero. Filĳ viri, vsq̧quo gloria mea ad ignominiā, diligitis vanitatē, & quęritis mendacium? Sela. Ita mihi verba prophetę in persona dei seu Chr̄i esse videtur, Primum Iudęos appellantis, deinde & gentes, vt Ap̄lus solet

loqui, vt sit sensus. O filij Israel, quousq; nomē meū apd' vos polluitur? quādiu mea gloria per vos ignominię patet? dum me deserto, qui sum veritas & vita, diligitis vanitatē & quęritis mendaciū? Quę quō fiant, nūc videamus.

Dixi psalmū esse exhortatoriū ad eos, qui fidei defectu in cruce & iniurijs scandalisantur, & animo dejciūtur, qd' vitiū infidelitatis est, & crimen spiritualis idolatrię, quales accusant filij Israel in deserto fuisse ps lxxvij. Generatio praua & exasperans, generatio quæ nō direxit cor suū, nec est creditus cū deo spiritus eius. Hic manifeste arguitur vitiū cordis, qd' erat diffidentia, ignorantia crucis, & insipientia in via dei, quia ibidē dicit. Non sustinuerūt consiliū dei, quo vitio per totū vetus arguūtur testamentū. Ab hoc crimie mox venit, exterior illa & varia Idolatria ꝑ diuersitate infinitorū affectuū, vt alius illū, alius istū, deū quęsierit, & vnusquisq; gloriam deo debitam, in creaturam ex qua vel esset consecutus, vel speraret solatium transferret.

Quando ergo gloria & cultus dei consistit in syncera fide, robusta spe, & perfecta charitate in deū, necesse est, vt qui in deū nec confidit, nec credit, nec diligit, sed in quacūq; creatura sese solatur, gloriam dei ad ignominiā vertit, & nomē ac opus, quę deo debuerat, in creatura quęrat. At ita faciūt plane omnes, quotquot in tpe tentationis recedūt (nam de ijs potissimū hic loquitur) Quare ab initio sui ad finem vsq;, mundus plenus ē Idolatria, Quis non semper imagines adorent creaturarū, tamen habent affectum illū, qui oīm Idolatriarū fons & caput est. Hic aūt est (vt dixi) rebus & creaturis fidere, frui, delectari, qui soli deo debetur, idest infidelitas & diffidentia, ac ꝑ hoc & contemptus, odiūq; dei. Sic ps. lxxvij. Et mutauerunt gloriam suam, in similitudinem vituli comedentis fœnum. Quo versu pulcherrime vim Idolatrię describit, gloriā eorū vocat, gloriā dei, quia apud eos solos erat, gloria dei (.i. recta fides & cultus dei) qua gloria dei, & ipsi gloriam apud deū & homines habebant. Ita & i. Reg, iiij. Translata est gloria dei ab Israel. Et Ro: i. Mutauerūt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis hominis. Quid est enim gloriam dei mutari, nisi cultum dei mutari? Nam cultus dei, breuissimo cōpendio, aliud nihil est, ꝙ gloria dei.

Gloria dei aliud nihil eſt, q̃ ei credere, in eũ ſperare, eũ diligere. Quia qui ei credit, veracem eum ducit, ac per hoc veritatem ei tribuit, Qui ſperat in eũ, potentẽ & ſapiẽtem & bonũ arbitrat̃ vt a quo poſſit iuuari & ſaluari, ac per hoc ei potentiam, qua poſſit, ſapientiã, qua nouit, bonitatẽ, qua velit iuuare, tribuit, hoc aũt eſt, vere deum eſſe, vere deũ habere. Tunc mox amor ſequitur in eum, ſua ſponte, ſibi placens in tali deo ac p̃cioſiſſ. opinionẽ de eo cõcipiens. Qui aũt non credit, mẽdacem facit qui nõ ſperat, vel impotentẽ vel neſcientẽ vel nolentem facit, quę ſunt horrẽda, tũ ſequi neceſſe eſt, cõtemptum dei. Ex quo deinde translat⁹ ad creaturã (cũ neceſſe ſit humanũ cor, credere. ſperare, diligere aliquid) fidit vel in diuitias vel fauorem, vel vires ſuas, vel alia q̃cunq;, vel in ſtultã opinionẽ ſiue de vero ſiue falſo deo predicatam, Vbi ſi aliq̃n (permittẽte deo) ſenſerit ſolatiũ, toto corde & amore huc fertur. Et ſic, potẽtia, bonitas, & oĩa quę ad gloriã dei pertinẽt, ad ignominiã verſa ſunt, & tributa ei cui non debent.

Sic in Iſa. xxiiij. Gloriam meam alteri nõ dabo, nec laudẽ meam ſculptilib⁹. Oĩa ſcz bona tribuit etiam hoſtibus ſuis, ſed gloriam ſibi ſoli ſeruat, quia nõ ſunt tribuenda bona q̃cunq; accipiunt aut quæruntur, q; vni ſoli deo, quo prędicatur eius ſoli⁹ bonitas ac vera diuinitas. Iſtis ſic cognitis, credo verſum hũc eſſe facilem, q̄ ignari crucis & vacui fidei, gloriã dei mox vt cęperint pulſari, proſtituũt, & ad quodlibet aliud cõfugiũt q; ad deũ. Conſiliũ, auxilium, ſalutem, non ab eo cuius ſunt, ſed a ſeipſis vel creaturis (in quibus non ſunt) q̃rentes, non credentes vltimũ verſum, p̃s pręcedentis. Domini eſt ſalus & ſup populum tuum benedictio tua.

Videamus ergo, Affectus & Emphaſes hui⁹ verſ⁹. Primũ, vt ſit acris & vehemens exhortatio, digniſſimo titulo eos alloquit̃, filij (inquit) viri, q vir, ſiue Abrahę ſiue Iſrael, ſiue Chr̃us intelligatur, idem erit, q̃ q; magis ꝓprię Abraham ego intelligerem, cũ de Iudæis Primum intelligo. Hic em̃ pater multarũ gentium vocatus eſt, quia non hoc tm̃ loco, ſed & Iſa. li. ſimili exhortatiõe dicitur. Attẽdite ad petram, vnde exciſi eſtis, & ad cauernã laci de qua preciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrem vr̃m, & ad Saram, quę peperit vos, vnum vocaui eũ & benedixi ei & multiplicaui eũ. q.d. Attendite non qũo carnaliter ex illo nati eſtis, ſed qũo illum vocaui, & non ex carne iuſtificat⁹ eſt, ſed per fidem ĩ me, ita & vos facere oportet, ſi filij eius eſſe volueritis, ſicut Iohã. viij. Sed Abrahę filij eſſetis, opa

Abrahę faceretis. Ita hic, vt Abraham eis proponat, patrem non carnis, & eos moueat fieri filios eius spirituales, poti⁹ dicit, filij viri, quam filij hominis, & cū potius sint adulterini & spurij coram deo, qui carnem Abrahę sine fide eiusdem iactant, tñ dignatur eos tali honore quo blandius & efficati⁹ tales faciat, quales appellat, sicut Paul⁹ Galatarum Ecclesias vocat, cū iam essent seducti & extra Eccl'ę fidem exturbati, verū nihilomin⁹ oblique eis opprobrat degenerē aīm, quod cū tanti herois sint filij, nihil tñ minus prestent quam filios eiusdem.

Deinde & illa qstio, vsquequo, miram habet energiam, insignē simul diuinę lōganimitatis suauitatem cōmendās, simul grauissimū ac diuturnū salutis eorum dispendiū cōmiserās, q.d. cum sitis immo esse debeatis filij tanti viri, de quo vnice gl'amini, vsquequo grauissimo vr̄o salutis periculo, & diuinę patiētię abusu, tales vos exhibetis, & ita degeneratis, vt solo noie sitis filij tanti viri. Hoc aūt facitis, dū nec creditis nec speratis, ī deo in quē ille credidit, quin hāc in me fiducie gloriam, in meam & vr̄am confusionē & ignominiam alio vertitis, ignoratis em̄, in aduersitatibus non nisi ad me currendū esse. Ego em̄ (vt Isa. xlvi.) feci, ego feram, ego portabo, ego saluabo. Cur alius hac gl'a potitur, qui non potest eam implere? Cur mihi non datur, qui solns hæc possum & volo, cui soli debetur? Vides quam suauis quidem sit sed ardens valde hæc expostulatio.

Iam & hoc suū pondus habet, quod grauissima ante hisi gloriam ad ignominiā trahi, non cuiuis gloriam, sed suā ppriam expostulat. Quo solo auditu pia mens, penitus debeat cōtremiscere, horribile em̄ auditu est, gloriam dei in ignominiā & laudē dei in blasphemiā verti, quam omnis creatura summis viribus studet.

Atque ipsemet hanc rem tanti facit momemti, vt eclyptica, orone vtatur, per reticentiā, seu aposiopesin, verbū omittēs d, vsquequo gloria mea in ignominiam, scz mutatur vel vertitur, Sicut Paulus Ro. i. Mutauerunt gl'am dei &c. Hac em̄ aposiopesi indicat, tantū esse hoc flagitium, vt fas non sit nominari, pre horrore nimie impietatis. Longe em̄ mitior fuisset culpa, si rebus creatis abuteremini ī ignominiā, & gloriā operis mei ad cōtumeliam traheretis, sicut fit si ex auro, fiat vasculū auro indignū, si homo nobilis sit sine honore, Sed gloriā meam nō modo mihi non dari, verūetiam auferri, nec simpliciter auferri, sed etiam in ignominiā mutari, hoc scelus est, a quo cœli

L iij

ſtupeſcant, qđ aures non ferant & lingua timeat ꝓferre.

Ecce quanta vi verborũ cogit nos deus noſter ad fidẽ ſui, ideſt ad ſalutem noſtram.

Nunc facile erat alias translationes huic meę conciliare, licet ſenſum non adeo reddant expreſſum. Filij hominũ &c. q. d. vere filij hominũ eſtis, magis q̃ filij viri, quẽ referre debetis, ſed carnem eius & patrũ veſtrorũ, nõ fidem eorũ ſapitis, vſq; quo graui corde? vſq; quo increduli eſtis corde, & pondere infidelitatis, deorſum ruentes, in fiducia rerum incũbitis, ac gloriã quã mihi debetis, creaturis tribuitis? ſicut iam ſatis eſt dictũ.

Ita & illud Hiero: Filij viri vſq; quo ignominioſe diligitis vanitatẽ. q. d. cedit hoc ad glorię meę ignominiam & veſtrę, qđ deſerta fiducia mei, diligitis alia q̃ me, qui ſum veritas &c.

Pulchro ordine, primũ, vanitatem diligi, deinde mendaciũ quęri dicit. Primũ eſt eñ omniũ, affect⁹ ipſe ſeu amor, ſeu volũtas, ſeu ſtudiũ, qui ſi peruerſus & impius eſt, mox opiniones parit impias, falſas & mendaces. Ex his aũt duobus (vt p̃s primo dictũ eſt) pendet vniuerſa cuiuslibet hominis vita, Ita fit, vt contra Moſen Deutro: xij. Vnuſquiſq; faciat quod ſibi rectũ videtur. Hoc ſtudiũ, hoc cõſiliũ impiorũ, has cogitationes hominũ vanas, hoc loco per mendacium taxat ſpiritus, & fere per totam ſcripturam, vt per pſalteriũ videbimus. Igitur amor vanitatis auertit affectũ, quo auerſo, mox inficitur mẽs malis opinionibus, vt ſicut res male amat, ita de reb⁹ male iudicet, & excecata per malitiã mente, in errore & mendacijs ſuis, tanq̃ in veritate, ſapientia & oĩno in luce ſe ambulare putet.

Singula verba epitaſin habent, vanitas eſt, vt Eccle. ꝑ totũ copioſiſſime definit, quicquid deus non eſt, Nam ſi vana ſalus hominis, q̃to magis omniũ aliarũ rerum? Eſt ergo iſta vanitas, ꝙ homo crucis gratiam ignorans, non in deo, ſed q̃uis alio, quęrit auxiliũ & ſolatium, nec eñ inueniri poteſt ſalus aut vllũ bonũ, niſi in deo, Cętera omnia ſunt afflictio ſpiritus, & irritatio ac titillatio ad conſolationẽ verius q̃ conſolatio, & ſalutis ac boni potius incitabulũ, q̃ ſalus & bonũ.

Porro, vanitatẽ habere, nõ ꝑinde ſummũ maloꝝ ẽ, Eſt eñ omnis homo vanitas, & nihil nouũ ſub ſole, aut ſi malũ eſt, tolerabile eſt, Nullus etiã ſanctoꝝ eſt, qui non ſperet, fidat, cupiat, metuat, amet, odiat, plus minus q̃ debeat, verũ hoc corp⁹ mortis, has leges peccati, has vanitates, odiſſe oportet, non diligere, non in illis placere, Creaturę ſolatio & auxilio vti malũ

nō est, sed amare & in eis hærere, ꝓ amore earū in deū nō fidere, impietatis est.

Mendatiū etiam mitius malū est, q̄ quærere mendacium, siquidem potest quispiam seduci, & vanitatē pro veritate amplecti, sed quærere impiū est. Cum enim om̄is homo sit mendax, non id quærendū est, vt nostris opinionibus, nostris iudicijs, seu, vt dicunt, nostris dictaminibꝰ obtemperemꝰ & vitam regamus, Sed maxime conandū, vt ab ijs temperemus, & diuinæ sententiæ cedamus, eiusq̄ iudicio agamur & agamus. Proinde nihil potest Christiano homini pestilentius tradi, q̄ philosophia moralis & decreta hominum, si ita tradantur, vt credat in his se recte incedere corā deo. Nam sic fiet, vt consilijs his innixus, quicquid contra se geri viderit, iudicet, damnet, persequatur, ac per hoc Crucem Christi repudiet, & viam dei penitus contemnat. Quæ tūc optime & prosperrime habet, quando sine ductu & cōsilio nostro viuimus, ac velut per desertum & inuium, Christū in columna ignis sequimur. Hoc enim est non vanitatem, sed soliditatem diligere, nec mendaciū, sed veritatem quærere, quæ omnia in tempore passionis & aduersitatis melius sentiri possunt, q̄ verbis dici, aut corde cogitari, nam experientia opus est (vt sæpe diximus) ad intelligenda verba dei, Non em̄ dici aut sciri, sed viui volūt & sentiri, sicut ille qui dixit ꝑs cxv. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax, Cur mendax? quia in ecstasi passionis positus, & sola dei fide viuens, & fiducia rerum exutus, in qua om̄es homines mersos vidit, secure pronunciat, eorum affectus esse vanos, & vniuersa consilia ac studia eorū mendacia, quia sine fide dei sunt. Si aūt sine fide, iam sine verbo dei, Si sine verbo dei, iam sine veritate, atq̄ ita vere mendacia, & vana omnia q̄ extra fidem sunt, q̄ veritas est propter verbum veritatis, in qđ creditur, & credendo hæret.

Ethica.

Experientia opus est ad intelligenda verba. 95.

Habemus ergo huius versus sententiā, esse omnes impios Idolatras, diuinæ gloriæ violatores, qui in tribulatione quacūq̄ a fide, spe, & charitate cadunt in fiduciam & solatiū rerū, atq̄ his studijs sese tuentur & regūt.

De dictiūcula Sela, satis dictum est, Nam & hic signandi affectus gratia mihi poni videtur, ꝙ reuera magni estimādū sit vniuersū hoim genꝰ adeo vitiosis affectibꝰ & opīonibꝰ esse

implicitũ, vt vanitatem diligat & mẽdaciũ querat, ita vt res ꝓ dignitate, nõ queat satis dici & inculcari.

Et scitote, qm̃ mirificauit dñs sanctũ suum, dñs exaudiet me cũ clamauero ad eũ.

Saluberrima eruditio, Nã hoc est, cur filij hominũ exhorreant crucem, q̃ via est veritatis & soliditatis, potius vanitatem & mendaciũ sectantes in rerũ fiducia, ꝙ ignorantiã dei habẽt, (vt Apl'us dicit ad Corinthios) ignorant inq̃, quid agat, qd velit, quid cogitet deus qñ nos tribulationibus tentat, Iudicãt em̃ sicut equus & mulus secundũ id qđ patet & sentitur, Patet aũt tũc aliud nihil ꝙ̃ ignominia, inopia, mors, & om̃ia quę in Christo nobis passo monstrantur, quę si sola intuearis, & non cognoscas in ijs diuinã voluntatẽ, eãq; feras & laudes, necesse est, vt in cruce ista scandaliseris, & ad tua confugias, vbi mox idolatra fias, & gloriam deo debitã creaturæ tribuas. Ioh. xvi Cũ rationem redderet, quare Iudęi essent persecuturi Apl'os & extra Synagogam facturi, dixit, Hęc facient vobis, quia non nouerũt patrem neq; me. Q ũo non nouerunt, qui tã multa cũ Christo pro deo contenderũt? Sed Christũ nosse, est Crucẽ nosse, & deum sub carne crucifixa ĩtelligere. Hoc em̃ vult de⁹. Hæc voluntas dei imo hoc deus est. Ideo ꝙ crucem, Crucisq; verbũ suis affectibus & opinionibus tanq̃ vanitati & mẽdacio cõtrariũ, odiunt & persequũtur, in causa est, ꝙ ignorant deũ seu (quod idem est) volũtatem dei non nouerũt. Ita & Ioha. vi. Q ñ dixit nisi mãducaueritis carnem meam & biberitis meũ sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Durus hic sermo erat, ita vt multi discipulorꝝ quoq; scãdalisati abierint retrorsum. Q uare durus sermo? quia manducare hanc carnẽ & bibere hũc sanguinẽ, est Chr̃o per fidem incorporari, & passionibus eius cõmunicare. At hoc summe horret, prau⁹ affect⁹ & peruersis opinionibus viciatum cor. Hoc est quod hic dicit. Nolite timere, neq; putetis vos perire, si affectus & sens⁹ vester occũbat, si quæcũq; patiamini cõtra opiniões vr̃as. Sed estote prudentes, cognoscite dñm, intelligite volũtatem eius, auertite oculos ne videant vanitatẽ, quoniã mirabilis ẽ dñs in sanctis suis, aliud agitur & aliud longe apparet. Occidere videtur, sed reuera viuificat, percutit, sed vere potius sanat, confundit, sed vere tũc glorificat, deducit ad inferos, sed vere reducit, poti⁹ ab inferis.

inferis, & his similia, de quibus multa diximus in precedentibus. Quid ergo mirabilius diuina hac volũtate? habitat ꝗdẽ in altis, sed humilia respicit, stultos facit vt sapientes fiant, infirmos facit, vt potentes reddat. Verũ prius quidẽ apparet & sentitur, at posteriꝰ nisi fidem habeas, nõ assequeris. Sic enĩ & Petrus i. Pe. i. dicit in ꝓphetis esse prenũciatas priores passiones & posteriores glorias. Ideo monitorio & exhortatorio egemus, q̃ eleuemur ad cognoscendũ deum, in eiusmodi casibꝰ, Scitote, inquit, q̃m mirificauit.

Quasi dicat, quid fluctuatis? quid q̃ritis hic & hic consiliũ & auxiliũ? quid diligitis, hoc & hoc solatiũ? vana sunt hec oĩa, nõ modo non iuuantia, sed & mendacia vos misere fallentia. Scitote, & certi estote, audite & credite, fixa est & ĩmutabilis sententia; quod quicũq; sanctus dei esse voluerit, quicũq; gratiã eius obtinere & gratus ac placitꝰ esse cupierit, hũc necesse ẽ pati, vt deus sit in ipo mirabilis. Mirabilis aũt esse nõ poterit, si consiliũ & auxiliũ vestrũ, aut vllius creature vos iuuare poterit, nã hec, quia supra captũ vestrũ non sunt, mirabilia non sunt. At vbi desperatũ fuerit tam in vobis q̃ in oĩbus aliis, & soli diuine volũtati causa cõmendata. Ecce tũ erumpet quasi lumen iustitia vr̃a. ps xxx. Et educet tanq̃ meridiẽ iudiciũ vr̃m, via & tẽpore prorsus incogitabili, tã vobis q̃ omibus.

Sanctus hoc loco, heb hasid dicitur, qui is ꝓprie sanctus ẽ, qui misericordiã consecutus est, quẽ nos gratia iustificatũ vocamus. Atq; oratione distributiuã intelligi oportet, seu numerũ pro numero, in hũc modum. Scitote, Q̃m mirificauit dñs sanctũ suũ, idest sanctos suos, qđ est dicere, scitote, qđ deꝰ mirabiliter regit & agit hominem, quem cũq; iustificat & gratia induit, vt discatis, qui deo placere voluerit, hũc (vt dixi) oporteat scire hoc dñi consiliũ & volũtatem bonã, placentẽ & perfectã. Nam & Ro. xii. dicit probari hanc volũtatem non posse nisi renouatione mẽtis, qua semper occidit affectus & opinio nostra.

Dñs exaudiet me &c. Iterũ & verbo & exemplo docet infirmos, nam poterat ad sanctũ mirificatũ retulisse & dixisse. Dñs exaudiet eũ cũ clamauerit ad eũ, aut priorẽ partẽ posteriori sic cõparasse, Scitote q̃m mirificauit dñs me. Sed vt dixi, iste personarũ subite mutatiões, affectuũ significant varietates & miras translationes. Formanda ergo est persona ꝓphete, nimia charitate ꝓ filiis hominũ solliciti, & nũc se inter sanctos, nunc inter peccatores numerãtis, quo oĩs lucrifaciat, dñs inquit,

exaudiet sanctũ suũ, qd' si hoc parum mouet, dico ꝙ exaudiet me, qui & ipe vnus sum sanctorũ, idest eorũ qui gratiã ei⁹ cõsequũtur.

Et aduerte affectũ, ꝙ filijs hominũ suadet ꝗ dẽ vt sustineãt manũ dei, verũ quia res ista in fide geritur, ostendere non põt, qd' dicit, Nõ apparet deus (vt dixi) ideo qd' extremũ habet & põt, facit, ꝓmittit scz auxiliũ dei. q. d. hoc vnũ habeo qd' possum pro vestro solatio, Quia ꝓmittere vobis cũ fiducia possum, exaudiendos vos esse, ideoq; confidite, ne diligite vanitatem, ne mutetis gloriã dei, sed expectate, atq; ad hoc meo exemplo q̃q; confortamini, quia ego certissimus sum ꝙ dñs exaudiet me, nõ modo hac hora, sed quoties clamauero. Ita vidẽm⁹ pijssimã sollicitudinẽ spiritualis animę, ꝓ fratrib⁹ suis. Nam iactare se nõ audet, & tamen ꝓ necessitate fraterna cogit seipm in exemplũ ꝓponere, sicut Apl'us Paulus quoq; facit ĩ multis locis. Imitatores mei estote, sicut & ego Chri. Et ij. Cor. vij. Capite nos, neminẽ lesimus &c. Ad hanc eñ iactantiã vitandã videt̃ priore parte versus in tercia ꝑsona sanctũ dixisse, ne vane gloriaret̃ se esse, cũ quo deus mirabiliter ageret, qd' in posteriore parte omisit, ꝙ clamare ad deũ, nõ sit magnę iactãtię fomentũ, sed potius afflictionis indicium. Igitur docet nos spũs benignus in mirificatione nostri (.i. tribulatione) alid' fieri non debere, q̃ sustinere mirificatorẽ dñm & clamare ad ipm, nõ fugere passiones, nõ q̃rere mendacia, & quæ nobis bona ac recta videntur, quę est species oĩm nocentissima.

Irascimini & nolite peccare, quę dicitis in cordibus vestris, & in cubilib⁹ vestris cõpũgimini. Sela

Hæbreus ita habet, autore Hierony. Irascimini, & nolite peccare, loquimini ĩ cordib⁹ vestris super cubilia vestra, & tacete. Vbi patet ꝓnomẽ (quę) & coniũctionẽ (&) in nr̃is sup̃fluere verbũ etiã cõpungimini, coegit interpretes aliũ sensum sequi, q̃ textus ꝓbeat. Quare hębreũ primo videamus, Propheta cũ filios hominũ versu tercio a vanitate & mendacio retraxisset, hoc est a falsis affectibus, & corruptis opinionibus rerũ, cũ possent obtendere quid tum faciendũ est? q̃ nitendũest? adeo ne omnia deserere debemus? v̾su quarto respondit, vt fideret̃ in dño, in eiusq; misericordiã niterentur. Scientes, qm̃ hæc, deo operante, nõ ad perniciem, sed ad salutẽ (& si mirabiliter) proficiant, quęcũq; ab iniuriosis patiũt̃. Hoc versu, si rursus q̃ru-

lent,& qs saltē pōt nō moueri & irasci? quis saltē non q̄rulari
& accusare iniuriantes? Respōdet suauiter, Irascimini (inqt) sed
ita vt nō peccetis irascēdo, Scio motū irę nō eē in vr̄a ptāte, sed
consentire cauete. Ita Paulus Gal. v. Spiritu ambulate, & carnis
desyderia nō perficietis. Et Ro: vi. Nō ergo regnet pc̄m in vr̄o
mortali corpe vt obediatis concupiscentijs eius. Et Ro: xiij. Et
carnis curā ne feceritis in desyderijs, Quæ oīa huc spectant, qđ
desyderia mala, tā libidinis q̄ irę in nobis sunt, sed agendū ne
regnēt, hoc ē, ne obediamus eis (vt Paul⁹ dixit) Sic Ro: vij. q̄ritur se facere, qđ nō vult, & nō facere qđ vult. Et iterū se mēte
seruire legi dei, & carne legi peccati. Quare hoc? quia vellet malis desyderijs carere, & nō pōt, & pura desyderia solū hr̄e & nō
pōt. Sicut & Gal. v. Spūs cōcupiscit aduersus carnē, & caro cōcupiscit aduersus spm̄. Hęc eīm sibi aduersant̄ vt nō ea q̄ vultis
faciatis. Claret itaq; verbū irascimini (hoc loco) nō p̄ceptionis
aut exhortationis esse ad bonā irā cōtra pc̄m̄, sed permissiōis
seu cōcessiōis malę irę cōtra iniuriā ꝓpter ineuitabilē & inuincibilē carnis infirmitatem. Sic & B. Aug: hoc versu, Irascimini
(inqt) & nolite peccare, idest etiā si surgat motus animi, qui iā
ꝓpter pęnā peccati, nō ē in nr̄a ptāte, saltē ei nō cōsentiat ratio
& mēs, quę intus regenerata ē scđm deū, vt mēte seruiam⁹ legi
dei, si adhuc carne seruimus legi peccati, hæc ille p̄clare & pulchre. Est ergo sensus planus, Irascimini & nolite peccare, hoc ē,
ex q̄ q̄rulamini vos nō posse nō cōmoueri, tristari, irasci, tremere (hęc eīm oīa hębreū verbū sonat) tāto iniurię malo, age,
scit pr̄ vr̄ cęlestis hāc infirmitatē vestrā, mouemini & irascimī,
mō nō eo ꝓcedatis, vt quippiā mali cogitetis, dicatis, faciatis,
pmittatis aduersus animā vr̄am, & sic ī deū vosipos & ꝓximū
peccetis. Hūc sensū eo libēti⁹ amplector, q̄ spūs paulin⁹ (quē
sequi cupio semp) Ephe. iiij. eundē habet, vbi dicit. Irascimī &
nolite peccare, & qđ nō de ira bona (q̄ cōtra pc̄m̄ p̄cipit̄) loquat̄, indicat qđ sequit̄. Sol nō occidat sup iracūdiā vestram,
qđ de ira mala vtiq; dicit. Sed & hic idē locus Pauli mihi occasio fuit hui⁹ p̄s exponendi de iniurijs & q̄relis infirmorum
pia exhortatione cohibendis, & fiducia in deum erigenda. Ad
eundē eīm scopū Paul⁹ hoc versu abutit̄, vt satis cuilibet patet.
Hic vero ꝓmouet caput qtō illa de pr̄is (vt vocāt) motib⁹,
& vbi desinat veniale & vbi īcipiat mortale pc̄m̄. Apl'us sane
solis occasum determīat, qn̄ dicit, Sol nō occidat sup iracūdiā
vestrā, qđ rursus in ambiguū vocāt, an solem hūc visibilem,
quē certa hora occidere videmus, vel solem sp̄ualem Chr̄m,

quē in momento occidere per mortalem cōsensum putāt, intelligi oporteat, Ego, vbi nō cogit necessitas ineuitabilis, mysticas intelligentias in scriptura & fugio & fugiendas suadeo, q̄ sint miręe periculosę, Solem hūc paulinū, mihi nō patior aliū q̄ visibilem significari, & si diuersam illā non damno sentētiā. Ad hæc scio, nullā esse temeritatem periculosiorē, q̄ velle discernere inter veniale & mortale peccatū, p̄sertim in hora commotionis & tentationis. Illud peccatū (inq̄) qd' motib⁹ animi ęstuantis patratur, cū soleat vel libido, vel indignatio, aut q̄uis alia passio, non vna tm̄, verū multis q̄q̄ horis hominē q̄nq̄ occupare, ita vt, an consenserit nec ne, ipse incertus sit. Quin nō raro, diuina dispositione, mera & inuolūtaria passio est boni & synceri animi, adeo abscondita, vt metuat, imo pene credat sese consensisse, quo remedio solet diuina misericordia cōseruare in hūilitate dilectos suos, quos insignib⁹ donis p̄ cæteris ornauit, ne ījs inflati p̄ cęteris superbiāt & pereāt. Proinde mihi Apostoli dogma tutissimū & sapientissimū est, vt saltē vespi quisq̄ ad se redeat, & iracūdiam, si quā cōcepit, dormitū iturus ponat, fratriq̄ concilier, Neq̄ em̄ potest vllū tēpus aptius huic rei definiri, q̄ solis occas⁹ & finis diei, vbi & negotia oīa, & opera finiūtur, & animus iam quietior est, aptusq̄ ad deponendā hanc & omnē malitiam, siue in eam cōsenserit, siue minus, Nam delicta quis intelligit? atq̄ in omi opere metuendū est iudiciū dei strictissimū.

Sequitur. Loquimini in cordib⁹ vestris super cubilia vr̄a & tacete, satis patet idē esse super cubilia, in cubilia, in cubilib⁹, nā in hębreo pene sonat motū ad locū, q̄ tropo Christ⁹ vtitur Mat. vi. Tu cū oraueris intra ī cubiculū tuū & clauso ostio &c̄.

Cogor hic, pessimū, vt dicit, Magistrum, hoc est, meipsum sequi, qd' hebreū hūc textū a nemine viderim expositum, imo q̄tū possum, sequar spiritū, Quia mos est eorū, qui patiūtur iniuriam, erūpere, clamare, & auras quęstib⁹ implere, adeo vt & Aplūs Ephe. iiij. Clamorem inter affectus irę numerarit, dicēs. Om̄is amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a vobis &c̄. Propheta filios hominū cohibiturus ne erūpant, sicut permisit, vt irascerentur primo motu, ne tamē peccarent, ita nūc docet, vt nihil tumultuentur, sed in cordib⁹ loquant̄ in cubilib⁹, eoipso exprimens quid faciant ne peccēt ira cōmoti, nempe vt loquant̄ apd' seipsos & taceant. Quod nō intelligo, nisi ad sensum Isaię p̄phete. xxx. In silentio & spe erit fortitudo vr̄a. Silentiū em̄ hic dicitur, non tm̄, qd' ore ser-

uatur, ſed ipſa omnino patientia & quies, contraria tumultui. Quo modo pſal. xxxvi. dicit. Sile dño, & ora eum. Et pſal. xciiij. Tibi ſilet laus in ſion. Et Iſaie. xli. Taceant ad me inſulę & gentes mutant fortitudinē. Omnino aũt, ſilere tropo iſto ſcripturę ſignificat, id qđ ponere impetũ, mitigare furorem, frenare animũ, qđ & noſtra vernacula dicimus, iracundis compeſcendis, ſtill ſtill, halt ynne. vnde & hebreis, ſepulchrum, duma ab hoc verbo ſilentio vocatur, ꝙ ibi homo deſinat & totus in ſilentiũ eat. Nam & eodē loco Iſaias pmiſerat dicēs, Speraſtis in calumniã & tumultũ, iratis em̄ & offenſis, ferue animus ad calumniã & ad tumultũ, quibus preſumũt vindicare & ſuperare ſed hũc refrenans, dicit. Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis, quia nõ tumultuãdo, ſed ſilendo vincetis, tũc ſequit̃, in ſilentio & ſpe erit fortitudo vr̃a, hoc eſt, ſi ſileatis, quieſcatis, impetum frenaritis, tumultu abſtinueritis, vindictã non queſieritis. ſed meã manũ expectaueritis, mihi vindictã reliqueritis, mihi cauſam tradideritis. Ecce, tum eritis fortes & vincetis, quia ego pro vobis pugnabo, vos ſilebitis. Sic Moſes. Exo. xiiij. Dominus pugnabit p vobis, & vos tacebitis. Quid ē tacebitis? ideſt quieti eritis, nihil ad rem facietis. Sed agetis, quaſi negotiũ nihil ad vos ptineat. Hoc tacere, eſt nihil aliud q̃ quietam patientiã habere, qui tropus frequens eſt in ſacris literis. Vnde & ibidem Iſaias, cum huic monitioni, ſilentij ſeruandi nollent obtemperare, dicit. Et dixiſtis, nequaq̃, ſed ad equos fugiemus & ad veloces aſcendem⁹. Quid em̄ hoc eſt, niſi ꝙ per tumultũ ſeipos defendere voluerũt, non in ſilentio & ſpe ſalui & fortes fieri, ideo ſequit̃ ibidem, ideo fugietis. (fugabimini) & velociores erunt, qui perſequũtur vos. mille homĩes a facie terroris vnius, & a facie terroris quinqꝫ fugietis, donec relinquamini, q̃ſi malus nauis in vertice montis, & quaſi ſignũ ſup collem. His verbis clarere puto, quid ſit tacere & tumultuari. Nempe alterꝫ pati, & quiſcere. alterũ moueri & mouere om̃ia, & vt dicit̃, coelum & terrã miſcere, Hoc tacere, hic verſus docet.

Eſt ergo ſenſus, Loqmini in cordibus veſtris in cubilibus veſtris & tacete, ideſt (quod dicit̃) penſate, deliberate, nolite p̃cipites eſſe, nec ſtatim pferatis, quæ ira cõmota ſuggerit, primũ conſulite vobiſcũ, quia ira viri iuſtitiã dei nõ operat̃. Et vt Gentilis quoqꝫ dixit, Ne quicq̃ꝫ facias aut dicas iratus. Sed & diuus Gregorius ait, Melius eſt iram tacendo fugere, q̃ꝫ reſpondendo ſupare.

Hũc ſenſum Germanice ſolemus diceri. Bedenck dich vñ

halt ynne. Nunc videamus verba. Primũ est, loq̃mini in cordi-bus vestris, hoc est secum bene meditent̃, nec irę obtemperent, quæ p̃ceps est, & verbũ habet in lingua nõ in corde, iuxta illd̃ Eccl'iastici.xxi. In ore fatuorũ cor illorũ, & in corde sapientiũ os illoꝝ, pulchra & ęgregia cõuersio sn̄ię, hoc idẽ & hic versus monet, vt os ad cor vertamus, nõ effundamus statim, quicq̃d tentatio suggerit, hoc em̃ est cor in ore habere, imprudẽter loq̃ qd̃ maxime faciunt irati, os in corde habere prudenter loqui quod faciũt quieti & mites.

Quare possemus eandẽ cõuersionem emulari hoc loco & dicere. Loqui in cordib⁹ & cogitare in oribus (vt sic dixerim) esse cõtraria, illd̃ sapientiũ, hoc stultoꝝ. Vt aũt in cordib⁹ aptius loquant̃, addit, vt hoc ĩ cubilibus suis faciãt, solitudinẽ scz quęrãt, turbã irritatricẽ fugiãt. Sedato em̃ corpe & externis tumultib⁹, animus q̃q; facilius sedat̃, vt secum possit loq̃ & rem ponderare. Atq; vt huic tentatiõi vtilis est fuga & solitudo, sic aliĳs quibusdã tentatiõibus est p̃iculosa. Hęc meo sensu, citra cuiusq; pręiudicium.

Nunc qua rõne cõcinnemus nr̃am translationẽ: Necesse ẽ, vt verbũ aliud sub intelligat̃, vt etiã Aug. docet, q̃ in hũc modum ordinat. Quæ dicitis, in cordib⁹ vestris, subaudi, dicite. quod Augu. alio ducit, ad nr̃m sensũ ita formabit, q̃nquidẽ irati, prompti estis dicere quicq̃d in buccã venerit, q̃ vultis dicere, nõ foris p̃cipitatę, sed in cordibus dicite, hoc est prudẽter dicite, q̃ dicere vultis. Nam hoc tropo & Christus ad Iudã dixit. Quod facis, fac cito, idest q̃d vis facere, seu iam p̄posuisti facere. Ita hic, q̃ dicitis (.i. quę vultis dicere.) in cordibus vr̃is dicite, quę impatiẽtia irę, stulte vultis dicere, curate, vt meditatione cordis prudenter dicatis.

Iam quid illud, Et in cubilibus vr̃is cõpungimini: quæ tacendi & cõpungẽdi cõcordia: Meo iudicio hęc est, q̃ redeũdo ad cor iratus cõpungit̃ sibiq; displicet q̃ cõmotus sit, atq; ita ad silentiũ predictũ p̄ compunctiõis vim p̄xime accedit. Itaq; dum loquit̃ cũ corde suo, videt (p̃sertim in cubili suo, & seorsum positus) q̃ stulta fuerit cõmotio & impatiẽtia irę suę, quã si fuisset secut⁹, turpiter cecidisset, atq; hac sui compunctione mutatus abstinet a tumultu, ad quẽ mot⁹ fuerat & iã tacet, vindictæ flãma nõ parũ sedata. Qui meliora habet, sine inuidia cõmunicet. Hoc ego potui.

Sela in fine v̓sus q̃d significet satis diximus. Insigne em̃ est gr̃ę donũ, hũc posse affectũ p̃stari ab eo, q̃ fuerit iniuria & tẽta-

tione ad iram & impatientiã ꝓuocatus, vt frenata lingua, seorsum se recipiat & taceat. Nã in hũc scopũ tractat, hũc psal. Paulus (vt dixi) Ephe. iiij. vbi ĩ fine dicit, sed estote inuicẽ benigni, misericordes, donãtes iuicẽ, sic & de⁹ in Chr̃o donauit vobis.

Sacrificate sacrificiũ iustitię, & sperate in dño

Mira doctrina, Quid nã est sacrificiũ iustitiæ? Quis offerre deo põt iustitiã quã potius a deo q̃buſcꝫ sacrificijs impetrare oporteat? Breuiter, distinguit sacrificiũ iustitię ab oĩb⁹ sacrificijs pecoꝝ & quarũcunqꝫ reꝝ, Quę hęc duo sacrificia, maxime pugnent. Sacrificiũ iustitię facit peccatores. Sacrificiũ rerũ iustos. In hoc dare deo aliq̃d videmur & iustitiã opari. In illo nõ nisi recipe volum⁹ a deo, & pctm̃ cõfiteri. ita fit vt sacrificiũ rerũ, dũ iustitijs & opib⁹ inflat, impatiẽtes reddat iniurię, tãq̃ cõscios, sibi lõge meliorũ meritoꝝ. vnde & ad vindictã acrius accẽdunt tan ꝓ iustitiã suã tutari. Est ergo sacrifitiũ iustitię, deũ iustificare & laudare, seipm̃ peccatorẽ accusar̃, dignũqꝫ oĩbus his, q̃ patiẽ ꝓnũciare cũ psal. cxviij. dicendo. Iustus es dñe & rectũ iudiciũ tuũ. Quale pulcherrimo exẽplo discribit Dañ. iij. Oĩa q̃ induxisti sup nos, & q̃cunqꝫ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti, & tradidisti nos ĩ manib⁹ inimicoꝝ nr̃oꝝ iniquorũ. Et ĩfra in aĩa cõtrita & spiritu hũilitatis suscipiamur, sicut in holocausto arietũ & thauroꝝ, & sicut in milibus agnoꝝ pinguiũ, sic fiat sacrificiũ nr̃m in cõspectu tuo hodie, vt placeat tibi, qm̃ nõ est cõfusio cõfidẽtibus ĩ te. Idẽ Baruch. i. docet captiuos in Babylone, Et dicetis, inq̃t, dño deo nr̃o iustitia, nobis aũt cõfusio faciei ur̃ę, sicut ẽ dies hęc. Hoc aũt sacrificiũ fiat, oportet, ex t̃ro corde, ore & ope. Corde pctm̃ veracit̃ agnoscendo, ore sine fictione cõfitendo, opere penas pctõre dignas volẽter ferendo. Multi sane dicũt ore, se eẽ pctõres, sed neqꝫ corde neqꝫ ope, qd̃ ꝓbant, dum neqꝫ dici ab alijs neqꝫ haberi pctõres volũt, neqꝫ iniurias pati. Si peccator es, cur penas fugis? Si nõ meritus tibi videris, cur te peccatorẽ dicis? Iustoꝝ est hæc gl'ia ꝓpria, vt sit eis honor & pax Ro. ij. Pctõris aũt ꝓpria sunt, tribulatio & angustia. Igit̃ qui deo iustitiã, sibi pctm̃, vero corde tribuunt, hij sunt qui sacrificãt duo illa sacrificia iustitię, in scripturis cõmendata, Quoꝝ vnũ potest dici matutinũ, de q̃ dicit psal. xlix. Sacrificiũ laudis honorificabit me, & illic iter, q̃ ostendã illi salutare dei, Alterũ vespertinũ. de q̃ psal. l. Sacrificiũ deo sp̃us cõtribulatus cor contritũ & humiliatũ deus nõ despicies. Atqꝫ hoc forte versus hic indicat, qui in hebreo plurali nũero dicit. Sacrificate sacrificia iustitię, vt ambo includat sacrificia.

Est ergo in quacunq; tentatione & iniuria, nõ nobis iustitia arroganda & retinenda, sed prorsus remouenda & deo offerenda, quod q non faciũt, excusationibus sui, accusatiõibus aduersariorum, iustificatiõib9 sui, & omnino iudicijs, detractiõibus, litibus, iurgijs, cõtentionibus ac rixis alijsq; operibus carnis inuoluunt, quę Gal. v. Apl'us recenset, & fit, vt inuicẽ mordendo cõsummentur, non tm̃ in spiritu amissa charitate, sed nõ raro & in corpe cedibus mutuis, & substantia, litigando pfusa. Verũ si his sacrificijs iustitiæ inseruirẽt Christiani, vbi relinquerẽt iura & leges? At ideo docemur hæc sacrificia, ne sit op9 iuribus & legibus. Rex Babylonis inique fecit filios Israel captiuando, Sicut dicũt Dañ. iij. Tradidisti nos regi iniquo, & pessimo vltra omnẽ terrã. Et tamen Zedechias Rex & qui reliqui erant Hierosolymis, resistendo & iustitiã expostulando magis deum offenderũt. Qui vero volenter, posita iustitię iactantia, se tradiderũt, deo optime placuerunt, ita vt hi in media Babylone & inimicorum, seruarent, honorarẽtur, multiplicarent. illi vero in media Hierusalem inter amicos, perirent, cõfunderentur, minorarent. Quia he sacrificia iustitiæ sacrificauerunt, sine pecudibus aut vllis rebus, illi vero sacrificia pecudũ & rerum, sine iustitia obtulerũt, quia iusti esse voluerũt, & peccato non agnouerũt, hi vero peccatũ agnouerũt & deo iustitiã tribuerũt.

Ex qbus intelligimus, Chaos illud & tartarũ forensiũ causarum & Romanarum artium cũ vniuersis libris, stilis, moribus, vsibus, iuribus, iustitijsq; suis, esse rem pegrinã Christiano homini, & ab Eccl'iasticę vitæ sinceritate alienam, solaq; pmissione toleratã pro infirmorum salute, ne deteriora facerent vindictę pprię studio, aut impatientię mole victi. In quam tamen hodie sic incumbit Romę & Episcopalibus curijs, vt non modo iustitiã ibi regnare arbitrent, sed etiam p augẽda iustitia eiusmodi, etiã lites litibus emãt, omniũ iurgia & rixas ex omibus mundi angulis ad se aduocẽt, vt nulla fuerit vnq; cuiusuis pphani aut gentilis Imperatoris curia, tot confusa negocijs, ijsq; pphanissimis, simul tñ (qd' mireris) nõ nisi de sacris ac diuinis turpissime, emptis, redemptis, venditis, reuenditis, raptis, voratis, pditis, rebus. Fontẽ iustitię appellant iuristę Ro. Curiã hodiernam, cũ rectius cataclysmũ iniqtatis appellare eam cõueniat, quod inde inundat vastitas & obliuio, horũ sacrificiorũ iustitiæ, & scientię Christi, indicibili vi & impetu in totũ orbem terrarũ. Breuiter, Regnũ inferorum propius simulat hodie Roma q̃ regnum cœlorum.

Sed esto

4. Psal:

Sed esto. Iustitiã obtulerimus, peccatores nos esse cõfessi, peccatorũq; merita amplexi, Quid inde? num pereundũ nobis est, & in peccatis moriendũ? Nõne deus odit peccatores? in qđ periculum nos trahis hac tua doctrina? Respondet. Bono estote animo, solũ sperate in dño. Sic em̃ socij Danielis Dan. iij fecerũt, cũ dixissent, peccauimus & inique egimus, mox tñ in spem erecti dicũt. qm̃ nõ est confusio confidentib⁹ in te, Hoc est qđ supra ex Isaia satis dixi. In silentio & spe erit fortitudo vestra, vt nosipos nõ vindicemus tanq̃ iusti, sed sine tumultu & in silentio patientes, pc̃m̃ nostrum cõfiteamur, cõmendata causa deo, & expectata eius miseratione cũ fiducia. veniens em̃ veniet, & iudiciũ faciet iniuriã patientib⁹, & vindictã pauperũ. Ita deus erit fortitudo nr̃a in infirmitate nr̃a, nisi em̃ ablata fuerit fiducia iustitię nostrę, & dignos nos tanq̃ peccatores, omnibus malis cõfiteamur, spes & salus locũ habere non potest, q; deus humiles solũ respiciat.

Multi dicunt quis ostendit nobis bona? signatũ est super nos lumen vultus tui dñe.

Hic versus apud nos discerptus est, priore sua parte ad precedentẽ, posteriore ad sequentem versum copulata. Hebreus Hierony. translatione sic habet. Multi dicũt quis ostendit nobis bonũ? leua super nos lumen vultus tui dñe, Mihi vero sic vertendus videt̃ atq; distinguendus, Multi dicũt, quis ostendit nobis bonũ signũ sup nos? lumen vultus tui dñe.

Vertit aũt sermonẽ ad deũ, querulans, sed mira verecũdia & modestia de incredulis & impersuasibilib⁹, (quales p̃cipue erant Iudei populus durę ceruicis) q; nolint credere bene monentib⁹, nisi (vt Christus ait) prodigia & signa viderint. Ita & Ap̃lus i Cor. i. dicit. Iudęi signũ quęrũt, gręci sapientiam, ita fit vt in verbo crucis & doctrina fidei semper scandalisentur, hoc est qđ hic dicit, cũ monuisset vt oblata iustitia in deũ sperarẽt, & ab ipso expectarent bonũ, ostendit eos sibi incredulos & ad spem nõ idoneos, petentes signũ bonũ, quo videlicet certi fierent, de bono futuro, quod sperare iussi sunt. Quis (inquiũt) ostendit nobis bonũ signũ super nos? quis nos certos facit, vẽtura super nos esse bona? quo indicio id capiemus? ac si dicerent, om̃ia longe cõtraria parent, & pessimarũ rerũ indicia sup

nos vndiq; circũstant. Hoc genus hominũ late patet, qui hac diffidentia tentant dñm, sicut filij Israel in deserto.

Videas hinc manare pelagus superstitionũ & stultissimorũ votorũ, etiã apud Christianos, dũ vel aura non satis arridet, vel fruges periclitant̃, vel etiã crus dolet, aut quouis damno tpali quisq; vel afficit̃, vel affici timet. In his omib⁹ q̃ anxij sum⁹, signo bono cognoscere, nõ esse hęc ventura, vel amouenda, si venerint, currit̃ hic ad magos, ad diuĩos, ad dęmones q̃q;, sed & infinita sunt cõsilia, quib⁹ id vnice curam⁹, ne qñ ĩ deũ speremus, aut ne sine signo bono & certo speremus. Sperat auarus ĩ deũ, sed donec turget marsupiũ & onustũ frumẽto crepat laquear. Sperat robust⁹ virib⁹, donec san⁹ ẽ. sperat potẽs & gloriosus, donec opinio sui & tyrãnis valet. Hijs signis certi sibi vident̃ se deũ hr̃e ppitiũ, qd si hęc vel aliq̃d eorũ ruat, sit̃ & spes ruit, nisi aliud vel maius signũ suffultias. Ita & ĩ spũalib⁹ reb⁹ agit̃, in remissiõib⁹ pcti & quiete cõsciẽtię, vbi nõ pauci, neq; fide neq; spe parant sibi securitatẽ, sed opm fiducia, aut alienis suffragijs. Et oĩno ĩ omĩ tẽtatiõe, hij signũ bonũ q̃rũt, spei suæ fulcrũ, sine q̃ nõ sperãt, ac p hoc nec ĩ deũ sperãt, quia nõ pure sperãt. Spes em̃ q̃ videt̃ non est spes.

Hos cũ suis noĩb⁹ tentatores dei incredulos diffidẽtię filios, infideles, rebelles, durę ceruicis posset appellare, tacitis his, op⁹ eorum simplicissimis & modestissimis verbis tm̃ recitat. Multi dicũt (inq̃t) quis ostẽdit &c. Iudiciũ opis deo relinquẽs & qb⁹ oportet, quia pio affectu eorũ potius miseret̃, casumq; eorũ dolet, q̃ vt eos atrociter accuset.

Dãnat igit̃ eorũ errorem, non esse scz hoc signũ bonũ sup nos, qd illi q̃rũt, Nõ em̃ deus ppitius ẽ ijs quib⁹ hæc largitur bona, imo quia pessimũ & fallacissimũ signũ idest, meli⁹ & fidelius signũ affert, Nẽpe, Lumen vultus tui dñe. q. d. Nullum nosse signũ est optimũ signũ, sed sola fide & spe niti. Fides em̃ ostẽdit nobis bona, & est bonũ signũ sup nos. Qui em̃ credit in illũ, nõ cõfundet̃. sicut ex Dan: iij. dictũ ẽ. Nõ ẽ confusio cõfidentib⁹ in te. Certi sunt de oĩbus bonis, qui firmiter credunt deo sine signo, sine qua fide, nulla opa, nulla signa, nulla miracula, certũ faciunt.

Optime aũt vocatur fides, lumen vultus dei, q, sit illuminatio mentis nostrę diuinitus inspirata, & radius quidã diuinitatis in cor credentis infusus, q̃ dirigit̃ & seruat̃, quicũq; seruat̃. Qualiter ps xxxi. describit̃. Intellectũ tibi dabo, & instruã te ĩ via hac qua ambulabis, firmabo sup te oculos meos.

Et ps. xliij. Nō em̄ ī gladio suo possederūt terrā, & brachiū eo᷎ non saluauit eos, sed dextera tua, & brachiū tuū, & illuminatio vultus tui. Itē ps lxxxviij. Dñe in lumine vult⁹ tui ambulabūt Hinc audet ps xxvi. Dñs illumiatio mea & salus mea. Hoc figuratū ē in colūna ignis & nube, quib⁹ filij Israel regebant & ducebant per desertū, sic em̄ sola fide ducimur p vias ignotas, ac desertas oim̄ hominū auxilio, hoc ē, passiões & tribulatiões, Atq; vt illic colūna p̄sens ante faciē eo᷎ ibat, ita hic fides praesentē deū habet, vt velut a vultu p̄sentis dei, illūinatio cordis p̄cedat, ita vt rectissime & p̄prijssime, lumen vultus dei .i. agnitio & fiducia p̄sentis dei sit, Qui em̄ p̄sentē sibi deū non nouit aut nō sentit, nōdū credit, nōdū habet lumē vultus dei.

Nihil ergo refert, siue lumen vultus dei intelligatī actiue, q̄ nos ipe presentia sua illuminat fidē accēdens, siue passiue ipm lumē fidei, q̄ nos cū fiducia vultū & p̄sentiā ei⁹ sentimus & credimus. (Nā facies seu vultus ī sacris literis p̄sentiā significat, vt notū est) Idē em̄ est, & vtrūq; simul ē, deus illuminās & cor illuminatū, deus visus a nobis & deus presens.

Hoc est vocabulū Israel, quo vbi Iacob dñm viderat faciē ad faciē, appellatus est, Nā facie sua faciem dei vidit, hoc ē fide presens deo factus, tanq̄ in faciem eius positus, rursus deū presentem ac iuuare paratū tanq; in faciem suā positū cernebat. Ideo Israel directus dei dicit̄, hoc est, qui regit̄ seu recto itinere a solo deo ducit̄. Hoc enim fit p fidem, quare Israel idē est qđ fidelis seu credulus, nisi q; vim & modū fidei, mira p̄prietate exprimit.

Beatus ergo (vt alio psalmo quodā dicit,) quē tu erudieris domine, & de lege tua docueris eū. Nam apud Hiere. minatur Iudeis sese ostensurū dorsum & non faciem, relicturus scz eos in incredulitate & ignorātia dei. Videmus q̄d sit signū bonū super nos, seu quis ostendat nobis bonū, Fides in q̄, hec quia est lumen q̄d p̄sentem & vultū ipm dei ostendit, e me bonum nimirū ostendit, qđ deus est, dum ipm ante nos statuit & fiduciā in ipm format, Itaq; nō est hominis erudire hoiem.

Iam facile erit concinnare alias interp̄tationes.

Cōmunis, proxima est huic sensui, Signatū est super nos lumen vultus tui domine. dum illi querūt, quis ostendat eis bona, volentes ea p̄senter videre potius q̄ credere. Hic non optat ostendi, sed gloriat̄ lumen vultus dei (.i. notitiam & fiduciam p̄sentis dei vt dictū est,) signatū & impressum esse sup ipos & satis patet intelligentia ex dictis.

Hierony. Multi dicũt quis ostendit nobis bonũ, leua super nos lumẽ vultus tui dñe. Idem per modũ petitiõis dicit. Leuat vero lumen super nos, dũ nos lumine eo leuat. Est etiam fides lux supra omnẽ captũ nostrũ, quare hoc leuare est aliud nihil, q̃ lumen fidei, qđ seipo altissimũ est, super nos effundere, quo ipi eleuemur, vnde & signatũ dici põt, quia clausum & incõprehensibile nobis, cõprehendens aũt nos & in obsequiũ sui captiuans.

Quo fit, vt hic versus nequeat intelligi de naturali ratione synderesi, sicut multorũ habet opinio dicentiũ, principia pria in moralib⁹ esse per se nota, sicut i speculabilib⁹, falsa sunt hęc. Fides est primũ principiũ oim bonorꝝ opm, atq; hęc adeo incognita, vt om̃is ratio summe eã exhorreat. Ratio in summis suis viribus constituta dicit, Quis ostendit nobis bona, Multi eñ sic dicũt (.i. oẽs qui ratione ducũtur).

Dedisti lętitiam in corde meo, a fructu frumenti vini & olei sui multiplicati sunt.

Et huius versus prior pars apud nos raptus est ad pcedẽtẽ quę cũ sequente in hębreo vnũ versum absoluit, quẽ.d. Hiero. sic reddit. Dedisti lętitiã in corde meo, a tpe frumentũ eorũ, & vinũ eorũ multiplicata sunt.

Mihi hic versus incredulorũ & credulorꝝ iudiciũ facere videtur, q illis sit deus venter, his, deus verus. Fides eñ i deũ, seu lumen vultus dei lętificat cor, & intima hominis stabili & vera lętitia imbuit, dũ pacẽ remissis peccatis, & securã fiduciã i deũ facit, etiã in medijs passionib⁹, neq; eñ est vllũ gaudium, vlla pax, nisi conscientia pura. Ita & Gal. v. Fructũ spiritus gaudiũ signat Apl'us, & supra dixit. In tribulatione dilatasti mihi. Atq; ita fit, vt sicut abũdãt passiones Christi in nobis, sic abũdat & cõsolatio Christi in nobis, ꝓpter fidem qua in eũ fidit, vt ij. Cor. i. Benedictus deus & pr̃ dñi nostri Ihesu Chr̃i, pater misericordiarũ & deus totius consolationis, qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra. Quis eñ non gaudeat, insultans etiã vniuersis malis mũdi & inferni, cũ Apl'o Ro: viij. dicens. Si de⁹ ꝓ nobis, quis cõtra nos, si credat deũ esse secũ, & pro se? At quãdo credet firmiter deũ esse pro se, nisi tentationib⁹ varijs probatus, fide exercitata didicerit deũ esse pro se? Non ergo põt fieri, quin gaudeat in toto corde, qui lumen vultus dei ha-

bet, hic eni quia iustus est, pacem habet, quia pacē habet, gaudet, quia gaudet, neminē timet & omnibus insultat, etiā morti & inferno, cert⁹ de p̄sentia dei sui. Ideo recte sequit̄ post lumē vultus tui dn̄e, Dedisti lętitiā in corde meo. Sicut & p̄s. lxvij. Exultent iusti in cōspectu dei, & delectentur in lętitia.

De alijs incredulis quid? Nūquid cordis lętitiā vnq̄ habēt? Non, quia nō est pax impijs, nec est gaudiū impijs, dicit Isaias. q̄a iuxta Paulū sicut fuistis socij passionū, ita & cōsolatiōis eritis, hij vero passionū socij non fuerūt, ideo neq̄ consolationis erūt. Et puer. xiiij. Cor qđ nouit amaritudinem animę suæ, in gaudio eius non miscebit extraneus. Quid ergo habent? hoc qđ voluerūt, dimisi eos scđm desideria sua (inquit) p̄s lxxx. sicut & p̄s. lxxvij. Tentationi eorū satisfecisse legitur, cū peterēt escas animab⁹ suis, pluēs super eos sicut puluerem carnes, vbi sequitur. Adhuc escę erant in ore ipsorū, & ira dei ascendit sup eos. Qđ & Ap̄l'us repetit Ephe. v. appellans filios diffidentię, super quos ira dei ascendit.

His pro lętitia cordis, dat olentia gaudia vētris, quia q̄rūt, quis ostendat eis bona, tm̄ presentia & sensualia sapiētes, lumē vultus dei non habentes, Ideo hic dicit. Frumentū eorū & vinū eorū multiplicata, sicut voluerūt, mitibus quidē verbis eorum miseriam describens, & quāta sit, ex sua lętitia, suisq̄ bōis contrarijs iudicandam relinquens. Quæ bona eni habet, qui deū non habet? quale gaudiū est, vbi cor in deo non gaudet? Quæ delectatio, vbi conscientia perturbata semper contrariū sibi deum sentit?

Emphatica ergo tapinosis est hæc oratio, & epitatica cōparatio. Iustis est lętitia cordis in deo, incredulis q̄d est? Abūdancia inquit temporaliū, atq̄ aliud nihil, O miseram possessionem O vilem hereditatē, & plane dignā incredulis. Quid eni porcis debeat aliud q̄ fallaces & inanes siliquę, excremēta scz & quisq̄ lię verorū bonorū? Habent bona, quæ sibi ostendi voluerūt, habent bona, q̄bus, vt lumen vultus dei signarent, carere noluerūt, Data sunt illis mūera, sicut filijs cōcubinarū Abrahæ, & sepati sunt ab herede Isaac, cui tota hęreditas relicta est, sicut discreti sunt in merito, ita & in fructu ac premio, voluerunt ostensilia bona increduli, iam habēt. voluerūt inuisibilia creduli, iam in lętitia cordis ea habent. Ita q̄les in versu p̄cedēte ostendit operarios, tales in hoc ostendit, fructus consecutos vtrinq̄ diuersissimos, imo cōtrarios. Vides q̄ insigni cōtemptu, pompā & res hui⁹ mundi breui verbo vituparit dn̄ incre

dulis ea data narrat, cõparatione suorũ bonorũ inestimabiliũ.

Iam concordia facilis est. Non enĩ differt dicere, Multiplicati sunt frumẽto & vino suo (.i. ditati, aucti, incrassati, dilatati, temporalibus ac terrenis bonis) & frumentũ eorum & vinum eorũ multiplicata sunt, vt quis Grãmaticus intelligit. Est enim breuis descriptio fœlicitatis eorũ, quam latius Iob. xxi. & psal. cxliiij. descripsit

Loqui aũt ꝓphetam hoc loco, non de sacramento Eucharistiæ vt multi putant. Augustinus ex eo ꝓbat, ꝙ signãter addit, eorum frumentũ, eorum vinũ, non absolute. frumentum & vinũ, cum manifestũ sit, hoc ꝓnoĩe, eorũ, loqui de multis illis q dicũt, quis ostendit nobis bona. hos enĩ impios & incredulos refert, qbus cũ Eucharistia nihil, cum sint porci & canes nescientes saturitatẽ, vt Isaias dicit. Deinde absurdũ est, si subito rumpat sñiam & aliena misceat, solo relatiuo noĩe, quorũ nihil prius meminisset. Ad hęc, qđ in hębreo & Aug. A tpe dicitur, vbi nos a fructu dicimus, vbi quantum occasionis tribuit nostris, a fructu, vt de Eucharistia intelligerẽt, tantũ in hębreo dat indiciũ, se loqui de frumento eorũ, qđ ex tẽpore habent, idest de tpali. A tempore, inqt habent, qđ habẽt, ea quæ tempus dare sueuit corpalibꝰ, necessitatibus, & voluptatibus. quod & ipm mihi per Tapinosin dictũ videt̃, scz ꝙ & ab ęternitate vultus dei nihil, Sed a tempore tm̃ habent sua bona.

Ad nostrũ autẽ sensum, illud, a fructu, potest ita itelligi, a copia & abundãtia frumenti & vini sui, ditati sunt q. d. prospere & multo fructu proueniũt eis tpalia sua. Quod iterũ obstat quo minus de Eucharistia apte intelligi possit, cũ non a fructu Eucharistię multiplicent̃ fideles Christi, sed ipi multiplicati sint fructus & effectus Eucharistię, vt hoc sensu potiꝰ dicere debuerit, a frumẽto & vino eorũ multiplicati sunt fructus.

Sed & hoc obliquę accusationis nota est, qđ frumentũ eorum, vinũ eorum dicit, vitiũ scz cupiditatis infideliũ mordẽs q. d. eorũ sunt hæc propria, hæc enim quęrũt, hæc amant, his solis bonis frui nouerũt.

Iam illud leuioris momẽti est, qđ olei sui, in hæbreo non est, nihil enĩ refert, si addat̃ siue minus, Certũ est tropo isto scripturę significari tpaliũ abundantiã, Geñ. xxvij. Frumẽto & vino & oleo stabiliui eũ, & post hæc, quid tibi faciã fili mi? ꝙꝙ suspicer ordinante spiritu, dedita opera fuisse ab interpte adiectum, vt moneret̃ lecturus, ne itelligeret, nisi tpalia, tum oleũ ad Eucharistiam, nullam habeat etiam coniecturã.

Per hæc tamen nihi detraxisse volo eorum sensui, qui hęc de Sacramento intellexerūt. Abundandum est vnicuique in sensu suo, salua fide & pace. Nec hoc agimus, vt aliorum labores confutemus, sed vt quantum possumus, propius ad germanā intelligentiam accedamus non est reprobatum bonū, vbi melius & optimū laudatur pre bono.

In pace in idipsum dormiā & requiescam, quoniā tu domine singulariter in spe, constituisti me.

Hij duo versus, sunt in heb. vnus. Hierony. ita reddit, In pace simul requiescā & dormiam, quia tu domine specialiter securum habitare fecisti me.

Ista duo verba dormiā & requiescam, abūde dicta sunt psalmo pcedēte, quod his significet, mors naturalis & sepultura, quamquam scio B. Aug. alia tropologisantē de obliuiōe rerum temporaliū, quamuis & ipse fateat id in hac vita non teneri.

Dictio, in idipsum, idem quod aduerbiū, simul, significat, & concordiā sonat, vt psal. cxxxij. Ecce quam bonū & quam iocundum habitare fratres in vnū. i. simul seu in idipsum. Et psal. cxxi. Cuius participatio eius in idipsum, idest simul.

Est ergo sensus, Lumine vultus tui firmatus & certus, quod mecum & pro me es, plenus sum gaudio, idest in pace moriar & libenter hanc vitā desero, quia vt psal. xxij. Si ambulē in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecū es.

Itaque meo iudicio, simul dormiā, & simul requiescā, id dicitu, quod cōdormire & correquescere nobis dicit, videlicet, quod cū patribus suis simul dormiturū sese pronūciat. Quo modo in lib. Regum, frequenter dicit, dormiuit cū patribus suis, & in libris Mosi. Congregor ad populum meū, & appositus est ad populum suū. Et ad Mosen. Et ibis ad populum tuū. & Aaron vadat ad populum suū, & his similia.

Hoc ergo pstat fides, varijs passionibus exercitata, vt mors pro somno pacis acceptet, incredulis dira & dura vexatio. Nā quid aliud putas hac suæ mortis magnifica iactātia & cōmendatione velit, quam vt non modo exemplū pbeat, quam ad quietā & suauē mortē pueniat. (nempe via Crucis & passionū) verū etiā vt silentio a Cōtrario descriptā relinquat, vniuscuiusque iudicio ęstimādā mortē incredulorum pessimā, pauore, horrore, turbatiōe cōfusissima. In qua nō est quiescere & dormire, sed iuxta psal. virū iniustū

mala capient in interitu. Et iterũ mors peccatorũ pessima, quia viri sanguinũ & dolosi non dimidiabũt dies suos. Cũ dixerint pax & securitas, repentinus eis supuenit interitꝰ. Modestissime ergo & occulte eos terret mala morte eorũ, dum suam optimam cõmendat. quia magis cupit eos exemplo suo mouere suauiter quã terrore vrgere, ad Crucis & fi dei vitam, dum fructũ eius vitæ, mortem tam gloriosam ob oculos ponit.

Qm tu domine singulariter in spe cõstituisti me. Hæc sñia sumpta est ex Deutro. xxxiij. & frequenter iterata ꝑ scripturas, quare ad fontẽ eius accedamus. Dicit Moses, Israel habitabit cõfitenter & solus. Ibidem, Amantissimus dñi habitabit cõfidenter. Et Hiere. xxxij. Et habitare faciã eos confidenter, perspicuũ itaq fit, quod Moses dixit, confidenter & solus, hoc Dauid, singulariter in spe, dixit. cum sint eadẽ vtrobiq verba, eadem q sñia. vnde cũ interpres Deutro. xxxiij, interposuerit coniũctionẽ (Et) q̃ non est in textu, etiã in hoc versu ponenda erat, vt, singulariter & in spe. nam & frequẽs est in Biblia, coniũctionem omitti, quã tñ trãsferẽdo poni oportet, vt Iohelis. ij. sol luna steterũt, pro sol & luna, ita & hic, cõfidenter & solitarie, vel cõfidenter & solus, vel singulariter & in spe. Ac si Dauid dicat, vere hoc mihi pstitisti, singulariter & cõfidenter me habitare faciendo, quod in Mose ꝓmisisti dicẽdo, Israel habitabit cõfidenter & solus. Atq ita generali & autentica sñia Mosi psalmum suũ concludit, simul optime contra carnalem Iudęorũ sensum exponens, qd Moses eo verbo ꝓprie intelligi voluerit, & ad rem suã adaptans. Nam cũ Moses dicat, Israelem habitare cõfidenter & solũ, atq Israel in hoc psal. pulchre sit descriptus, qꝛ exẽplo Iacob, facie ad faciem deũ viderit & lumen vultus eiꝰ habuerit (hoc est, in deũ crediderit) recte ad se ꝓmissionem & plenitudinẽ Israeli datã pertinere dicit, sese confidenter & singulariter habitare factũ. Sed & Iacob eandẽ de se fiduciã pronunciauit dicens, Et salua facta est anĩa mea. Quid ẽm hoc aliud erat, q̃ qꝛ singulariter & cõfidenter habitaret, securus de sua salute? Salua ẽm facta erat anĩa eius, sed in spe & securitate. Hęc itaq securitas & certissima spes salutis, est ipsa confidens & solitaria habitatio spũalis scz in deo ipo, ipsaq salus anĩæ.

Ideo ꝓpheta mortẽ nõ timet, sed in pace dormiturũ se cũ patribus suis dicit, qa factus est securus & certus de salute. Atq ita videmus, vestigiũ lectionis Mosaicę, qua Dauid sese exercitauit eruẽs spiritualẽ eiꝰ sñiam, ꝓmotꝰ ĩ hãc varijs tẽtatiõibꝰ.

Sed qd est, solũ seu singulariter habitare, seu cõstitui ? nam in spe

in spe, seu confidenter habitare per se notum esse videtur. Meę temeritati videtur esse idem quod libere & secure habitare, vt solitudo sit libertas, quomō ps.lxxxvij. Factus sum sicut hō sine adiutorio inter mortuos liber, i. solus & securus. Et magis ad rē, Iudicū, xviij. Viderūt populū habitantē absq; vllo timore securū & quietū, nullo eis resistente, magnarūq; opū & procul a Sidone, atq; a cūctis hominibus sepatum. Hic solitudo eorū patet esse securitas, vt qui fuga hominū in hoc se seperarint, q̄ secure haberent, quomodo habere non possent, si inter homines mixti fuissent, vnde & nunc qui secure & quiete degere volūt, sepatim & solitariū locū quęrūt, a quo ꝓposito venit Monachorū (.i. solitariorū) institutū, ꝓpter securitatem, pericula mūdi & hoīm, fugientiū in solitudines.

Quare idem est singulariter, quod secure, nisi q; singulariter naturā securitatis exprimit, scz remotionē periculorū, Verū nisi hęc simul in spiritu fiant, Monachos hypocritas facient, vt qui externa pericula tm̄ vitent. Magis hic de spūali securitate loquitur, q̄ tanta est, vt in medijs etiā mundi periculis, in morte, in inferno secura sit, & non magis metuat, q̄ si sola esset, atq; eo magis est sola, quo pluribus inuoluitur periculis. Hęc est gratia fidei, & virtus bonę in deū conscientię. Et vide an nō & Hiero. hanc securitatem hoc versu senserit, qn̄ dicit. Q̄m tu dn̄e specialiter securum habitare fecisti me, Sūma Summarū, Singulariter in spe habitare, est securū & confidentē esse de salute sua in misericordia dei, Qua fit vt mortem velut gratissimū somnū expectet. Hęc (vt dixi) fides pręstat passionibus exercitata, quę fructū hūc pacatissimū (vt Paulus heb. dicit) affert. Contraria vero impijs contingent om̄ia.

Quapꝓpter sunt vehementer detestandi & damnādi quidā Theologię (vt vocant) doctores, qui nos docēt dubios & incertos esse debere an simus ī gratia dei, ac per hoc an sit deus, nr̄ & nos populus eius, & inuenerūt nobis distinctiones suas, q; sacramenta, quo ad autoritatē & virtutē dei operantis in illis certū effectū gratię operantur, sed quo ad suscipientē incertum operantur, & hanc dubitationē asserūt esse piam, o pestilentes, Si em̄ hoc verū ē, & quilibet Christianꝰ ita debet pie dubitare, iam perijt articulus ille fidei certissimus. Credo Ecclesiā sanctā sanctorū cōmunionē, quia de me non debeo asserere q; sum sanctus, nec tu de te, nec vllus de se, ergo omnes sumus incerti, Atq; ita oēs incerti sumus, an deū habeamus, ac perijt tota Ecclesia, sed facessant stultissimę & impijssimę iste hæreses, vnusq;

O

quiſq; id curare debet, vt nullo modo dubitet ſe habere deū, hoc eſt, patrē, creatorem, ſaluatorē, & oīm bonoꝝ largitorē, vt poſſit ſingulariter & in ſpe habitare, & nō ſicut mare incōſtātiſſimū feruere (qđ de impijs Iſaias dixit). Si enim de ſanctis id credis ꝙ ſint ſecuri & fidentes, cur non etiā de teipo idē credis, qui ſanctorū ſimilis eſſe cupis, qui idem baptiſma, eandē fidē, eundē Chriſtū & oīa eadē accepiſti? imo impijſſime credis aliud de te, & aliud de ſctīs, qui doces oportere oēs dubitare ſicut tu dubitas, Aut ergo male doces, piā dubitationē, aut impie credis eſſe certū, qđ dubitare iuſſiſti, qa fides in dubiā rem nō nititur, Neq; ego crediđiſſem has īpias fabulas & peſtilētiſſimas opiniōes in Eccl'ia Chriſti, vl' occulte ſerpere, niſi & legiſſem & audiſſem magnos theologos, eas ꝓ articulis fidei certiſſimis ſtatuere & tueri, cōtrariāq; catholicā ſnīam, ꝓ heretica dānar̄, Tāta ē cęcitas optimatū Eccl'ię, tātus furor dn̄i. Sed hęc alias, & cū (alijs.

PSALMVS QVINTVS.

Ad victoriam pro hereditatibus pſalmus Dauid.

Quid ad victoriā ſignificet ps p̄cedēte, ſemel ꝓ oībus dictū ē.

De hereditatibus multa lego, ſed nihil qđ meę hebetudini ſatiſfaceret, Nā qđ Lyra & ſui hoc loco ſapiūt, ego non ſapio nec capio. Mihi qđ videt̄, dicā, Certū ē hoc pſalmo nō agi de paſſionib⁹ & tribulationibus, nec eīm perſona pſallentis vllo verbo in hoc ſonat, ſed vniuerſa q̄rela eſt ſuper iniquis & iniuſtis & malis, Quare ſcopus ē meo iudicio talis, ꝙ propheta orat contra hypocritas, operarios ſubdolos, falſos ꝓphetas, q populū dei, & hereditatē Chriſti humanis & ſuis traditionibus ſeducunt, quales Chriſtus Matt. vij. & Ioh. x. Lupos rapaces. Ap'l'us Tit. i. Vaniloq̄s & mētiū deceptores vocāt, & vt ad nr̄a ſecula veniamus, ſicut pſalmo p̄cedente iuris, ita in hoc Theologię impiā profeſſionē & abuſum perſequitur. Cū vero oīm ſit nocentiſſima perſecutio, quę ſub ſpecie veritatis & pietatis graſſatur (vt q̄ nomē dei ſemper p̄texit) & hereditates dei maxime oīm vaſtat, ideo vehemētiſſimis ęſtuat affectibus, tot repetitis verbis orat, tot noīb⁹ impios accuſat, totuſq; ardet zelo, vt de ſeipo poſſit dicere illud ps lxviij. Zelus domus tuæ comedit me, Nā nec in vllam rem Chriſtus q̄q; Petrus & Paulus eque ardent & ſolliciti ſunt, atq; in hos phrenapatas & oparios mercedū. in quos & ꝓphetę toti inſurgūt. Igitur falſos ꝓphetas, hypocritas, hereticos, ſuperſtitioſos & oīe illud hominū genus, qđ verbo dei adulterato, & falſa opm ſpecie, populū

dei deuorat, hoc ps taxari videbimus. Recte ergo titulus pro hereditatibus, seu ad hæreditates dicit, quod cupiat populum dei, domino suo seruare. Populus enim dei est hereditas domini, vt ps. xxxiii. Beata gens, cuius dominus deus eius, populus quem elegit in hereditatem sibi. Et ps. xlvi. Elegit nobis hereditatem suam, speciem Iacob, quam dilexit, quod & ps. ii. dictum est. Dabo tibi gentes in hereditatem, & multis alijs locis.

Dicit vero plurali numero hereditates, cum sit vna hereditas Christi, quod necesse sit eam distribui in diuersa loca propter multitudinem, quam nequit vnus docere ac regere, Proinde vt multi sunt pastores & dispensatores vnius hereditatis dei, ita & multe hereditates illis concreditę. Quo fit, vt & multi in diuersis oriantur deceptores & dissipatores eiusdem, Sed & hoc indicat magnum affectum prophetę, quod populum dei vocabulo magis hereditatis, quam Ecclesię, populi, aut synagogę appellat, vt magis & inuidiam dissipatoribus, & gratiam sibi pastoribusque similibus comparet. Cum vnicuique maxime dilecta sit hereditas naturali zelo, quanto magis deo, qui Exo. xix. dicit. Et eritis mihi in peculium, vnde & infra dicit. Quoniam irritauerunt te domine. Simul eo ipso scopum totius psalmi subindicat pulchra metaphora, nam hereditates oportet excolere, exercere & operari, vt fructificent, & meliores reddantur. Quibus ob hoc multę sunt insidię, deinde hostes & vastatores. Ita populus dei indiget operarijs, doctoribus & rectoribus, quorum industria deo colitur, & exercetur per verbum dei. Rursus malis magistris perditur & vastatur, ideo pro hereditatibus, & de earundem cultoribus hic canitur.

Illud addendum, quod non tantum de Ecclesia Christi psal. intelligendus est sed de omni, omnium seculorum populo dei, qui semper habuit suos seductores & persecutores. Ita vt iuxta titulum sit generalis sententia psalmi pro hereditatibus. Nihil etiam repugnarim, imo maxime accesserim, Si hereditates quispiam intelligat duas & contrarias hominum genera omnes quarum altera suis viribus, altera gratiæ dei nititur, quamquam in idem omnia cadunt.

V erba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum, Intende voci orationis meę rex meus & deus meus, quoniam ad te orabo.

Sic hebreus, hos duos versus distinguit. Vltimam autem secundi versus particulam, noster textus ad sequentem versum nectit, d. Quoniam ad te orabo domine &c. parum quoque differt Hiero. translatio, nisi quod pro clamorem meum, rugitum meum, quod Lyra cogitationem meam. Et pro voci orationis meę, voci clamoris mei, dicit.

93

Et hic meo sensu primus cogor periclitari, dixi enim hunc psalmũ maxime pugnare aduersus Iusticiarios & Theologos impios, quorũ officiũ oĩm vnũ, superbiam cordis alere, sicut & B. Virgo eos describit, dispersit superbos mente cordis sui. Om̃es em̃ impietatis doctrinę, de superbię radice veniũt, ita vt & heresim matrem appellet. S. Augustinus in multis locis superbiã, siquidem sola humilitas recte docet, vt Prouer. xi. vbi fuerit superbia, ibi erit & cõtumelia. Vbi aũt humilitas, ibi & sapientia. Impossibile est em̃ vt supbus nõ sit cõtumeliosus, oẽs vituperet & iudicet, vt in phariseo Euãgelico cõtra publicanũ humilẽ peccatorẽ, & Simone leproso contra mulierem peccatricẽ monstratũ est. Quare ꝓpheta in sui tpis hypocritas intentus, q iustitia operũ miro modo inflati, magna iuxta peccata inuidię, superbię, auaritię, & similia, nihil ducebãt, nec gratiam dei sibi necessariã credebant, secure in via sua ambulãtes, sine timore dei, sicut semp faciũt, fecerũt, facient om̃es, qui sũt huiusmodi. Incipit psalmũ ab oratione hũiliter dei gratiam querẽs, ipso facto primũ corꝶ arguens superbiã. Ac si dicat, impij isti, saturi sunt, sancti sunt, iusti sunt, sani sunt, medico non egent, nec gratiã tuam, qua iusti fiant, quęrũt. Ego aũt pauperculus plenus om̃i peccato, q de me meisq́ operib⁹ & viribus despero, nihil habeo, q̃d agam, nisi ꝙ orem & implorẽ misericordiam tuam.

Vnde hic signanda est, pulcherrima differẽtia legis & fidei seu spiritus & literę, quã B. Aug. de spe: & lit: tradit dicens, lex factorꝶ dicit homĩ, fac quod iubeo. Lex aũt fidei dicit deo, da quod iubes. & iterũ, quod lex factorꝶ minando imperat, hoc lex fidei credendo impetrat. Hinc ppl̃us legis (theologi iustitiarij) dicit, Ego feci, & superbit velut operib⁹ legis & suis iustificat⁹, ppl̃us fidei dicit, oro, vt facere possim. ille cõfidens opibus, dei misericordiã non quęrit, hic iustitiã suam pro stercore ducẽs, solã misericordiã dei suspirat. Sic & Apl̃us Ro: x. Ignorantes iustitiã dei, & suã q̃rentes statuere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Ita litera semp inflat & occidit, spũs humiliat & viuificat, quia humilib⁹ dat deus gratiã, & superbis resistit.

Magno aũt affectu orat, q triplicata oratione orat. Nec tñ aliam causam orãdi assignat, q̃, ꝙ sit oraturus & exaudiẽdus. Qm̃ ad te, inq̃t, orabo, mane & exaudies. Quare aũt orabis & exaudieris? quia (inq̃t) non volens iniquitatẽ deus tu es. quid hoc? Nempe ꝙ deus humiles misericordię suę oratores amat, fastidiosos iustitiæ p̄sumptores odit. Ideo, ecce orabo, q a scio

116

tibi placere, scio ista velle te, scio ita pcepisse te, vt homo de se desperans, tuã misericordiã iustificantẽ petat. Vis, inq̃, vt homo se peccatorẽ agnoscat, & totam vitã suam aliud nihil esse ducat, q̃ orationẽ, desyderiũ, gemitũ, suspiriũ ad misericordiã tuã, sicut Lucę. xi. oportet sine intermissiõe orare. Et psal. ciiij. Quęrite faciẽ eius semp. hoc cũ impij p̄sumptores non faciãt vel ad momẽtum aliq̃n faciãt, immo simulant se facere, cum reuera sibi saturi sint, merito eos odisti, vt qui nec sua nec tua agnoscant.

Ordinem vide & vim verboꝝ, verba, clamorẽ, vocẽ orationis. Item aurib⁹ percipe, intellige, intẽde. Vrgentissimũ orãtis affectũ hæc verba probant. Primũ auribus percipe. i. audi, sed parũ sit audisse verba, nisi & intelligas clamorẽ seu rugitũ seu cogitationem, ac si more vulgari diceret, infacũdus & anxius loquor q̃dẽ, sed nõ possum, q̃tum velim intelligi, ideo quod minus dico verbis, tu abundantius intellige sensu. ideo addo clamorẽ, vt qđ verba non exprimunt audienti, clamor significet intelligenti. Vbi aũt & intellexeris, tũc o dñe, intende & aduerte ad vocem oratiõis meę, ne despicias audita & intellecta. Non qđ in deo, aliud sit audire, intelligere. intendere, queadmodũ apud hoĩes, sed quod affect⁹ noster in deũ hoc modo augendus est, vt primũ desyderem⁹ audiri, deinde audita intelligi, & intellecta intendi seu non negligi. & in his trib⁹ pene absoluũtur tres illę orationis partes pœmiales, quę sunt, reddere beneuolum, docilem, attentũ, quod hic causam suã deo dignã, facilẽ, honorificamq̃, sibi vero necessariam esse commendat.

Rex meus & deus meus. Hic plane pcutit impios iustitiarios, vt q sine rege, sine deo agũt, sibi met sufficientes. Atq̃ hoc vnũ est verboꝝ, quo scopus hui⁹ psalmi tangit, habere eñ regem & deũ. est de se nihil p̄sumere, regendũ sese prebere deo, ac ductilem esse. deinde oĩa deo accepta & accipienda referre, quod illi nequaq̃ faciũt, aut simulate faciũt, quia non parũ & sibijpsis tribuũt, immo dũ non omnia tribuũt, nihil tribuunt, Qui eñ aliquid sibi tribuit, iam gloriã quoq̃ sibi tribuit, at qui gloriã sibi tribuit, oĩa sibi, nihil deo tribuit, cui aut tota aut nulla gloria tribuit, nec eñ diuidit eam aut cõmunicat, sicut dicit, Gloriã meã alteri non dabo, Isa. xlviij. Proinde ipsi regnant, sed nõ ex deo, sibijpsis reges sunt, sibijpsis Idola.

Quoniã ad te orabo. paupertatẽ suam confitet, nihil habet, nisi quod oraturus sperat accipe, vt sit orator nõ opator,

Atq; in his duobus iterũ ſumma totius vitę noſtræ exprimit,
habere Regem & deũ. Regit, dũ nos a nobis auffert & ad ſe du-
cit, Deus eſt, dum nos venientes ſuſcipit, & ſeipſo, ideſt diuinis
bonis replet. Prior cõditio, eſt Crux, phaſe, tranſitus, ductus a
mũdo, a vitijs, & oĩno mortificatio nr̃i. Poſterior ſuſceptio &
glorificatio nr̃i. vnde & B. Aug. hoc loco dicit. Scripturas ſo-
lere Regẽ appellare filiũ magis q̃ patrẽ. Chriſtus eñ gemina na
tura, vtrunq; hoꝝ efficit. Humanitatis ſeu, (vt Apl'us loquit)
carnis regno, q̃d in fide agit, nos ſibi conformes facit & crucifi
git, faciẽs ex ĩfœlicib⁹ & ſupbis dijs. hoĩes v̾o. i. miſeros & pec
catores. Quia eñ aſcendimus in Adam ad ſil'itudinẽ dei. ideo
deſcẽdit ille in ſil'itudinẽ noſtrã, vt reduceret nos ad nr̃i cogni
tionẽ. Atq; hoc agit, ſacramento incarnatõis, Hoc eſt regnũ fi-
dei, in q̃ Crux Chriſti dominat, diuinitatẽ pue̾rſe petitã deijci-
ens, & humanitatẽ, carniſq; cõtemptã infirmitatẽ pue̾rſe deſer-
tam reuocãs. At regno diuinitatis & gl'ię, cõfigurabit nos cor-
pori claritatis ſuę, vbi ſil'es ei erimus, iã nec pctõres nec ĩfirmi,
nec ductiles aut rectiles, ſed ipſi reges & filij dei ſicut Angeli.
tunc dicet, deus meus in re, q̃d nũc in ſpe dr̃. Quare nõ inepte,
prius dicit, rex me⁹ & poſtea deus me⁹, ſicut & Thomas Apo
ſtolus Iohan. vltĩo, dñs meus & deus meus, ꝙ prior ſit Chriſt⁹
homo q̃ deus apphendendus. prior humanitatis eius Crux q̃
diuinitatis ei⁹ gl'ia petẽda, Chriſtus homo habitus, Chriſtũ de
um ſponte ſua adducet.

Dura ſunt hæc carni noſtræ, quæ mallet Chriſtũ deum q̃
hoĩem, gloriã eñ præ Cruce petit, gloriam per Crucem q̃rere
horret, ſicut Moſes a ſerpente fugit, cuius tñ caudã cũ apphen
diſſet in virgã verſo colubro, glorioſus fuit ĩ miraculis & de⁹
Pharaonis conſtitutus. Exodi. i.

Domine mane exaudies vocem meã, mane aſta bo tibi & videbo.

Labor eſt ante, donec intrem in ſanctuariũ huius verſus &
intelligam eũ. Duo ſcio, vnũ, ꝙ mane in ſcripturis myſtice ſig
nificat tẽpus gratię, quod Chriſtus ſol iuſtitiæ gratioſe oriens
illuminat, quoties hoĩem viſitat. Alterũ, ꝙ tẽpori matutino
ad literã potiſſimũ tribuũtur opera ſacra & diuina, vt orare &
docere, quo figurat, mane illud myſticũ. Hinc eſt, ꝙ in vigilia
matutina reſpexit dñs ſuper caſtra Aegyptioꝝ & ſubuertit eos,
Et pſal. xlv. Adiuuabit eam deus vultu ſuo, mane. Et p̃s. lxij

In matutinis meditabor in te, Sed & de impijs doctoribus dicit psal. Vanū est vobis ante lucē surgere, q manducatis panē doloris. Apertius in idē Micheas. ij. Ve q cogitatis iutile (heb. auen. i. iniquitatē,) & operamini malū in cubilibus vrīs, In luce matutina faciūt istud, & cōtra dn̄m manus eorꝝ. Hoc faciebant, qn̄ (vt Isaias. x. scribit,) falsas leges, legisq; interp̄tatiōnes a se excogitatas ppl'm docebant, qbus ppl'm deuorabāt tam in anima q̄ corpore, ita vt guttur eorꝝ recte sepulchrū patens appellet. Vnde sequitur ibidē, Et concupierūt agros & rapuerūt domos, & calumniabant virū & domū eius, virū & hereditatem eius. Amos. iiij. Offerte mane victimas vrās &c. His satis sit matutinū t'ps datū fuisse olim, sacrificijs, iustificatiōib⁹, doctrinis, lectiōibus & oīno reb⁹ diuinis sic hodie q̄q; i Eccl'ia seruat.

Seposito ergo interim mystico matutīo, t'pale seq̄r, (idē. quantū possum, nesciusan recta sim diuinatur⁹. Mane eīm semper est tributū diuinis licet nō semp sit recte tributū, Videt mihi pphera se cū hereditatibus dei se cernere, si non loco & tēpore, certe affectu & voto tam ab impijs doctoribus & auditoribus, q̄ ab impijs opatoribus, vtrosq; eīm hoc loco accusat, vt cui cū reliquis couueniendū quidē sit, mane ad rem diuinā & legem dei audiendā. Verum illi legē dei deprauent suis traditionibus, aut nō recte doceant, ac per hoc impie quoq; viuant & agant etiā sacra & bona, loquant aūt fabulas suas, q̄ placeant vulgo, & pinguescāt, sicut in pphetis multipliciter arguūtur, & hodie quoq; in Eccl'ijs passim videmus & audimus pro fedissimo questu nihil nō tentari in templis & cōtionibus, optat & orat ppheta, vt exaudiri mereat & vt deum suū audire, nō verbum homini, sed verbū dei dignus fiat, Nā illi faciūt, vt Isaias xxviij. scribit. ppl'us ad iracūdiā puocās est, & filij mēdaces. filij, nolētes audir legē dei, q dicūt vidētib⁹, nolite vider, & aspicietib⁹, nolite aspicere nobis ea q̄ recta sūt, loq̄mini nobis placētia. videte nobis errores, aufferte a me viā, declinate a me semitā, cesset a facie nr̄a sctūs Israel, q̄s & Paulus ad Timoth. describit dicēs, Et a veritate q̄dē auertēt auditū, ad fabulas aūt cō (uertent,

Est ergo sensus, Infœlix ego, q in ppl'o sum, q vera audire nolit, qui verbū Crucis exhorreat. Amēt aūt magistros pruriētes auribus, & vt Isa. vi. dicit, In medio ppl'i polluta labia (ppter impias eorꝝ doctrinas,) habētis ego habito. cōuenio quidē mane cum eis, auditurus te, & ecce non audio te, sed homines, docent vias suas & opera hominum. Idcirco O rex meus & deus meus, mane illo, me exaudias, quia

eo tempore, nõ illis asto, nec in eos intendo, sed ad te patet os cordis mei. tibi asto, tibi offero me, vt tu erudias me, vt videã & doctus fiam, iuxta illud. Erũt omes docibiles dei.

Et ita vides omnẽ æstum huius ꝓphetę in hoc æstuare, ꝙ vidit ppl'm dei & hęreditates Christi, seduci & vastari, dũ non recta docent, & sunt omnia plena pseudo magistris & vaniloquis mentiũ deceptoribus, quod vt est malũ oĩm nocentissimũ, ita vehementissime omniũ affligit piam animam. Quod em̃ tristius spectrũ? quæ miserabilior imago ꝙ̃ videre lupũ in gregem innoxiũ ouiũ seuiẽtem, ita vt nec vnã relinquat viuã? Ita impius doctor in simplices aĩas Christi grassatur. Nam & hoc ipm̃ cum lachrymis Paulus Act. xx. premonet. d. Scio ꝙ post discessionem meã intrabũt in vos lupi rapaces, non parcentes gregi &c.

Et ꝑpter hunc affectũ & sensum certe pene reuoco, interp̃tationem versuũ precedentiũ duorꝝ, propeqꝫ mihi videnť rectius intelligi, ꝗdem exuberantissimi motus cordis, quib⁹ cogatur dolens ꝓpheta multitudinẽ (vt infra dicit.) impietatũ eorum intutus, toties repetitis oratiõibus, regẽ suũ inuocare aduersus tyrannos hos legũ, & deum suũ contra hæc Idola cathedras occupantia. Nam hic sensus magis ad scopũ quadrat ꝗ̃ ꝗ̃ nec ille multũ abhorreat.

Sed & hic tertius eidem scopo apte cõcinit, quod non hominũ sed dei verbũ & opus doceri petit, atqꝫ cũ p̃cedentib⁹, ita coheret, verba mea O rex meus & deus meus, aurib⁹ percipe, intellige rugitũ meũ, intende voci oratiõis mee. Q m̃ ad te orabo. Quid oras? hoc scz summe necessariũ donũ, vt coercitis impijs magistris, mane & tempus locumqꝫ docendi impie occupantib⁹, me exaudias, q̃d pro eo tempore peto, Quid autẽ petis pro eo tpe? Nempe, vt astem tibi, tu⁹ sum auditor, te docente erudiar, te illuminãte videam, nõ illis pruriẽtibus cũ ceteris seducar, cũ tu sis & rex meus qui regat, & deus meus q seruet atqꝫ ita absoluta est oratio cõtra praua dogmata & opa.

Mane, inquit, exaudies vocem meã, mane aliquid orabo, hoc rogo, vt exaudias, hoc aũt est, quod pro omibus doctoribus & auditoribus verbi, qđ mane tractari solet, oro. Qua oratione, sicut vix alia in psalterio vehemẽtior est & tot iterata verbis. ita non alia omibus nobis quoqꝫ hodie magis necessaria & salutaris, nec fuit, nec erit vlla pro quis tempore magis necessaria. Discat ob id pius Christianus, primo sollicitudinis loco habere, vt deũ pro hęreditatib⁹ (exemplo ꝓphete huius) estuãtissime

ęstuātissime hunc psalmū oret, quo verbū dei floreat in populo dei. Nam pplus dei aliūde non viuit, pascitur, seruat, q̄ verbo dei, sicut Matt. iiij. Christus, Non in solo pane viuit homo, sed in omi verbo qd̄ procedit de ore dei. Florente enim verbo dei, omnia florent in Ecclesia. Nam quæ causa est, qd̄ hodie Ecclesia luxu & pompa non modo emarcuit, sed pene vastata est, nisi q̄ post habito verbo dei, leges hoim & Romanas artes discimus?

Ad energiā verborū, Hierony. sic transfert. Dn̄e mane audies vocem meā, mane p̄parabor ad te & cōtemplabor. Nōne hoc verbū p̄parabor apte facit ad sensum predictū? Quid em̄ est aliud p̄parari deo, q̄ docibilem & ductibilē fieri deo? quo simul ostendit se nolle hoibus p̄parari. Huic nō dissentit, qd̄ Iohan. Reuchlin hebreorū snia dicit, mane ordinabo, vt sit v̄bū actiuū, q̄ in sacrificijs ponēdis & ordinādis scriptura vtit, vt oino significet animū promptū, paratū, abnegatū & (vt dicitur) resignatū deo in omes volūtates eius. Nam hoc demū est verū sacrificiū deo oblatum, sese i hūc modū, ordinare, offerre, p̄parare, astare, ductilem p̄bere. Patet autē q̄ hebręo idiotismo verbū noiale seu absolutū esse, astabo seu ordinabo (.i. ordinationē, oblationem faciā, scz meijpsius. quare nō inepte translatū est, astabo. Simul docemur, Q, in audiendo verbo dei, non in hoiem loquentē, sed in deū docentē intendi oporteat.

Sic & verbū, videbo, absolutū est, pro eo quod est. Ero videns .i. illuminabor, erudiar, speculator fiam, puta veritatis & iustitiæ, Mich. vij. Educet me in lucem, videbo iustitiā eius. Neq̄ em̄ iustitiā dei nouit, nisi quē deus erudierit, Ceteri oēs sunt vaniloqui, q ex suo capite loquūtur. Ideo Christ9 dedit Apostolis spiritū sanctum & Ecclię, vt loqueret ipse in nobis, nō nos ipsi, hoc est, quod hic quęrit, si astaret hoibus, non videret sed cęcus fieret, iuxta illud Christi, Cęcus cæcū ducit. Nūc quia astabit, ordinabit se & p̄parabit deo, videbit & illuminabit.

Q, si cui mane illud mysticū magis placet, qd̄ est initiū tēporis gratiæ, q̄ cepit Eccl'ia astare deo & videre, non repugno ego mysteria lentus sequor, vbiubi lr̄am habere possum, nec hoc refutarim, siquis mane astare & videre intelligat, seipsum offerre, non in iustitijs sacrificiorū, p̄prijs tanq̄ deo datis gloriari, sed a deo accipiendā iustitiam expectare.

Q uoniā non deus volens iniquitatē tu es neq̄

86

habitabit iuxta te malingnus.

Neq; pmanebunt iniusti ante oculos tuos, odisti omẽs qui operantur iniquitatem.

Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ, virum sanguiniũ & dolosum abominabitur dominus.

Septẽ nominibus accusat malos mgr̃os & eoꝝ discipulos oparios, tãtus est illi ęstus pro syncera pietatis vita & doctrĩa, vnde hæc verba in spũ ac fide audire oportet, sicut oĩa verba dei, nã hĳ de qb⁹ hic loquit̃, si laruã & faciẽ rerũ spectes, nihil minus erũt, q̃ qđ hic de eis dr̃, adeo vestiũtur vestimẽtis ouiũ, & nomie Chr̃i, Deniq; horũ opinio ẽ, ea q̃ hic de eis dicũt, ad alios ptinere, quos sibi aduersarios ducũt, quare nec noĩa, nec opa hic descripta agnoscũt, sed potius ita vertũt, qm̃ deus volens ęquitatẽ nr̃am tu es, & habitabimus iuxta te benigni, permanebim⁹ iusti añ oculos tuos, Amasti nos opantes ęquitatẽ, seruabis loquẽtes veritatẽ, viros mites & synceros magnipendes. Has em̃ glorias de seipis, hĳ impĳ somniãt, contraria q̃ hic dicũtur ablegãt ad vere pios, iustos & amabiles deo, Et hęc cõcertatio durat vsq; in mũdi finẽ, sic Esau & Iacob collidũtur ĩ vtero Rebeccę, Sic duę meretrices corã rege Salomõe de viuo filio contendũt, Hęretici & pseudodidascali sem p sibi, Eccl'iæ veritatis, iustitię titulũ arrogãt & vincũt specie & pompa corã hominib⁹, coram deo victi. Catholici vero soli habẽt, & sine pompa, vincũt tandẽ, quia coram deo iusti sunt.

Videamus ergo vocabula septẽ, iniquitatẽ, malignus, iniusti, iniquitatis opatores, loquẽtes mendaciũ, virũ sanguinũ, dolosum, Quib⁹ sex mala pdicit, nõ volentẽ deũ, non habitaturos corã deo, non permansuros ante oculos dei, odiendos, perdendos, abominandos.

Primũ est iniquitas, p quo recti⁹ fuisset versum, Impietas, vt em̃ ps primo pictũ est, Ręscha, impietas dicitur, vnde consiliũ impiorũ, Hæc aũt est (vt dixi) ipa incredulitas, peruersaq; opinio de deo diuinisq; verbis & operibus, & si pulchra specie foris simulet pietatẽ. Quare deus noster cum sit iustus & rectus non volet impietatem (.i. non desiderat, nõ placebit sibi in ea) Est em̃ hoc loco verbũ haphetz, a quo hephtzo, psal .i. Venit

122

idest volūtas eius, scz in lege dñi, seu desyderiū seu concupiscentia, & huius versus sententiam prope exponit ps.l. Q̃m si voluisses sacrificiū dedissem, vtiq; holocaustis non delectaberis. Cur non vult? cur non delectatur? quia sacrificiū spiritus contribulati (qđ est sacrificiū pietatis) deest, ideo adest impietas, q̃ facit, vt iuxta puer. xv. sint victimæ impiorū abominabiles dño. Est ergo sensus, Ideo orabo ad te, ideo peto me exaudias mane, ideo astabo tibi & videbo, q̄ sciam tibi prorsus non placere impiorū vota opera & sacrificia, sicut frustra presumūt cęci ipsi, & alios secū seducentes, dū operibus & sacrificijs impietatem abscondūt, ne eam agnoscant & humilientur, contenti, ac si oĩa bene habeant, q̄ opera fecerint. Hoc modo & Isaias i. eos arguit, quo mihi multitudinẽ victimarū vestrarū? Et infra, Lauamini, mūdi estote. q. d. opera ipsa, donec vos imūdi & impij estis, sine fide & spe in misericordia mea, (q̃ sola iustificat, & impietatem tollit) nō possunt placere, q̃tūuis sint speciosa, Vos in opera intenditis, & scđm faciem iudicatis, atq; ita pij & iusti videmini vobis, Ego aūt in cor vestrū video, & scđm veritatem iudico, atq; ita vos impios inuenio, sicut & Christ⁹ ad pharisęos dicit. Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus, deus aūt nouit corda vestra. Hoc vult hic versus d. Non volens impietatẽ deus tu es, non falleris opm specie, vt impietatẽ cordis suscipias, fallūtur potius ipi, qui hac opm larua decepti, impietatẽ hanc nūq̃ agnoscūt, & dum se maxime tibi placere putãt, minime oĩm placent.

Ita & illud, Neq; habitabit iuxta te malignus, heb. Ra. i. malus vel malū, vt vel impium, vel impietatem referre possit, vbi enim impietas, infidelitas, incredulitas regnat, simul malitia seu malignitas regnat, desertus em̃ a grã bona dei, ad quid valet, nisi ad malū? Itaq; malignitatẽ hoc loco, cõuenit itelligi ip̃am radicẽ & totū fermentū vetus malitię & nequitię, quo inclinati sumus (fidei grã vacui) in oĩe facinus ruere, data occasione, sicut Chr̃us ad Apl'os ait. Vos cū sitis mali, nostis bona data dare filijs vr̃is. Hęc sane malitia pulchre se abscõdit sub sanctis & pijs in specie operib⁹, donec occasiõe irritata seip̃am ꝓdat, Multos videas mites, humiles, benignos in verbis & signis & factis, quos si digito tãgas, mox crudelissimos & inflatissimos oĩa mala facere prõptos reddas, q̃ hodie titulo honestissimo, passionati vocãtur, qđ ꝓpter speciẽ bonę cõuersatiõis, malignos nõ licet appellare, interim secure percūtes ipi, & ꝑdētes sib̄, siquis eorū exẽplo secur⁹ hãc malignitatẽ negligat mortificare. Passionati

Passiones eñ malitiæ eiusmõi indiciũ sunt, idest deficientis ibi pietatis(.i.fidei in deũ,)& regnãtis impietatis. Nõ ergo hij mo- rabunt apud deũ, nec habitabũt iuxta eum.

Tertio sequũt iusti, siue ijdẽ siue alij, quos hebræus vocat ho lælim, quod pprie eorũ est, qui foras erumpũt in opus & pua- ricant & malũ faciunt in verbo & opere, impietas sane & malig nitas frequentius latent, nisi cui lex spũalis manifestata est, qua se malũ cum Aplo Ro.vij.agnoscit, faciuntq; arborẽ malam sed fructus ei⁹ proferũt, holælim, sequentes malitiã cordis im- pij sui. De qbus Eccl'ia.x. Initiũ verbo⁊ oris eius stultia, & no uissimũ oris illius holeloth ra, qđ errorẽ pessimũ transtuler ũt. Patet ergo adhuc ordo pulcher verbo⁊, primũ impietas, q̃ fit vt sine gratia dei adiuuante simus nobis relicti, quam secunda mox sequit malitia, qua proni sumus facere qđ in nobis est, idest omne malũ. Tertia iniustia, puaricatio ipsa fructus huius impietatis & malignitatis. Verũ nec hij pmanebũt ante oculos tuos, seu vt hebreus habet. Non statuent holælim in conspectu oculo⁊ tuorũ. Est aũt verbũ statuent, idem oino quod psal.ij. in ptõ transtulerũt. Astiterũt reges terre, pro assistent vel statu- ent, idest(vt absoluti verbi pateat significatio,)asistentiã sui faci ent. ita hic, non assistet, nõ sistent se coram dño, nõ apparebũt &c. quod tñ q̃ maxime credũt, falsi suis opinionib⁹ & operi- bus. nec eñ se male facere credũt, etiã dum male faciũt.

Quarto, Odisti omẽs, qui operant iniqtatem. Hanc oratiũ culã frequẽter in vet.test. legimus, quæ per verbũ Paal (q̃d ps. primo posuim⁹ significare id qđ agere vel opari apud nos,) & per nomẽ Auen, quod varie & incõstanter transl latũ est (vt videbim⁹)scribit. Video aũt pphetas pserti Oseã.x. Velut illu dentes, pro Bethel. Bethauẽ, appellare locũ in quo Hieroboã primus rex Israel, vitulos aureos cõstituit adorãdos, ne pplus Israel in Hierusalem imolaturus iret, tandẽ a se deficeret ad re- gem Iuda, vt legit.iij.Regũ.xij. Atq; vbi Bethel.i. Domus dei dicendũ fuit, Bethauen dicũt, quod alij domũ Idoli(scz a cõ- traria significatione)Rectius aũt, domũ iniqtatis seu Idolatriæ transferunt. Horũ secuti sensum, placet per Auen, iniquitatẽ & Idolatriam intelligere, Idolatriã vero nõ eam solum, qua Ido lis ligneis & lapidibus seruit, sed multo maxime eam, quã Sa- muel.i.Regũ.xv. magna autoritate contra Saulem diffinit & p nũciat in hunc modũ. Nunqd vult dñs holocausta & victi- mas & nõ potius, vt obediat voci domini. Melior est eñ obe dientia q̃ victimæ, & auscultare magis q̃ offerre adipem arietũ

qm̄ quasi pc̄tm̄ ariolandi est repugnare & quasi scelus Idola- triæ, nolle acquiescere. Hęc igit̄ religio Saulitica, furens inobe dientia, pu̇ersa supstitio, Infœlix Auen, sicut in scripturis vbi- q; acerrime arguit̄ in vet. test. regnasse, Ita & hodie nulla pestis atrocius bacchat̄, dum quisq; officio in quod vocat⁹ est, deser to, alio & a se inuento studio seruire deo conatur. Ita Episcopi qui sunt optimi officio verbi & curandi populi vel indignissi mis & indoctissimis relicto, suis prędijs, aut ędificijs ac red- ditibus splendoribusq; suæ Eccl'ię augēdis incumbūt, obseq um deo pb̄eri se arbitrantes q̄ sunt inobedientes. Sacerdotes quoq; & religiosi quiq; sanctissimi, quoduis p̄ deo faciūt po tiusq̄ suū officium. nam de malis hic nihil dicimus. Romana Curia vero extra hanc etiā aleam posita est. Deniq; latius hæc infœlicia inobediētię studia inualuerūt q̄ vllus p̄sequi possit. In om̄i em̄ genere vitę apud Christianos hoc inuenias, q̄ post habita prędeptor̄ dei obseruantia, in suis traditionibus & opi- nibus, deū colūt. Hæc est Auen in q̄ species illa operū qua su pra dixi, velut vmbra Behemoth, tegūt impietatē malignitatē & quāuis transgressionē. Om̄ia hæc vestis luporū & pestilens hypocrisis synceram pietatē & Christianā religionē atrociore vastitate populās q̄ vllus gladius, fames, pestis &c.

Vide ergo q̄ incendit & p̄pheta aduersus impiā hanc pie- tatem & irreligiosissimā religionē, q̄ nullā acrius detestetur di cens. Odisti om̄es qui operant̄ iniquitatē. Om̄es, inquit & odi sti, in cęteris non addidit om̄es, hic ne maledicta supstitiōe falsi se placere putent, pronūciat odio dei dignos, & om̄es nullo ex cepto. Nam vere & apud hom̄es displicent, peruersa ista obse q̄a, quæ p̄termissa obediētia fiūt. Quis em̄ ferat vt pastor, cui cōmissę sunt oues, ouibus relictis, incipiat dn̄o in cubili mini- strare? Et vt erudite habet fabula Esopi de Asino, qui canicu- lę blanditias imitari volens, fustib⁹ cęsus est, q̄ suū officiū dese- rens, alieno se miscuerit, Hæc eadē pestis facit, vt multos penite at sui ordinis, sui status, suæ vocationis. dum in aliena officia intenti velut meliora sua fastidiūt. hic e sacerdotio Carthusiā, ille de hac in illam migrat conditionē, hoc est iuxta Iob. vi. ti- ment pruinam & ruit sup eos nix. Euadūt pluuiā & cadunt in aquā, sed satis hęc modica. de maxima ista & plurima prauita- te, quā deinceps semp appellabim⁹ inobedientiā, seu Idolatri am, hoc est sanctā impior̄ latriam, vt q̄ non aperte dei p̄cepta violet (ceu publicani & meretrices) sed p̄ speciem magnor̄ ope rum & eximię pietatis, & vt Bern. psal. xc. vocat, per demoniū

Canonici.

58

meridianū, cum Apl'o Paulo, angelū Satane, in angelum lucis transformatū intelligens. Hoꝝ exemplar egegiæ monstratū & descriptū est in Saule. i. Regū. xv. Vide ibi.

Vnde Auen recte interpretatꝰ a multis non solū iniquitas, sed & dolor & labor, Q̃ reuera laboris & doloris multū habet hęc inobediētia, & vt vulgo dicitꝰ, difficilius est infernū mereri q̃ cœlū. Nam martyres hos suos diabolus vehementer vrget, nunq̃ tñ recreat. Ita vt dñs quoq̃ per Mosen p̄dixerit se traditurū ppl'm Israel in manus hostiū, vt ibi seruirēt dījs alienis, q̄ non dent eis requiē, nec die nec nocte, sic Eccle. x. Labor stultorum affliget eos. Et vt in eodem libro sepius dicitꝰ. Vanitas & afflictio spiritus. Christus autē & si p̄mat, tamen suaue est iugū eius & onus leue, q̄a reficit leta fiducia cordis. om̄es qui laborant & onerati sunt, modo veniant ad eū. illi vero dicēt illud Sap. ij. Ambulauimus vias difficiles.

Qui latius ista velit ꝓsequi, Paulū Ro. xij. & . i. Cor. xij. legat, vbi id omni studio agit, vt vnusquisq̃ in sua mensura incedat, ne membroꝝ fiat confusio, vbi oculus officio pedū, aut pedes officio oculoꝝ fungi cęperint. Sed regulā illam Prouer. .iiij. seruēt, Palpebre tuę p̄cedant gressus tuos, & oculi tui recta videant. Sich für dich vnd vuart auff dich selb. In hanc prauitatem & apud Gentiles edita sunt ꝓuerbia, Eam quā quisq̃ didicit exerceat artem. Et ne Sutor vltra cupidam, & intra pellem quisq̃ suā, Recte ergo & mira Emphasi dicit, odisti oēs, q̃ reuera plurimū odibilis sit ista iniq̄tas, quæ ita irritat, exasperat, & prouocat, vt inde synagoga, gens asperatrix, amaricatrix, ꝓuocatrix in ꝓphetis appelletꝰ, quā amaritudinē deus sentire dicitur, qn̄ in cordibus sanctoꝝ suorum eam sentiri facit, q̄ sensu, (vt dixi,) plenus est hic psalmus, sicut videmus & videbimus,

Quinto, perdes, qui loquūtur mendaciū. hic magistros & doctrinam iniq̄tatis taxat. Nam heb. verbū dibber, ferme videtur mihi significare id genus sermonis, quo aliq̄d docetur vel enarratur seu recitatꝰ. Vnde & dabar rem gestam seu potius narratam significat, quem tropū & Lucas quoq̃ seruauit Luce. ij. Transeamus vsq̃ Bethlehem & videamus verbū hoc, (rem gestam & dictam.) Nempe in Leuitico, satis clare distinguit inter amar & dibber, quorū vtrunq̃ loqui vel dicere significat, vbi toties scribitꝰ. Locutus est dñs ad Mosen dicens, vbi primū est dibber, idest locutus est. Hinc in ꝓphetis vsitatissimū. Et factū est verbū domini ad me dicens, Quare dibber, generaliter sig-

126

nificat per modū doctrinę aliquid nunciare, quod per verbū amar specialiter determinat. Atq; si hæc significatio & differentia rata nō fuerit ppetuo, tñ interim sic ea vtemur, donec meliora viderimus, Certū est in multis locis ꝓ docere accipi, qđ hic loquūtur, positū est, vt psal. cxviij, Loquebar in testimonijs tuis, & psal. lix. Deus locutus est in sancto suo.

Igitur qualis est impiorꝫ vita, talis & doctrina, sicut agunt ita & loquūtur. Impia ergo & mala & iniqua, quę omnia sub nomine mendacij cōphendit. Hoc mendaciū supra psal. i. Consiliū impiorꝫ immo cathedram pestilentię & illusiōis appellauit. Horꝫ furor & hodie quoq; regnat, de qbus Apl'us. ij Timo. iij. semp discentes & nunq̃ ad scientiā veritatis peruenientes. hij sunt qui docendis bonis operibꝰ, (vt putāt) fortiter instant, cum necdū sciant quæ sunt bona opera, fidei eñ scientia carent. ita fit vt miserrime crucifigant & excarnificēt ppl'm mēdacibus suis & impijs fabulis, ex Moralibus philosophorꝫ, ex iuribus hominū, ex statutis ac traditionibꝰ suis acceptis, de quibus supra satis & infra sepius dicemus.

Sexto, Virū sanguineū & dolosum abominabit' dñs, Breui cōpendio absoluit, q̃les sint in moribꝰ & cōuersatione erga ꝓximos suos. Hoc est, ex corde neminē diligūt. Cum eñ sint pietatis grã vacui, & in malitia sua relicti, necesse est tñ affectu & opinione sui, sint infecti a planta pedis vsq; ad verticē. oĩa qdem simulāt, multis corrident, amicissimos mutuo se appellant, scribūt, dicūt, apparēt esse humani & suaues, & viros sanguinū his opculis pulchre abscōdūt, verū dolosa sūt hæc oĩa, qđ patet, vbi ceperint offendi, aut vbi casus venerit beneuolētię exhibendę, tū repente apparet, dolus & ꝓdit sanguinaria ira inuidia & ea quæ sequūtur. Neq; eñ dilexerūt vllū, nisi pprię vtilitatis gratia, nō vt bene facerent, sed vt bene haberent. Ideo verba hæc spiritus sunt, nō faciem respiciētia, sed renes & corda scrutātia. Verba eñ fidei cōtra speciem pugnant, & ad tempora crucis respiciūt. Ibi inuenietur q̃, qui eiusmō sunt, oēm hominē odiant, & neminē syncere diligant, qa diligūt solum seipos. Et hoc morbo, omniū maxime laborant martyres illi diaboli, sanctissimi & religiosissimi, quos iam diximus impios, opariosiniqtatis, filios inobediētię sub veste & specie pietatis, cuius virtutem maxime abnegant.

Si hæc nō credis, aut non nosti, experientiā consule, totus mundus querela hac plenus est, Nō esse fidem in hominibus, omnia ficta & simulata fieri & dici, Ita vt Michęę verbum

(quod nō legerūt,) tn̄ experiētia docti allegent, qd eiusdē. vij. scribit. Nolite credere amico, & nolite cōfidere in duce, Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui, quia filius facit contumeliā patri & filia consurgit aduersus matrē suam. nurus aduersus socrū suam, & inimici hominis domestici eius Ideo Christus cauendum docet ab hoibus, si em̄ eis palpes aut vtilis sis habebis dolosos amicos, Si offendas, aut dissentias p̄sertim ꝓpter deū & veritatē, habebis sanguinolentissimos hostes. ita vt non aptiore nec breuiore elogio, hoīm ingeniū describi possit, q̄ꝫ ꝙ sit sanguinariū & dolosum.

Adeo scz rarū ē, nō agere dolose cū proximo ac fidelē amicum esse. Viuit tecū dulciter, salutat, arridet, At si petas iuuari x. florenis de abūdantia illius. iam amicū ꝑdidisti, rursus non obsequeris ad oīa vel iniqua, amicū perdidisti.

Breuiter, nisi sic egris, vt te vtendū p̄beas in oīa eius desyderia, & illo, nullo pacto vtaris, cum hoīe non conuersaberis diu. Hęc experientia magistra docemur, ideo facilis iste versus intellectu. Nec sic tn̄ suam miseriā agnoscūt. Omnia em̄ hęc cōtemnūt, nihil minus q̄ꝫ sanguinarios & dolosos sese esse credētes. Primū ꝓpter opera illa speciosa, quoꝝ fiducia inflati & excecati seipsos nō vident. Deinde, ꝙ seipsos amant suisq̄ꝫ vitijs blanditer indulgent, nō quanta mala, sed quāta bona faciant in oculis semꝑ versantes. Cui maior cecitatis occasio accedit, ꝙ Zelum arbitrent esse, si odiant eos, a q̄bus vel lęsi sunt vel lesi sibi potius vident, vt ad quos pre insigni iustitia ꝑtineat, iniquos odio haber. Quo furore subuersi, eo procedūt, vt trabe in oculis suis neglecta & festuca in alterius oculo obseruata, sese humanos & fideles haberi velint, illos potiꝰ viros sanguinū & dolosos iudicent, atq̄ꝫ ita abominationē diuinā, quæ super ip̄os definit, ꝑpetua insania a se in alios reijciant, quo fit vt scripturas si legant, non intelligant, si audiant, nō accipiant tanq̄ꝫ ad se nihil pertinentes, fiantq̄ꝫ plane incorrigibiles illi Matt. xi. quibꝰ si cantes non saltant, si lamenteris, non plorant, In solis his perdit deus & verba & opera sua. Est & hoc non leue operculum huius nequitię, ꝙ si aliquos amicos amittūt, alios vel inueniunt vel habent, quibus eodem dolo conuersantur. quoꝝ mutua (& si dolosa) concordia capti, non q̄tos odiant & contemnant. sed q̄ꝫtis beneuoli sint (etiā si sit vix milies millesima proportio) consyderant, nihil morati ꝙ Christus præceperit, ne vnū quidem ex pusillis contemnendū.

Ecce fructum, quem parit fiducia operum & ꝓprię iustitię

scilicet

scilicet ignorantiā sui, pertinaciā & incorrigibilitatem, in tantis malis, impietatis, maliciȩ, inobedientiȩ, & oim peccatorū. Tot monstra, tam leui velamine, & exigua specie cȩlari, ali, & seruari possunt, Deīde ī tātis abominatiōib⁹ mane corā deo apparere & sacrificare, se deo placitū credere, nec misericordiam implorare, sed cū impio pharisȩo gr̄as agere, ꝙ non sit sicut cȩteri hominū, nōne horrendū est videre & audire? nōne iustissima est ꝓphetȩ huius cōmotio in eas insanias?

Nūc epilogū istorū triū versuū faciamus, duo priores pctā describūt ea, quibus cōtra deū peccant, q̄ sunt quattuor, Duo in versu primo, scz impietas & malignitas, q̄rum prior auersio est a deo. i. sani affectus atq̧ rectȩ opinionis inopia, posterior conuersio ad seipm, pronitas scz ipa ad mala opera, & rebellio ad bona. i. affectus & opinio peruersa, his duobus peccatis persona ipa describitur & arbor mala, quales sunt coram deo, Duo in versu scd'o, scz, iniustitia & opatio iniquitatis, quarū prior est p̄uaricatio & effectus malignitatis, & omissio colendi dei, posterior vero species cultus dei, sed inobedientia ac idolatria. In hījs em̄ duabus, vniuersitas malorū fructuū & operū cōprehenditur, q̄ circa diuina facimus, ꝙ vnū sit contraria facere operibus, & cultui diuino, hī̄ sunt holelim. Alterū simulata facere, & specie bona contra obedientiā dei, hī̄ sunt opatores iniquitatis. Tercius versus, peccata describit, quib⁹ contra homines peccant, quorū sunt tria. Primū mendacium, vbi alios verbo, exēplo & more suo seducūt a vero cultu dei in suas impias idolatrias, faciētes eos similes sibi in his q̄ ad deū pertinēt. Secundū. Odiū & oīa q̄ ex odio sequūtur, vnde viri sanguinū dicūtur. Terciū, dolus, & oīa q̄ hinc sequūt, dū nō nisi ꝓ suo cōmodo, vsu, voluptate, hominib⁹ vtunt. in quo oīa peccata peruersi amoris includūtur, Nā etiā dolus & fraus est in amore sexus carnali, vt patet, Cū em̄ odiū & amor sint principes oīm affectuū & operum, satis patet in his duobus, dū & odiū sanguinariū est, & amor dolosus est, vniuersām lernam vitiosȩ conuersationis & morū, cōprehensam esse, Odiū em̄ candidū contra vitia pugnat, & amor syncerus quȩrit ea, quȩ sunt aliorū, non sua.

Concludamus ergo totā sententiā, illi (inquit) mane venientes, non quidē orant, nec tui egent, nec exaudiri curant, saturi sunt, tot vitiorū repleti sordibus (.i. iustitijs suis) nec astāt tibi, nec offerūtur tibi, vt formentur a te, vt illuminētur, vt videant, sed contra te potius formant, & Idolo cordis sui (vt Isa.

xlvi. dicit)assimulant, de te secūdū suas opiniones iudicātes, vt non videant, sed magis excęcentur & indurentur, Quod ideo fiet, q̄m tu non (vt putant) diligis impietatē, sed odis iniquitatē, & abominaris eos oīno. Ego vero uenio & asto & offeror, vt former a te, vt sapiam de te secūdū te, vt videā & illuminer, Illi veniūt allaturi sua tibi bona & merita, ablaturi vero secū maiora sua pctā & mala, Ego venio postulaturus tua bona, & confessurus mea mala, quia illi sani sunt, medico non egēt, Ego infirmus & male habens, medicum quęro. Hoc est quod sequens versus psequitur.

Ego aūt in multitudine misericordię tuę introibo in domū tuam, Adorabo ad templum sanctū tuū in timore tuo.

Egregius versus, egregia sententia, verba antithesim habēt, habet & ipē sensus.

Duo em̄ sunt quibus hęc vita exercetur, Timor & spes, velut duo irrigua illa, Iudicū.i. alterū superius, alterū inferius. Timor puenit ex intuitu minarū & metuendorū iudiciorum dei, vt in cuius cōspectu nemo mūdus, nemo nō peccator, nemo nō damnabilis. Spes puenit ex intuitu pmissionis & suauissimarū misericordiarū dei, sicut ps̄. xxiiij. Reminiscere miserationū tuarū & misericordiarū tuarum, q̄ a sęculo sunt, vt in cuius conspectu nemo nō mūdus, nemo nō iustus, nemo nō saluus esse possit, Atq; in hijs duobus, tanq̄ inter molā inferiorē & superiorē semper oportet versari, nec aliqn̄ declinare, siue ad dexterā siue ad sinistrā. Hoc em̄ impiorū est, qui cōtrarijs duobus exercentur, securitate & p̄sumptione. Securitate declināt ad sinistrā, posthabito dei timore, vt ps̄ xiij. Nō est timor dei ante oculos eorū, p̄sumptione declinant ad dexterā, dū oīa sua deo placere p̄sumūt, sine timore dei, Quia cū sese peccatores esse nō agnoscant, necesse est, vt deū nō timeāt, cuius iudiciū nō consyderant, iuxta ps̄. ix. Aufferūtur iudicia tua a facie eius, Ita p iudicijs dei, ignauiam quandā dei sibijpsis obijciūt, pro misericordia dei, iustitiā suā ppriā, ita fit vt timere & sperare nō possint. Hęc est ergo antithesis quā ponit, Illi sine timore tui, postpositis iudicijs tuis tremendis, secure adorant te sicut pharisęus in Euāgelio Luce. xviij. deinde in multitudine iustitię suę intrant tēplū & veniūt i cōspectū tuū misericordia nō egētes. Ego vero cū mihi sim cōscius esse me nō posse corā te tuisq; iudicijs tutū

5. Psal.

de meipo desperãs, ita accedo ad templũ tuũ corã te sistẽdus, vt misericordiã tuã mihi ante oculos solã habeã, quæ multa, imo infinita est. Hac sola inspecta, audeo & tutus sum, sicut ps xxv. Qm̃ misericordia tua añ oculos meos ẽ, & complacui in veritate tua. Veniẽs aũt hac fiducia adorabo te ĩ tẽplo tuo, sed in timore tui, nõ p̃sumens, ꝙ ex me tibi sim placiturus, imo timebo, ne meũ obsequiũ & adoratio rephensionẽ mereantur. Quo timore tibi tuũ seruabo honorẽ, & meã custodiã humilitatẽ, dũ nõ meip̃m iustifico, sed humiliter tuũ tremendũ iudiciũ, in spe misericordię tuę ignoscentis expecto.

Vides ergo clare hui⁹ psalmi scopũ esse de diuersa religiõe piorũ & impioꝝ, humiliũ & superboꝝ. Compat eñ illos sibi in matutino isto ope, qđ ẽ intrare domum dñi, & adorare ad templũ sanctũ eius. Ibi eñ & opera & dogmata, omniũ & maxima & prima celebrant

Pulchra est etiã verboꝝ antithesis, sed pmutata. Nam misericordiã dei, q̃ spei obiectũ est, sine spei noie ponit, rursus, timorẽ, cuius obiectũ est iudiciũ dei, sine iudicij noie ponit, cũ potius misericordiã & iudiciũ, aut spem & timorẽ videat opponere debuisse, Verũ spei natura & eius obiectũ exprimẽdũ erat scz misericordia imo multitudo misericordiæ dei, qđ pij hoĩes plus satis timẽt & magna reuerẽtia ad deũ diuinaq; opa accedũt. Atq; hæc duo, spes & timor sunt oĩm lõge gratissima sacrificia & pia opa, quæ impij illi iustitiarij, vt nec docent nec intelligũt, ita nec faciũt, nec facere possunt. Plenus est (vt dixi) etiã hodie, totus mundus eorundẽ impietate, qui homines, in operũ & iustitiæ ꝓprię fiduciam tractos, non sinunt ad dei timorẽ & misericordię spem puenire, semper discẽtes, & nunq̃ ad scientiã veritatis perueniẽtes, Et vt Christus ait Matt. xxiij. Tulerũt clauem sciẽtiæ (.i. potestatẽ docendi scientiæ dei,) ipsi non iutroeũt & introeuntes prohibent.

Hos impios p̃sumptores, iudicioꝝ & misericordiaꝝ dei securissimos contẽptores, etiã Isa. i. copiose taxat. d. Quo mihi multitudinẽ victimarũ vestrarũ? cũ multiplicueritis orationẽ nõ exaudiam &c. quare? sequit, quia manus vestræ sanguine plenę sunt. Lauamini, mũdi estote &c. Ita nihil deo placere potest, nisi quod in humilitate gerit. Humilitas aũt esse nõ potest nisi in omni ope, q̃tumlibet bono, dei iudiciũ formidet, & de sola eius gratuita misericordia p̃sumat, cui pietati omniũ maxime repugnabat, quadã naturali ac ingenita p̃sumptiõe ppl's Israel, de lege & legis operibus miro tumore superbiens.

Q ij

61

Quæras, quo modo ad domũ dñi & templũ dei se intraturum ꝑmittat Dauid, cũ suo tẽpore, nec vlla domus dei, aut vllũ templũ staret, sed arca testamenti in tabernaculo Mosi, tũc vice templi erat, Sed & alio loco de domo dñi dicit, p̃s cxxi. In domũ dñi ibimus, Stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem. Et p̃s. cxxxiij. Qui statis in domo dñi, in atrijs domus dei nostri, vt suspicari possis hos psalmos nõ esse Dauidis, aut per Esdram, postea imutatos.

Lucratio.

Verũ mea temeritate, videtur quẽlibet locũ, in quo deus colitur, ꝓ domo dei accipere, Nã & illud notũ est, locũ illũ in quo Abraham sacrificauit, Bethel (.i. domũ dei) vocatũ esse, quẽ postea vitulis aureis Hieroboam conspurcans, Bethauen (.i. domũ iniq̃tatis) fecit, Sed & Iacob Gen. xxviij. cũ in mõte Moria, idest visionis in quo postea templũ Salomonis ędificatũ est, dormisset, erecto lapide dixit, Hic lapis vocabitur domus dei.

Domus dei quæ nam.

Quare mysticas interp̃tationes interim differens, volo domũ & templũ dei, oĩno locũ corpalem intelligere. scz eũ in q̃ conuenitur ad colendũ deũ, & audiendũ verbum eius, Qualis fuit ille in quo Cain & Abel obtulerũt, & verbũ dei audierũt. Qualia fuerunt postea oĩm patrũ Noe, Abrahe, Isaac, Iacob, Iob, altaria ĩ diuersis locis, donec ad Mosi tabernaculũ & templum Salomonis ventũ est, & nunc in plurimas easdeq́ magnificas ecclesiarum fabricas, sicut em̃ cultus dei nunq̃ defuit in mũdo, ita nec verbũ dei, Ideo in oĩni sęculo, opus est, vt loca fuisse concedamus, in quibus res diuinę fierent, quę tẽporum successu in eã quã videmus gloriã, & multitudinis & magnitudis creuerũt. Quid em̃ aliud egit Iacob Gen. xxxv. Qñ oblaturꝰ p̃cepit, vt Idola tollerẽt, nisi ꝙ nr̃o ritu p̃dicauit ꝟbũ dei?

Cũ ergo in cultu dei maxime regnet, tũ hypocrisis tum falsa doctrina, (cum semp optima simulet & cõtaminet,) ita vt & in duobꝰ primis fatribꝰ Cain & Abel pugnarĩt. syncera pietas & speciosa hypocrisis, ideo psal. iste contra hanc impietatis pietatẽ falsam, ac eius doctrinã, in cultu dei q̃ mane agit, maxĩe pugnat. Quid em̃ syncęre agat cũ hoibus in opibus inferioribus, q in sublimi isto & primo ope, dei cultu pu̾se & impie agit: vbi & species tanto nocentior est, q̃ speciosior & p̃stantiori opere similis est. Breuiter, nihil periculosiꝰ in mundo falsa religione seu idolatria. Hæc enim fons est malorũ, sub noĩe totius bonitatis.

Est ergo domus dei & templũ, cuiq́ sęculo & quibuslibet

5. Psal.

hominibus pijs suus locus, in quo deus colitur. Nam ibi vere habitare dicet, vbi vere colitur, pßertim cõi cõuentu fidelium suorum. Quare nec ppter magnitudinẽ vel precij vel spacij vel edificij, vel multitudinẽ ppli, Vnus locus plus altero dei domus vel templũ dicet, sed, (vt dixi,) ppter cõuentum multorum adorandũ, ad seruiendũ deo & verbum eius audiendũ. Iuxta illud psal. x. i. In cõueniendo pplos in vnũ & reges, vt seruiant dño, ita vt locus ppter pplm (qui vere est domus dei,) domus dei vocet & non pplus propter locũ.

Dominat vero mirum in modũ potens supstitio in tẽplis huiusmõi edificandis, sacrandis, seruãdis, per orbem, in quibus non tam curat, vt pia sit eius loci plebs, & syncerus cultus, ac purũ verbum dei, q̃ quõ ditione, diuitijs, splendore, pompa sumptu edificij & id genus mundanarum vanitatũ supbiãt, & vt cũ p s iste breuiter dicã, qdlibet potius agitur (proh dolor) in locis cultus diuini, q̃ vt in multitudine misericordiæ dei intret & adoret in timore dei, aut intrari & adorari doceat, cum in has res solas, instituant. Vnde non mirũ, q sepius fulmĩe feriant, q̃ domus prophanæ, q nulla loca pateant fedioribus abusionibus, iniquitatibus, simulationibus, q̃ hæc, quæ syncerissimis & plane diuinis dũtaxat officijs dicata sunt. Vt em in cæteris mala fiant, nomen dei tamẽ, nõ pinde polluitur, qd in his non inuocatũ est. At in sacris locis, semp duplex malum est, quicq d etiam simplex alibi est.

Domĩe deduc me in iusticia tua ppter inimicos meos, dirige in conspectu tuo viam meam.

Hebræus, sic habet apud Hierony: Domine deduc me in iustitia tua propter insidiatores meos, dirige ante faciem meã viam tuam.

Dixi, ab initio mundi semp fuisse & falsos oparios & mendaces magistros, sicut & Petrus docet. ij. Pe. ij. Ideo nunq̃ mundus caruit falsa regiliõe & idolatria. Hos vocat insidiatores, qa reuera nihil insidiosius hac neqtia serpentis. de q̃ multũ Aplus Corinthijs timuit scribens. Timeo ne sicut Euam serpens corrupit. ita & sensus quoq; vestri corrũpãtur a simplicitate q̃ est in Christo Iesu. Nempe dictio heb. schorerai, inimicos qdem significare potest, vt nostra habet translatio, sed pprie, q mala arte machinant malũ, hoc est per insidias, sub specie scz bona,

62

Phrenapatæ.

q̃s Ap̃lus phrenapatas, idest deceptores mentiũ vocat, eos pa͞cta, q̃ falsis opiniõib⁹ imbuũt hoiem, p̃sertim in ijs quę ad deũ pertinẽt. Et hæc significatio mire alludit ad scopũ hui⁹ psalmi, q͞p pijs ac syncęris hoïbus nulla sit pestis ęque metuenda, ac subdola machina falsę religiõis & eruditionis, ita vt oratiõe sola eam curare moneat hic versus. Hic est em̃ serpens qui insidiatur calcaneo nostro, vt viã purę pietatis nobis deprauet, quare nõ inepte transferret, propter seductores, deprauatores, corruptores meos.

Iustitiã dei, quam infra sepius habebimus, oportet vt assuescamus, fere canonica significatiõe, intelligere, nõ eam qua deus iustus est ipse, q̃ & impios damnat, vt vulgatissime accipitur, Sed vt. B. Aug. de spi. & lit. dicit, qua induit hominẽ, dũ eum iustificat, Ipsam scz misericordiã seu gratiam iustificantẽ, q̃ apud deũ iusti reputamur, de q̃ Ap̃lus Ro. i. Iustitia dei reuelatur in Euãgelio sicut scriptũ est, Iustus ex fide viuit. Et Ro. iij. Nunc autẽ sine lege manifestata est iustitia dei, testificata per legẽ & p̄phetas. Vocatur aũt iustitia dei & nostra, q͞p illius gratia nobis donata sit, sicut opus dei, quod in nobis operatur, sicut verbũ dei qđ in nobis loquiť, sicut virtutes dei, quas in nobis operať & multa alia, Sic psal. xxx. In iustitia tua libera me. Et Ro. x. Ignorantes iustitiã dei & suam volentes constituere, Iustitiæ dei non sunt subiecti. Vnde psal. xxiij. non inepte transtulit. hic accipiet benedictionẽ a domino, & misericordiam a deo salutari suo, cũ pro misericordia, hebreus iustitiam habeat q͞p benedictio dei & iustitia dei sint idem scz ipsa misericordia & gratia dei nobis collata in Christo. Atq; hic tropus loquendi de iustitia dei, quia alius est ab vsitato humanę locutionis modo, multas multis difficultates peperit, quãq; non sit penitus rejiciendũ. Iustitiam dei etiam tropo iam dicto, esse iustitiam, qua deus iustus est, vt eadem iustitia Deus & nos iusti simus, sicut eodem verbo, deus facit & nos sumus, qđ ip̃e est, vt in ipso simus & suũ esse nostrum esse sit. Sed hæc sublimiora q̃ locus nunc patiať, & alio sensu dicta q̃ illi sentiũt, Etsi vtilia & necessaria, pro alio tamen tempore dicenda.

Illud quoq; aptissime dictũ, q͞p heb. ante faciem meam viam tuam, vbi nos, in cõspectu tuo viam meã, habemus, prorsus cõtraria sententia. Et hebreus cum parte p̄cedente, velut tautologice consentit, q͞p iustitia tua & via tua, idẽ ferme sint. Via enim dei, est iustitia dei, in qua viuendum & ambulandũ est, nõ in via nostra aut iustitia nostra, Hec via dei, est & via iusto-

rum. de qua psal. i. dictum est. Quoniã nouit dominus viam iustorum, quã & Iohannes Baptista voluit, quãdo dixit, Preparate viam domini. Est autẽ via dei, quia sicut dicit, Leuitici xxvi. Ambulat in nobis, hoc est operatur in nobis, viuit in nobis, loquitur in nobis. Non enim vos estis, inquit, qui loquimini Non tamen falso dicit, nostra translatio, viam meã, quia operante deo in nobis, & nos operari recte dicimur, quãquam hoc operari magis sit rapi, duci & pati operatorem deum, sicut hic versus indicat, dicens, deduc me, dirige viam tuã, quo significat se non ex se agere, sed a deo duci & agi.

Nec illa pugnant sibi, ante faciẽ meam & in cõspectu tuo, Vtrunque enim tropus est sacræ linguæ vsitatus Q. omnia in cõspectu dei tanque presente deo, & in lumine vultus eius agenda sunt a nobis, quod non est nostri arbitrij, nec nostræ iustitiæ, sed diuinę gratię officium. Et sic hoc verbo nostra translatio ostendit viam meã intelligi viam dei, quod hebręus ostendit per viam tuam, Rursus per faciem meam ostendit hebręus, viam dei esse nostrã, quod noster ostendit per viam meam, quod nostrũ sit, faciem ad viam dei vertere, & viam nostram in conspectu dei ambulare. Eadem ergo est, Via dei ante faciem nostram, & via nostra ante faciem dei, vtrunque simul fieri necesse.

Accusat autẽ impios hic tropus & peruersitatẽ eorum percutit, vt qui versa in suã viam facie sua & verso ad viã dei dorso suo incedãt, sicut Leuit. xxvi. d. Si ambulaueritis cõtra me, incedã & ego aduersum vos in furore contrario &c. Viam suã suaque opera considerant & sequũtur, viam dei & opera dei negligunt, vt Isaie. ij. Opus manuũ suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. idem. v. Et opus domini nõ respicitis, nec opera manuũ eius consideratis. Hoc totum (vt sepe diximus) fit, quia viam crucis & vitam fidei, quæ cogit eos ponere quod sunt & sapiũt, exhorrent, colentes frustra deũ, mandatis & doctrinis hominũ, vt idem Isaias dicit. xix. & Matt. xv. repetitur.

Verbum dirigere, in scriptura celeberrimũ est, in quo commendatur rectitudo seu directio cordis, vt ps. cxviij. Cõfitebor tibi in directiõe cordis. Et ps. lxxij. Quã bonus deus Israel, his qui recto sũt corde. Et Cãticorum. i. Recti diligũt te, Adeo vt etiã absolute quãque ponatur directio, sic ps. xcviij. Tu parasti directiões. i. tu solus fecisti rectitudines, quicquid vsque recti cordis ẽ, tui muneris est. Hij enim soli diligũt deum & placent. Est autem hæc rectitudo sana opinio & sensus de deo, cui contraria est prauitas

dirigere.

63

Cor rectum qd

cordis, quā iam sepius diximus esse mētem cordis superborꝝ. consiliū impiorū, sapientiā carnis, & id genus similia, Vocaturq; rectū cor, qđ nō quærit q̄ sua sunt, sed q̄ dei, & simplici oculo directoq; prospectu in volūtatem dei figitur, hanc per omnia & ꝓspera & aduersa obseruat solā, nec aliud nosse vult aut obseruare.

Prauū autem cor, qđ quęrit q̄ sua sunt, ad seip̄m intentum oculo duplici videns, simulans sese dei voluntatē q̄rere, cū reuera in hocip̄o quęrat suā, quę prauitas tam alte inhęret vitiosę naturę, vt soli deo sit ꝑscrutabilis, Hiere. xvij. Prauū est cor hominis & inscrutabile, Quis scrutabit̄ illud? Ego dn̄s scrutās renes & corda. In hanc prauitatē sese abduci timens propheta pro hęreditatibus orat, vt dirigat̄ via dei ante faciē eius, idest vt in rectitudine cordis ꝑseueranter ambulet & viuat semper, quod fit pura & plena fide spiritus.

Igit̄, contra impios & iniq̄tatis operarios, q̄ derelicta obedientia dei, suis opibus deū colunt, ponit iustitiā dei & viā dei idest obedientiā dei, in qua se velut ouem deduci & dirigi petit, ꝑpter inimicos, insidiatores, subdolos & nocētissimos deprauatores hęreditatū dei, atq; id maxime in primo oīm opere, q̄d latriæ vocant, quo nullū magis patet impijs abusionibus, supstitionibus, heresibus, hypocrisi, mēdacio & vanitati, quorꝝ omniū nequitia est sese optimi opis specie vestire & vendere, ita vt satis inculcari nequeat ista cautela.

Quoniam non est in ore corū veritas, cor eorū vanum est. sepulchrum patens est guttur eorum. linguis suis dolose agebant.

Sic habet in hebręo distinctio versus, qui apud nos in duos pene diuisus est. Hiero. sic, Q̄m non est in ore eorꝝ rectū, interiora eorꝝ insidiæ, sepulchrū patens guttur eorū, linguā suam leuificant. Atq; oīa q̄dem recte, nisi q̄ insidias, rectius putāt vanitates hebraice dici, qđ parū refert.

Claret aūt loqui ꝓphetam de verbo doctrinę eorum, qđ accusat primū mendacij, deinde vanitatis, tertio nocētiæ, quarto fallaciæ, qua faciunt, vt specie bona vestitū, sit insanabiliter noxiū. Aperta aūt & plana sunt omnia ex p̄dictis.

Mendaces, inq̄t, hij magistri p̄pti oēs docere, os habēt & loquūtur, sed (vt. i. Timo. i. dicit̄.) non intelligūt neq; quæ loquūtur

quūtur

quuntur, neq; de quibus affirmant, idest neq; verba neq; rem intelligũt, ideo non est in ore eorũ rectũ, & si videantur omniũ rectissima & verissima docere, deniq; sicut Iamres & Mamres restiterunt Mosi, ita & hij resistũt veritati. i. Timo. iij. Ausi cum oĩbus cõtendere, etiã persequi alios meliora sapientes. Eadem sententia dicit Iob. xlij. Nõ em̃ locuti estis rectũ corã me, sicut seruus meus Iob. Quod autẽ non loquũtur rectũ seu verũ, in causa est, quod operãtur iniquitatẽ & prauitatem, hoc ẽ ĩ omĩ sua doctrina id agunt, vt homo quærat q̃ sua sunt, suis meritis & operibus fidat, aut saltem hoc malũ non tollũt, neq; dedocent, neq; redigũt hominẽ ad nihilũ, vt stultus fieret, atq; peccatorem se agnosceret. Ita fit, vt cũ adorãdus sit deus ĩ timore, & vt p̃s. ij. dictũ est, seruiendũ ei in timore, exultandũ cum tremore, in multitudine misericordię dei om̃e opus (vt vocant) latrię perficiendũ, illi reddant securos & p̃sumptores de opibus suis. Hoc em̃ agũt & tres illi amici Iob, per totũ cõtentionis suæ contexrũ, nihil de misericordia dei (quã Iob vnice extollit cũ timore iudiciorũ eius) sed tm̃ de iustitia, bonos exaltãte, & malos damnante disputantes. Quare recte a deo reprehendũtur, tanq̃ non rectũ locuti, cũ verũ sit, neminẽ apud deũ iustũ inueniri in suis operibus, q̃tũlibet magnis & multis. Rursum tñ certũ est, iustũ esse quicũq; in eum (etiã sine operibus) confisus fuerit, Qua fiducia securus est, om̃ia sua placere deo, & nihil sese peccare ac peccasse, in q̃ verbo Iob tanq; blasphemũ criminabantur amici sui, ex plaga ei illata diffinientes eũ oĩno peccasse & meruisse iram dei, quã rursus bonis meritis posset auertere.

At dices, quid faciam, q̃n, tam eximias loquũtur sentẽtias, ac tam rectas ac veras, vt nulla ratiõe possint improbari, sicut amici Iob, deniq; cũ ipsa verba dei loquãt e media scriptura?

Respondeo, de his potissimũ loquit̃, qui verbũ dei adulterant. Hoc em̃ velamẽ nequitię reuelat, dũ dicit. Interiora eorũ insidiæ, seu vanitates, ac si dicat, speciosa sunt verba, & sancta & vera, sed non vere aptantur, ad falsam intelligentiã assumũt̃. Vnde Hiere. v. Circuite vias Hierusalem, & aspicite & consyderate & quęrite in plateis eius, an inueniatis virũ facientẽ iudicium & quærentem fidem, & propitius ero eis. Q; si etiam viuit dñs dixerint, & hoc falso iurabunt. Idem. Qui habet sermonem meũ, narret sermonẽ meũ vere. Quid aliud hoc est, q̃ sermonem ipsius dei & vere & vane dici posse? Ideo in specie quidam recta videntur docere, sed interiora vana sunt, & cor eorũ vanũ est, Non em̃ id sapiunt qđ verba vere docent, sed id

volunt verbis videri significari quod ipsi sapiũt, ita veritas operculũ fit mendacij & vanitatis, & satis apte hac oratione (interi ora eorũ vanitates) exprimit doctrinę hypocritarũ vim, quod aliud foris simulent, aliud intus alant, simulant pietatẽ & alũt impietatẽ. Hic est angelus Satanę in angelũ lucis transformatus hæc astutia serpentis ostentans diuinitatẽ obtinendã, hæc religio angelorũ, de qua Apl'us Coll. ij. Nec absurde & hij dicũt, qui idem vocabulũ, hauoth non insidias tm̃, ac vanitates, sed etiã peruersitates significare dicũt, quia reuera puersores sunt verborũ dei, vt Hiere. xxiij. peruertistis verba dei viuentis dñi exercituũ, Qua peruersitate & sibij psis vanifiũt veritate & alijs insidiosi, iuxta Paulũ. ij. Timo. iij. falsi & fallentes pficiunt in peius. Hec peruersitas olim figurata est in oĩbus Idolis ac sculptilib⁹ & conflatilibus, quod nõ obscure indicauit Moses Exo. xxxij. vbi descripturus formationem aurei vituli, dicit, Aaron ex inaurib⁹ mulierũ sumptis finxisse seu formasse ope fusorio & fecisse vitulũ cõflatilẽ, vbi in hebręo pro ope fusorio, stilo habetur, q̄ videlicet futurũ erat, vt verba dei quæ sunt in aures filiarũ Israel, animarũ credẽtiũ, vnicũ ornamentũ nr̃m, mutarent in formas intelligẽdi ad suũ sensum impij doctores, & inuicẽ populi q̄rerent mgr̃os prurientes aurib⁹, & rectores ad fabulas (vt Apl'us ait) cõuerterent. Nã & Hieremias. viij. Mosen ferme interp̃tans dicit, vere mendaciũ opatus est stilus mẽdax scribarũ. In idẽ. c. ix. & Isa. xliiij. longo sermone de formatiõe Idoli loquũtur, Sed & apud Ezech. xvi. Hierusalẽ arguitur, q̄ ornamenta aurea & argẽtea dñi, sibi data, tulerit & fecerit sibi imagines masculinas, & fornicata sit cũ eis.

Aurei vituli formõ & signifĩcã.

Verũ hęc oĩa iocus ppe sunt, si ad nr̃a secula rẽ cõpares, vbi nihil ęque iactatur, atq; cultus dei & Eccl'ia domus dei, cũ interim nemo minus colat deũ, q̄ꝫ qui tot ritibus, tot inuentis nouis operib⁹, alij discordiã alũt, alij gloriã q̄runt, alij questũ venantur, & oĩno ea q̄ nostra sunt querimus, quib⁹ tñ oĩbus p̃texuntur verba dei, vbi docent, orandũ esse, bonũq; opandũ & similia, aut quod malũ, quod monstrũ, quod portentũ hodie non velatur nomine tremendo dei & sanctorũ Petri & Pauli & Ecclesiẽ cum (vt alia taceã) & religiosę p̃ cęteris factiones, non nisi ad inuidiam mutuã, & saturandũ ventrem religiosę sint, quę tñ hũc & similes psalmos quottidie p aliorum salute emurmurant, fronte scz ęrea fortissime armati, ne sentiãt quã o ęstu verba pphetę, cõtra ip̃os sui emurmuratores sonẽt

Cultus diuini neglectus nostro tempori.

Sepulchum patens est guttur eorum.

Non est dubiũ, quin his verbis mira auxesi positis, voracitatẽ

inexplebilem significet, nō cōtentus q̄ guttur eorū sepulchro comparit, quod p̄ se oēs deuorat, sed patenti & ad deuorādū insatiabiliter parato. Tribuit aūt his impietatis Magistris scriptura sancta, p̄ cæteris auaritiam & deuorationem populi, vt Christus Luce. xx. dicit. Scribas deuorare domus viduarū orantes oratione longā. Et Miche. iij. Qui comederunt carnem populi mei & pellem eorū desuper excoriauerūt, & ossa eorū confregerūt & conciderūt sicut in lebete, & quasi carnē in medio ollę. Et paulo infra. Hæc dicit dn̄s deus super ꝓphetas qui seducūt populū meū, qui mordent dentibus, & p̄dicant pacē. Et siquis nō dederit in ore eorū quippiam, sanctificāt super eū pręliū. Item Amos quarto. Audite hoc verbū vaccę pingues, qui estis in monte Samarię, quæ calūniam facitis egenis & cōfringitis pauperē, quæ dicitis dn̄is vr̄is, afferte & bibemus

Sed copiosius Isaias. lvi. Speculatores eius cęci omes, nescierunt vniuersi, canes muti non valentes latrare, videntes vana dormientes & amātes somnia, & canes impudentissimi, nescierunt saturitatem, Ipi pastores ignorauerūt intelligentiā, omes in viam suam declinauerūt, vnusquisq; ad auaritiā a summo vsq; ad nouissimū, venite sumamus vinū & impleamur ebrietate, & erit hodie sicut cras, & multo amplius. Hęc, si cōsyderes rectores Ecclesiasticos hodie, & eos q docere vident̄ pp̄los, nō indigebis glosa. Quid em̄ attinet Romoaꝝ & oīm pontificū, sacerdotū, religiosoꝝ auaritiā incredibilē, Ingluuiē, pompam & luxū plusq̄ mūdanū recensere, cū sua ipsorū impudētia, sese fabulā vulgi & exemplū quottidie his rebus faciāt? vbi em̄ nō auaritia cleri vulgo cantata? Atq; hęc oīa eo titulo, q̄ populo dei p̄sint, nōne recte sepulchrū patens guttur eoꝝ dixerit? qui oīb9 oīa rapiētes, nec sic expleti, sicut hodie, ita & cras & m̄lto ampli9 deuorare anhelāt, Offendūt cū hęc dicūtur, & seditiosa & auriū piarū offensiua verba hęc sunt, verū offendebāt etiā & seditiosa erant, qn̄ ꝓphetę ea dicebant optimatib9 Synagogę, ita vt tāq̄ hęretici & rebelles maiorib9 cū ignominia occiderēt

Idē Isā. v. Expectā vt faceret iudiciū, & ecce iniqtas, & iustitiā, & ecce clamor, Ve q coiūgitis domū ad domū, & agrum agro copulatis vsq; ad terminū loci, Nūqd habitabitis vos soli ī medio terrę? In aurib9 meis sunt hęc dicit dn̄s. Itē Amos vi. Ve vobis q opulēti estis ī Zion, & cōfiditis ī mōte Samarię optimates, capita populoum ingredientes pompatice domum Israel. Transite in Calanne & videte, & inde in Emath magnam, & descendite in Geth palestinorum, & ad optima.

R ij.

Avaritia & devoratio tribuitur [illegible] & impietatis Magistris

queq; regna horũ, si latior est terminus eorũ termino vestro, qui separatiestis in malum diẽ. qui appropinquatis solio iniquitatis, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis ĩ stratis vestris, qui comeditis agnũ de grege, & vitulos de medio armẽti, qui canitis ad vocem psalterij, bibentes vinũ in phialis & optimo vnguẽto delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph.

Sed temperandum est mihi a pluribus adducendis, ne in sacros Canones peccasse videar, & cũ ꝓphetis velle patrimonia Christi, & res Ecclesię contemptis censuris alienare, & illicitas tpales has possessiões regnorũ & prouinciarũ asserere, neq; em̃ satis tutus hic fuerim, vel oĩbus ꝓphetis & Apl'is stipatus a facie sacratissimi iuris pontificij, satis est, ꝙ hic ꝓpheta Amos, id'o regna ĩ circuitu Israel posita, licet ampla & ditissima, post posuerit diuitijs sacerdotũ & delicijs seniorum plebis, vt nobis interpretaretur. quid sit guttur eorũ, qd' sepulchrũ patens appellatur, quod hodie potius os inferni dixeris, vt Isa. v. dicit, & animam inferni dilatatam absq; termino, adeo nouis semp artibus q̃ritur, & modicũ illud reliquũ populi, quo vix viuit, cęteris oĩbus iam dudũ deuoratis, & implet illud q̃q; ps. xiij. Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis.

Igitur hoc sensu cũ doctores impij viã dei nõ doceãt, nec alid' q̃rant, in deo etiã, q̃ quę sua sunt, sequitur ꝙ multo magis in hominib⁹ q̃rant q̃ sua sunt, Ita vt cum fiducia Paul⁹ Phil. iij. audeat eos appellare, canes dicẽs, videte canes, videte malos operarios, videte concisionẽ. Et infra. Quorũ finis interitus, q̃rũ deus venter est, Sed ad Titũ eosdem appellat mendaces, malas bestias, ventres pigros, vtrobiq; em̃ de doctoribus loquit' seductorib⁹. Quare & ꝓpheta sancta indignatiõe eorũ detestat⁹ nequitiam, fœdo nomine eoꝝ taxat concupiscentiã, ac si dicat Quid em̃ isti porci faciũt, impia sua doctrina, q̃ perdũt aĩas, nisi ꝙ suo ventri seruiũt, dũ per eam populo decepto, rapiũt, congregant, augent, non nisi terrena sine fine & modo insaturabiles voratores, deniq; sicut Aplũs ad Titũ fœdissima tapinosi eos ventres appellat, ita hic videt' eos guttur appellare. q. d. Vos toti guttur estis, & aliud nihil, idq; velut sepulchrũ patens, cũ in aliud nõ incũbatis, q̃ vt voretis hominũ substãtias quo tropo dicimus, nõ malus, sed malicia, & scel⁹ ꝓ scelerato, ita venter ꝓ ventris studioso, guttur ꝓ gutturis studioso, voracitas ꝓ vorace, alemanice, Es ist mit dyr nur fressen vnd sauffen

Adiecissem & aliam intelligentiã, ꝙ ideo appellent' guttur,

Canes vel mali operarij.

Guttur [illegible]

quod sepulchrũ patens est, quia deuorent animas eorũ, impio verbo & opere ĩ infernũ, quã B. Aug. tractat, sed videt̃ paulo remotior a sensu literali, eam omitto, quod facilior quoq; sit, q̃ hęc literalis, p̃sertim q̃d ad contextũ p̃cedentiũ & sequentiũ pertinet, tamen alterius iudicio, non p̃iudico, Igitur cũ populorũ Magistri titulo iustissimo, sicut Leuitę, a pp̃lo metunt carnalia, dũ seminant sp̃ualia, fit auaritia & ignorãtia vię dei regnantib9, vt p̃ spiritualibus seminent, impia dogmata carnem sapientia, quę quia plus placent stulto vulgo, q̃ vere sp̃ualia, facile seducũtur, & interim illi carnalia eorum metũt, donec & fundos eorũ absorbeant cũ vniuersa substantia, vt sic illi pro impio labore, impiorũ in hoc sęculo obtineant fœlicitatem, hĳ vero pro impia pietate, & in corpe & anima duplici contritione conterant̃, Nec vacat quod guttur eorũ magis sepulchro comparit, q̃ vlli alteri voracitati, forte q̃ sola substantia rerũ de impio ministerio & titulo acquisita, eius sit infelicitatis, vt ad nullũ vnq̃ pietatis vsum redeat, sicut cadauera semel sepulta ad vitã non reuertũtur, Nõ em̃ dicit scriniũ patẽs guttur eorũ, quasi spes sit recipiendi aliqñ, q̃d illatũ fuerit, Sed sepulchrũ in q̃d vbi intuleris quippiã, nõ sit spes vlla recipiendi. Nam habent sane & hodie hanc gratiam Chr̃i & Ecclesię patrimonia, p̃sertim ampliora, vt scortis mulionib9 & oĩno ĩfimę feci mortaliũ, ita seruiant, etiã per testamenta & successiones, vt digna non sint fidelibus Christi pauperibus obuenire, sicut habent & prouerbia & experientia, quare multa deuorare, & nemini fideliũ Christi eadẽ cõmunicare, hoc ẽ operariorũ Auen .i. Martyrũ diaboli priuilegiũ. Hinc prouerbium quoq; venit q̃ vsu & contactu noceant res (vt vocant) sp̃uales, & cõsumãt om̃s alias, quib9 mixtę fuerint, quod alĳ putant, quia tam sacrę sunt, & diuinis dicatę. Alĳ vero q̃ tã execratę, & velut Hiericho in anathema positę, ne vnq̃ seruiant cũ rebus boni vsus ipsę suo priuatę vsu.

Vltimo, q̃ linguis suis dolose agunt, linguas suas leuificãt, seu vt heb. linguis suis adulantur & blandiũtur, hoc ad p̃cedẽs pertinet, Nõ em̃ id negocĳ sibi dari putant, populo vt p̃sint quas docent pietatis sententias, sed vulgo vt placeãt, quas narrant impietatis fabulas, Idem̃ curant, ne populi aures offendant, vt ipi pingues sint & abũdent, Sũtq; de numero illorum de quibus Isa. xxviĳ. Loquimini nobis placentia. Et Paul9 ad Timo. Aceruabũt sibi magistros prurientes aurib9. Et ad Ro: vlt. Qui per dulces sermones & suaues p̃dicatiões corda sedu-

60

eunt innocentũ, hĳ em̃ non Chr̃o dñ̃o nostro, sed suo ventri seruiũt. Itaq; veritatẽ hĳ nõ loquũtur timore penurię ignobilis, dicũt aũt q̃ vulgus libenter audit, spe abũdantię, atq; ita fiũt sepulchrũ patens. Has leues, blãdas, sed dolosas (vt nostra habet trãslatio) liguas om̃i veneno aspidũ nocẽtiores & pestilentiores hoc verbo percutit, siquidem veritas aspera est, verbũ crucis horridius, q̃ sit Iohãnis Baptistę Camel⁹, nõ em̃ mollibus vestitur vox clamantis in deserto impietatis, Ideo necesse ẽ verbi dei nunciũ aut pauperẽ esse, aut nõ diu diuitẽ manere, Atq; hinc nata est vna hodie oĩm excusatio, qua se excusant, q̧ nõ docent & dicũt veritatẽ, nempe q̧ hinc sit secutura ruina Ecclesię, Monasterĳ, & patrimoniorũ Chr̃i, & nõ parũ gutturi & ventri detrahendũ, Quare vt guttur maneat & sit eo patentius sepulchrũ, leuificãda est lingua, blandiendũ est vulgo, cõniuẽdũ vitĳs, tũ si sunt maiores, etiã vitia ꝓ virtutib⁹ iactãda. Quicquid dixerint, fecerint, nõ fecerint, vt diuina oracula habenda, contraria vero om̃ia hęretica & impia arguẽda persequenda, tũc em̃ tutũ erit guttur, satis securus venter, tũ nõ excõmunicaberis, nec p̃benda priuaberis, quin si ampli⁹ linguam leuificaris & blandi⁹ adulat⁹ fueris, dilata guttur tuũ, erit patẽtius sepulchrũ, & venter tuus distẽdetur, obrueris beneficĳs & donis, ornaberis laudibus. Aurei erũt tui sermões, digni cedro tui libelli, & quicquid calcaueris rosa fiet. Hĳs adulatorib⁹ mũdũ esse hodie refertũ, credo cuiuis expositũ esse, qñ & religiosi ipsi in hoc linguę leuificandę studiũ toti ęstuant. Ita fit qđ Ezechiel dicit. c. xiĳ, Ve qui cõsuũt puluillos sub omni cubito manus, & faciũt ceruicalia sub capite vniuersę ętatis ad capiẽdas animas. Et cũ caperent animas populi mei, viuificabant aĩas eorũ, & violabant me (.i. veritatẽ, falsam de me opinionẽ docendo) ad populũ meũ ꝓpter pugillũ ordei & fragmẽ panis, vt interficerẽt animas q̃ nõ moriũtur & viuificarent animas q̃ nõ viuũt, mentiẽtes populo meo, credenti mẽdacĳs. Quę sententia pulcherrima quid velit, & qũo hũc locũ totũ exponat. Sequitur. Dirumpã ceruicalia vestra (.i. blandos sermones & χρηστολογιας, vt Apl̃us vocat) & liberabo populũ meũ de manu vestra, neq; erũt in manib⁹ vestris ad prędãdũ, Ecce guttur & pugillũ ordei &c̃. Sequitur vero, ꝓpterea qđ fecistis mereri cor iusti mendaciter (oportet em̃ adulatorem non mõ falsa impios docere, sed etiã vera iusti dogmata persequi, alioquin guttur eius cito claudetur) quẽ ego nõ contristaui, & cõfortastis manus impĳ, vt nõ reuerteretur a via sua mala vt vi-

Guttur sacrifican- | pulcrorum dum sacri- | bitur -

NB ::
Ornari laudibus.

142

ueret, ꝓpterea vana non videbitis & diuinationes amplius nō diuinabitis &c. Patet ergo nostrū translatorē dolosam linguā intelligere adulatricē & blandientē linguā, quæ ꝓ terrenis his reb⁹, impia ipios docet, & pia piorū ꝓseq̄t, ideo i ore eorū nō ē rectū & iteriora vana, puersa, isidiosa, & patet sens⁹ hui⁹ v̄s⁹.

Displicet mihi ipi prolixa ista mea verbositas & icōposita saliua, quod tot verbis inculco, breuissima verba spirit⁹, verū quando consydero me non doctis, nec acutis, nec ingeniosis scribere, sed simplicibus & vulgaribus maxime clericis, videor mihi nimio adhuc breuis & parcus esse, ꝑsertim in his rebus, q̄ vt summe sunt necessariæ scitu, ita superstitionib⁹ & idolatriis ꝑ orbem oppressę, cordibusq; hoīm iam longo vsu alienæ, vt mihi opus videatur esse, vel continuis tonitruoꝝ vocib⁹, q̄bus terrestris homo cōcutiatur & expergiscatur, Quare delicatus lector aut hęc non sibi scripta nouerit, aut memor sit se patientiā debere infirmioribus & rudioribus, sinatq; me exēplo Iacob patriarchę Geñ. xxxiij. cū turmis paruulorū & ouiū & boū paulati eorū vestigia seq̄, sicut videro eos posse, ne si pl⁹ eos ambulādo laborare fecero, moriātur vna die cūcti greges &c.

Iudica illos deus, decidant a cogitatiōibus suis, sc̄zm multitudinē impietatū eorū expelle eos, qm̄ irritauerunt te.

Prior ꝑticula hui⁹ versus apud nos ad ꝑcedentē nectit̄, nec ad sensum hoc multū facit. Propheta impios hypocritas & operarios iniquitatis, hucusq; descriptos & accusatos, iā petit tales decerni iudicio diuīo, qḋ iuditio hoīm ꝓbent̄, excusent̄ & defendāt̄ tā̄q̄ iusti & veraces, nec possit cis hoc nomē aufferre, quasi cū Hiere. v. dicat. Stupor & mirabilia facta sunt in terra, ꝓphetę ꝓphetabāt mēdaciū, & sacerdotes applaudebāt māib⁹ suis, & ppl̄us me⁹ dilexit talia, Quid igit̄ fiet i nouissimo ei⁹? Quis eī̄ resistere possit iis, q̄ suffragio & vulgi & maiorū tuti sūt? At sic hn̄t impii opar ij aduers⁹ vnicū veritatis ꝑconē, ideo necesse ē eū m̄ltas scādalosas, seditiosas, offensiuas piarū auriū erroneas & hęreticas ꝓpōes ꝓferre, dānādas tā sacerdotū & principū, q̄ꝫ populi iudicio, Ipē interim q̄d? vnū hoc, qḋ orat deū ꝓ sententia, ei causam cōmendans.

Hębreū verbū, qḋ iudica illos, versum est, Hiero. vertit, cōdēna eos, significat ꝓprie hoc iudiciū, q̄ ostēdūtur quales sunt, reuelata eorū impietate, quo sensu & Paul⁹ loquit̄. ij. Timo. iij Insipiētia eoꝝ manifesta erit omnibus, sicut & illoꝝ fuit, vltra

dehcaty lector
NB. ǒ diuj ne
Luthere.

non proficient, q. d. ꝓpheta, fac, vt ſicut modo omnib⁹ probantur, amantur, iactantur, ita reuelata eorũ inſipientia odiantꝰ, eijciantur, deteſtentur, vt homines videant ſeſe probaſſe male, quod tu damnaſti. Hoc enĩ vidimus & videmus in oĩbus hereticis obtigiſſe, vt primũ quidem hominibus placuerint, ſed poſtea diſſipata ſunt oſſa eorũ (vt p̃s. xiij. dicetur) confuſi ſũt, q̃m deus ſpreuit eos, interim ferenda eſt eorũ gloria & iactãtia, & plauſus & pompa. Ego vero (vt Hiere. xx.) interim factus ſum in deriſum tota die, oĩes ſubſannant me, quia iam olim loquor vociferans iniquitatẽ, & vaſtitatem clamo. Et factus eſt mihi ſermo dñi in opprobriũ & in deriſum tota die &c̃. Non ergo tm̃ ad extremũ iudiciũ hęc pertinent, ſed eſt oratio, vt veritas triumphet iudicante deo, quam illi opprimũt, iudicante humano die. Iudica tu deus, quia male iudicãt hoĩes.

Decidant a cogitationibus ſuis, Cogitatiões hoc loco eadẽ dictio eſt, q̃ p̃s primo, Conſilia impiorũ ſignificauit, quare nõ ſimplices cogitatiões, ſed vt ibi & iam ſatis dictum eſt, Impias opiniones, ſenſus, mentem, dictamina rationis, de deo, diuiniſq; operib⁹ & verbis, humanit⁹ inuẽtas, & doctrina alijs traditas, ĩtelligim⁹ Vnde tapinoſis ẽ in vtroq;, i. cogitatiõib⁹, & ĩ ſuis, ſuę ſunt, non dei cogitationes, iuxta illud Iſa. lv. Non enĩ cogitationes meę, cogitatione veſtrę, nec vię meę, viæ veſtræ, q̃m ſicut exaltantur cęli a terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meę a vijs veſtris, & cogitationes meę a cogitationibus veſtris. Quid his verbis indicat, niſi cogitationes hominũ q̃ũlibet ſanctas, eſſe terrenas, vanas & mendaces, Iuxta illud p̃s. Deus ſcit cogitationes hominũ, q̃m vanę ſunt: ita cogitationes appellat, tapinoſicos, tanq̃ vagos & inſtabiles animi motus (hoc enĩ eſt cogitatio) quę illis videntur ſtabiliora & perenniora decreta, marinis rupibus. Sed & Paulus Heb. xiij. cum monet ne varijs & peregrinis doctrinis abducantur. & Ephe. iiij. Ne omni vento doctrinę circũferamur, has vagas muſcas, Aegypti plagã ſatis ſignificat, Chriſtus quoq; Iohãnis doctrinã ob idem negauit arundinẽ eſſe, quę vento agitetur. Matt. xi. Noſtra aũt fidei doctrina, firma petra, rupes, ſaxũ eſt, irridens tã ventos q̃ fluctus maris totius ĩeternũ, ideo & iuſtitia eius in ſeculũ ſeculi.

Verũ quid hoc, quod non cogitationes, ſed ipſos cadere optat? B. Aug. arbitratur hũc verſum eſſe ꝓphetantis, nõ orãtis, aut ſi orãtis eſt, orari, vt bene cadant, & mutentꝰ ad ſanas dei cogitationes, & placet eius ſententia, verum tropus iſte hypallagicus adhuc vrget, qui mihi videtur eſſe ſimilis ſententiæ cũ illo

Haeretici eorum interitus et confusio.

Cogitationes impiorum.

NB.
Doctrina et fides mea non debet esse arundo quia vento agitatur, sed firma petra, rupes, et saxum irridens tam uentos quam fluctus maris totius in aeternum; ideo iustitia iusti in saeculum saeculi.

illo p̃s lxxx. diuertit ab oneribus dorsum eius, Q; videlicet in mũdo, vbi regnant principes tenebrarũ, frustra quisq̃ moliat̃ ne sint impię doctrinę & cogitationes, cũ necesse sit venire scãdala, Verũ id curandũ, vt nos a doctrinis & cogitationib⁹ ipsis auertamur, quæ nobis pertinaciter nituntur adhærere, & adeo non cadũt a nobis vnq̃, vt assidue etiam irruãt in nos, & obstinatissime impugnent. Quę si ita sunt, apparet eos, qui nullas volũt reliquas hęreses, errores, impietates existere, aliud nihil conari, q̃ vt exustis hęreticis ipsi soli sint libere hęretici, pugnã em̃, nõ ociũ nobis indicat hic versus, contra cogitationes hominũ, dũ non ipsas, sed homines ab eis cadere p̃catur, Glutino em̃ oĩm tenacissimo & fornicãtissimo amore sibi adhęrẽt, cor humanũ & suũ consiliũ, ita vt magna & vi & opera etiã g̃ræ dei opus sit. Cadere autẽ potius q̃ʒ auertere voluit dicere, q; a superbia ad humilitatem venire eos optat, Cogitationes enim inflant, vt se peccatores non possint agnoscere, nec humiliari ad gratiã dei.

Qui vero volet p̃phetãtis sensum sequi (qui mihi placet) facile & hoc faciet. Q; impij cadent a suis cogitationibus, qñ fiducia earum ruit, ita vt nequeant eas stabilire, non secus atq; in structura Babylonicę turris monstratũ est (nam illic officium, studiũ, opus & finis, impiorũ doctorũ pulcherrime adũbratũ est) vbi qđ cęperant non poterant consũmare, Qđ & Christ⁹ in parabola ędificantis turrim depinxit. In hoc sensu p̃s. xx. loquitur. Cogitauerũt consilia, quæ non potuerunt stabilire. Cadunt ergo a consilijs perficiendis, dũ pereunt relicto post se monumento, quo oẽs vident, quid fuerint machinati, & nõ p̃ualuerint, sicut Arriani ceciderunt, sed memoria eorũ & cogitationes eorũ ab eis desertę & non perfectę oĩm irrisioni & fabulę, reliquę sunt, tale iudiciũ hic propheta & p̃dixit & imprecatus est om̃ib⁹ impijs cogitationũ suarũ magistris & op̃arijs, vt cadant, & nõ perficiant quę cogitãt aduersus pietatem, hoc fit, cũ iudicantur a deo (de quo dictũ est) donec em̃ iudicantur ab hominibus, crescunt & surgunt in cogitatiões suas.

Cur etiam non simpliciter dixit, Expelle eos, sed addit s̃m multitudinem impietatũ eorũ. Ac verbũ expelle, dispersionẽ in heb. significat, quo modo autores turris Babylonis diuisi & dispersi sunt in omnẽ terram, & cessauerunt ędificare ciuitatem Geñ. xi. Quod & B. virgo dicit, Dispersit superbos mẽte cordis sui, Cui rei cũ suis vulpibus p̃lusit Samson, Iud. xv. Sic em̃ regnũ in seip̃m diuisum desolatur. Neq; em̃ vlli vnq̃ hæretici

S

Pugna cum Cogitationibus malis

victi sunt, vi aut astu, sed mutua dissensione, nec aliter cum eis pugnat Christus, q̃ mixto inter eos spiritu vertiginis & dissensionis, sicut inter Sicchimitas Iudic. ix. inter Babylonicę turris oparios, & in nostro testamẽto inter Arrianos, Donatistas, Pelagianos, sed & Iudęi nouissima vastitate, perierũt dissensiõe, Ita vt Hilarius sanctus vir, gloriet̃ in li. de tri. Bellũ hæreticorũ esse paecm Ecclesię, Ad dissensionẽ em̃ eorũ sequit̃ & corpalis eorũ dispersio, Hoc Christus nimirũ significat, cũ fortẽ armatũ armis spoliandum ita describit, vt vniuersa distribuenda & dispergenda asserat, in quibus ille cõfidebat, sic & Oseas. x. similem iniquitatũ multitudinẽ describens, diuisione eos perituros denũciat. d. Vitis frondosa Israel, fructꝰ adęquatus est ei, sꝫm multitudinẽ fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terrę suę exuberauit simulachris, diuisum est cor eorũ, nũc interibũt, ipse cõfringet simulachra eorũ, depopulabitur aras eorũ. Quę verba aptissime hunc versum exponunt, Quid em̃ multiplicatio altariũ sꝫm multitudinem fructus sui significat, nisi illud, Israel creuit in multas ciuitates, & tot sibi altaria erexerũt, iuxta illud Hiere. ij. sꝫm numerũ ciuitatũ tuarum, erãt dij tui Iuda, qua diuisione mox sibi accelerant dispersionẽ, dum vnaqueq; pars alterius optat ruinã, q̊ sua solius statuat.

Est ergo sensus, multis modis sunt impij, multas supstitiones & Idolatrię varia genera perpetrant, sunt in seip̃os q̊q; diuisi, sicut Pharisei & Saduceij, & eorundem nr̃o sęculo ęmuli, quare sꝫm hanc, disperge eos, vt desinat eorꝫ impietas amisso concordię robore. Quę si vera sunt, videtur Ecclesię iminere grandis persecutio, vastitas & dispersio, quę in tot sectas diuisa mẽbris sibi misere pugnantibꝰ, vehementi cõquassatione minatur ingentem ruinã, nõ iã tot altaria, quot ciuitates, sed pene quot capita, adeo perijt fraterna charitas, sine qua quicq̃d viuitur, Idolatria sit necesse est, quia nõ q̃ritur id qđ dei est, quo fit, vt oĩm sacerdotũ & religiosorũ, populorũq; speciosas cõuersationes, posthabita charitate (sicuti nunc est Ecclesię facies) recte appelles multitudinẽ impietatũ, sꝫm quã & diuisi sumus, & dispergemur prope diem vnusquisq;, vt Isa. liij. in viã suã, sicut nobilissime (vt dixi) vulpes Samsonis figurant, vultibꝰ disiũctis, caudis igne coniũctis.

Q m̃ irritauerũt te heb. Amaricauerũt te, diximus p̃ cęteris peccatis, hoc maxime vrere & exacerbare & amaricare, quo id omittitur qđ pręceptũ est, & aliud fit velut melius, qđ non est pręceptũ, Auen scz ip̃a inobedientia, Idolatria, operatio ini-

quitatis, Ideo propheta eis tribuit, qđ irritāt & amaricāt deū, quod & alij pphetę faciūt, vbi domū Israel amaricatricē, exasperatricē, irritatricē, exacerbatricē (vt dictū ē) appellāt.

Notandū vero ꝙ nomen impietatū, hoc loco aliud est a vocabulis pcedentibus, nō em̄ Auen aut Rescha, sed pescha hic ponitur, qđ generale nomē est ad omnē trāsgressionē. Isaie i. Filios enutriui, ipi aūt spreuerūt me. i. peccauerunt in me, seu transgressionib9 suis spreuerūt me, vnde & Hiero. trāstulit sz m multitudinē scelerū eorū. Quæ aūt sint illę transgressiones in specie, superius recensuit. d. Nō volens iniquitatem tu es, vult em̄ his oibus multis modis eos peccasse, transgressos & puaricatos esse, ita vt etiam irritarint deū, dū ei placere sibi viderent. Quare multitudo impietatū nō modo dicit, ꝙ scđm pdicta i multas diuisi sunt sectas, sed ꝙ quelibet quoq; secta his multis modis peccet, quos in septenario pdicto descripsit.

Et lętentur om̄s, qui sperant in te, in ęternū exultabūt, & habitabis in eis, Et gloriabūtur in te omnes qui diligūt nomen tuū.

Om̄ia hęc vnus versus in hebręo. B. Hiero: sic. Et lętentur oēs qui sperant in te, in perpetuū laudabūt, pteges eos, & lętabūtur in te qui diligūt nomē tuū, vbi noster gloriabūtur, p lętabūtur dixit, sed & alias variant mire in his affectuum verbis translationes, vt nō nisi in fonte hebręo constans illoꝝ possit vbiq; haberi differentia.

Quattuor affectuū verba hic videmus cumulata, lętari, sperare, exultare, gloriari, sed & illud, habitabis in eis, ppe affectū spei indicat. Quō ergo differūt? difficile hoc est inuenire, ꝙ rari sint hij affectus & ardui, nec nisi experto cogniti & docibiles. Hoc vnū certū est, iuxta psalmi totius sensum, loqui eum de gaudio & securitate cordis, nō quæ in remotione malorū exteriorū (vbi patientia regnat pprie), sed in remissione peccatorū, puritate & fiducia cōscientię (vbi spes regnat) habetur. Hoc em̄ ęgit, vt doceret, qua via iusti & pij fierent, scz misericordia & timore dei, nō opibus iniquitatis, oēs aūt q̄rūt gaudere & lętari, Sed nō om̄es recte quęrūt, ideo nec inueniunt. Quare hūc versum in duo diuidamus, vt sit velut tautologicus, idem hoc, qđ dicit (Et lętentur oēs qui sperant in te, in ęternū exultabūt, & habitabis in eis) cū isto (Et gloriabūtur ī te, qui diligunt nomen tuū).

Letitia vera — ...

Videtur nāq; hos letitię affectus opponere, potiſſimum poele Auen. i. operatoribus iniquitatis, ſeu (vt frequenti⁹ trāſfertur) doloris, q̄ vt dictū eſt, hęc Idolatria & operū ſpecies ſit labor ſtultorū, qui affligit eos, & triſtes reddit, nunq̄ aūt vere letificat cor, ſicut dicunt Mal. iij. Et qd̄ emolumentū, quia ambulauimus triſtes coram dn̄o? Et Iſa. lviij. Ieiunauimus, & nō aſpexiſti, humiliauimus animas noſtras, & neſciſti, & cętera per totū capitulū cū ſequente, late hanc miſeriā tractantia.

Vis ergo ſcire vbi ſit vera cordis letitia? letentur, inquit, qui ſperant in te, ſtat hęc diffinitio certa & ſententia firma, non in operibus, nō in rebus vllis, ſed in ſpe pura, cor hominis letatur, pręter quā ſpem, qui q̄rat aliūde letari, ſudabit multum fruſtraq; laborabit, Sed & cū hęmorrhoiſſa Euangelica ſubſtantia in medicos conſumpta, peius habebit, ſicut contingit, ijs qui conſcientia perturbata, huc illucq; diſcurrūt, nūc hos, nūc illos conſulentes, nūc, hæc, nūc illa facientes, omniaq; tentantes, quo cor ſuū quietent. Spem vero quę ſola quietat, quā & ipſi apud ſeipſos habere poſſunt, non querūt. Ad has carnificinas cooperantur, mendacij magiſtri, dū imprudenter docent opera, ſatiſfactiones, indulgentias, peregrinationes, & falſas tradunt conſolationes, & ſimilibus negocijs in tenebris ambulātibus ſeducūt, ſicut eſt hodie illo℞ oīm nullus numerus.

Cū vero ſpes iſta per pſalteriū toties doceatur, digrediemur hoc loco paulo fuſius, vt ſemel pro omnibus vim & modum ſpei cognoſcamus, Sūt eñ hæc trepidis & puſillis conſcientijs ſcitu neceſſaria valde.

Igitur ſicut impatientia, triſtitia, confuſio, ꝓprie, & primo nō proueniūt ex multitudine vel magnitudine afflictionū aduerſitatū malorū quorūcūq;, ſed potius ex affectu talia exhorreſcente, & cōtraria ꝓſpera, iucūda, glorioſa, appetēte inſipiēter. Ita deſperatio, triſtitia ſpūalis, cōfuſio perturbatę cōſcientię, non proueniūt proprie, & primo ex multitudine & magnitudine peccatorū, ſed ex affectu potius pc̄tā exhorreſcēte & copiā bono℞ opm, iuſtitię, ſalutis, querente inſipienter.

Prior pars clara eſt, quia hic dicit, letetur in te oms qui ſperant in te. Si oms qui ſperāt letabūtur in dn̄o, nullos exceptos ſinit intelligi, nec eos qui in tribulatione ſunt, imo de his ipſis maxime loquitur, q̄ in dn̄o letantur, dū in ſeipſis vel hominibus triſtantur. Hij ſunt fideles Chriſti, in quibus abūdant paſſiones Chriſti, ita & conſolationes eiuſdē, vt Apl̄us loquitur. Sciunt eñ vbi & in quo letandū & gloriandū ſit, nempe i dn̄o

ideo per hanc suam sapientiã non tristantur, non confundũt, non impatientes fiũt, quia nec affectant prospera, iucũda, gloriosa, quare per mediũ transeũt tam bonorꝝ q̃ malorum, sicut scriptũ est. Non cõturbabit iustũ quicquid acciderit ei. Et puer. xxviij. Fugit impius nemine persequente, iustus quasi leo cõfidens, absq; terrore erit. Qui vero ignorant & insipientes sunt, nec volũt scire, ꝙ in deo sit lętandũ & gloriandũ. Quid aliud faciant, q̃ vt tristentur, perturbentur, impatientes fiant, non qa aduersa & tristia veniũt, sed qa his veniẽtibꝰ, affectu suo stulto non ad deũ, sed post sua prospera & iucũda respectant: sic fugiunt & nõ effugiũt, quia nõ quo fugiendũ est, fugiũt. Quare vniuersa cuiuslibet tristitię, causa ẽ affectus lętitię & glorię insipiens, quibus nisi esset agglutinatus, nihili faceret aduersitates, vt sit verissimũ prouerbiũ, Mũdus regit̃ opinionibus, & tales cuiq; res, qualis opinio rerũ, cõtẽptę nulli, neq; nocent, neq; ꝓsunt, ęstimatę aũt, tũ prosunt, tũ nocent.

Altera pars similiter certa est, quia multi & magni peccatores salui facti sunt, & ipsi quoq; quos hic lętari dicit in dño, cũ Iob vtiq; dicent, Nõ poterimus ei respondere vnũ ꝓ mille ac per hoc multitudinẽ & magnitudinem habent peccatorũ. In quibꝰ vtiq; deus ostendit, desperatiõis causam nõ esse multitudinẽ peccatorũ, sed insipientiam affectus, bona opera quęrentis in tẽpore cõscientię perturbatę, quę opponat peccatis eũ vrgentibus, putat em̃ (opinione perdita) operibꝰ peccata potuisse ac posse vinci, quę vbi nõ inuenit, nesciens ꝙ ad dei misericordiã sit suspiciendũ, necessario desperat, nõ secus atq; ille necessario impatiens fit, qui neglecto dei respectu, bona q̃rit malis opponere, ac nõ habet, Nõ em̃ vlla opera vel cõtra vnũ peccatũ etiam veniale sufficiũt. Sic em̃ infœlix conscientia morituri impij, & ad iudiciũ dei ꝓperantis dicit, secũq; disputat. O me miserũ, si nunc multa bona fecissem, si nulla mala fecissẽ si mũdus permansissem. Quid hęc verba plena stultitię & impietatis oĩm maximę indicãt, nisi hãc sententiã Augustini esse veram, percutitur etiã hac animaduersione impius, vt moriẽs obliuiscatur sui, qui dũ viueret oblitus est dei: Quęrit bona & odit mala, & nõ sentit se nũq̃ tam male egisse & minus bona q̃sisse, q̃ hac ipsa hora, qua hæc dicit & insipiẽtissime sapit, probat eñ se non in deũ sperare, sed in opera p̃sumere, quia si vellet sperare, deũ haberet adhuc p̃sentem, in quẽ posset spare, qui in opera p̃terita respicit, vt presumat, q̃ merito tũc nõ sunt in q̃ pręsumat. Si propter opera in deum sperat (siquidẽ tunc

confidentius & lętius se in deũ sperare somniat, si copiã ante se videret opm) conuincitur magis in opera ꝙ̃ deũ sperare, quo quid horribilius, & magis impiũ?

Iusti vero etiã si peccãt, nõ desperant, quia sicut inter mala corpalia (.i. passiones huius vitę) & bona transeunt medij, Ita & inter mala spũalia (.i. peccata) & bona, Nec prę sumentes ꝙ bene viuũt, nec desperantes ꝙ peccant, Scientes in neutro horũ eis esse siue lætandũ seu tristandũ, vt q̃ sciant esse dona dei, aut donorũ dei ablationẽ, ipi vero in ipo datore fixi hęrent, Hoc est quod ꝓuerb. xxiiij. Septies cadit iustus, & resurget, Impij vero corruẽt in malũ .i. nõ resurgũt, sed desperatiõis malũ incurrunt. Si eñ speras vel sperares, qñ bona egisses, multo magis tũc sperandũ est, qñ mala egisti, ne dicatur tibi illd᷑ ps. xlviij. Confitebitur tibi cũ benefeceris ei. Et illud. In tpe tentationis recedũt, neue addas iniquitatẽ super iniquitatẽ & inobedientiæ blasphemiã. Vnde vehementer metuendũ est, ne cõtingat impijs vtrũq; malũ, ꝙ sicut in deo lętari & gloriari sibi videntur, qui gloriam & ꝓspera oĩa habent, cũ reuera non in deũ, sed in eius dona, ꝓspera scz confidant, sicut probat tentatio, Ita & in dño sperare se q̃ fortissime putent, (ꝓsertim hoc nr̃o tpe periculosissimo & laruis opm occupatissimo) qui sanctę religiosę & (vt vocant) obseruanter etiã viuũt, qui cũ vere in suã sanctitatẽ ignorantes sperent, vt ꝓbabit hora mortis, vbi cũ ad iudiciũ venerint, confidentiusq; moriũtur, ꝙ sibi cõscij sunt bonę vitę, qua fiducia in deũ sperant (idest spem verã pessundãt) fiet eis sicut illi, qui super truncũ in aqua natantẽ pedẽ posuerit, & subito ruit in profundũ, seu sicut Isaias. xxx. de eis dicit, propterea erit vobis iniquitas hęc, sicut interruptio cadẽs, & requisita in muro excelso, qm̃ subito dũ non sperat, veniet cõtritio eius.

Igitur sicut patientia q̃ in ꝓsperis est, nulla est, ita spes quę ĩ meritis est, nulla est, Atq; q̃ facile aut possibile est patientiã habere in prosperis, tam facile est spem habere ĩ meritis, vtrobiq; eñ periculũ est, illic ne securus superbiat, hic ne iustitia inflatus timorẽ dei (.i. exercitiũ spei) posthabeat, patientię siquidẽ est, nõ nisi in aduersis esse, ita spei natura nõ est, nisi in peccatis esse Facienda ergo peccata, vt sperare valeamus? Absit, abũde iam assũnt, q̃ fecimus, & in quibus nati sumus, vt spei sat magnum sit certamen aduersus illa, qñ nec opera bona sunt, nisi peccata corã deo. Crudelis itaq; deus, qui oĩa nostra dãnat? nõ, sed inęstimabilis dei misericordia, vt se nobis cõmunicaret, & fiduciã nostri a nobis tolleret (quę vnice aduersatur eius misericordię)

dedit legē, qua cōclusit oēs sub pctō, vt oīm misereat̄. Ro. iij.
Quia ibi nō ē lex, nec pctm̄, vbi nō ē pctm̄, nec misericordia, vbi nō est misericordia, nec salus, vbi nō est salus, nec deus, atq̧ ita virtus peccati Lex, virtus aūt legis, Misericordia, virt⁹ misericordię, Spes virtus spei, Salus, virtus aūt salutis, Deus p̱ Ihesum Christū dn̄m nr̄m, qm̄ ipe est deus saluos faciendi, & dn̄s dei exitus mortis. p̄s. lxvij, Lex siquidē opatur nobis pctm̄, Misericordia opatur (.i. implet) legem, Spes misericordiā, Salus spem, Deus salutem & oīa in Christo, Ita descēdit salus a Chr̄o deo adusq̧ peccatū, & nos a peccato ascēdim⁹ ad salutē vsq̧ ī Christo homine. Ex his hoc sequitur.

Sicut in temporalibus, bona ideo dantur a deo, vt per ea deum magis discamus colere, sperare & amare, vbi vitio nostri affectus fit, vt difficilius & minus, imo facilius & magis in aduersis colatur, speretur, ametur.

Ita in sp̄ualib⁹ bona gr̄æ & merita donant̄ a deo, vt per ea in deū sperare abūdantius doceamur, Et ecce vitio nr̄i affectus in illa p̄sumentis fit, vt minime oīm per hęc speretur, sed facilius in peccatis sperare cōtingat, ita vt diuinę bonitati necessarium visum fuerit, erigere crucē & per eius p̄dicationē saluos facere credentes, stultos & peccatores, reprobare vero sapiētes & sanctos, vt i. Cor. i. dicit. Nos p̄dicamus Chr̄m crucifixū, græcis q̄dē (sapientib⁹) stultitiā, Iudęis vero (.i. sanctis) scādalū. Ip̄is aūt vocatis Iudęis & gręcis (.i. peccatorib⁹ & stultis) virtutē dei & sapientiā & cętera ibidem pulchre.

Quocirca, sicut periculosissimū est hominē ī p̱speris semp̱ relinqui, q̄ aut nūq̧ aut rarissime discit diligere deū, ita magis periculosū ē relinqui hominē ī multis meris & gratijs dei vsq̧ ad mortē, q̄a vix vnq̄ discet ī deū sperare, proinde fit deo mirētē, vt nō mō cadāt ī p̱turbationē cōsciētię, sed etiā si sunt crassioris duritię, aliqn̄ ī opus manifestariū pcti, scz fornicatiōis, aut sit̄is sceleris, tātaq̧ cura illos deus seruare cogit̄, vt cōtra misericordiā suā eos ad miam p̱ducat, & p̱ pctm̄ a pctō liberet.

Verū hęc insolita sūt multis, obijcerēt fortassis, ergo tm̄ mō peccandū ē & bona prorsus omittēda ? seu vt Ap̄l'o q̄q̧ eadē docēti, obijciebat̄, faciamus mala vt veniant bona. Videmur eñ sic dicētes, viam aperire peccādi & bona prohibere velut noxia ad salutem. Respondemus.

Bona opera nō mō nō p̱hibent̄, sed maxīe cōmendant̄ istis verbis, & pctā optimo magisterio ac penitus tolluntur, dum ab intra bona procedere, & peccatum intus occidere docent.

Solus em̄ affectus ille (serpentis antiqui caput) occultissime & subtilissime carnalis, qui istis operib⁹ confidit, & spei, q̄ est ī dei sola misericordia, contentiosissime resistit, cōterendus, eruendus, perdendus est, Et intelligendū, q̄ si bona vita acta non fuerit, nō ideo desperetur, nec ideo speretur, quia acta fuit, At illud difficile, hoc aūt difficilius, quia in illo pugnatur solum contra peccata, in hoc aūt simul contra bona opera & peccatū .i. affectū p̄sumptionis in bonis operib⁹.

Nā cū dico patiētiā n̄ subsistere ī reb⁹ p̄speris, nūq̄d ideo res, ptātē, pacē, vitā dāno, cū sine his non viuat & sint dei optimi bonę creaturę: Sed affectū illorū dāno, ita vt res ipę q̄nq̄ cogantur vocabulo se indigno vocari, vt qd̄ vanę vocant apd̄ Ecclesiasten, & spinę in Euāgelio per Christū, sine om̄i suo vitio, sed ob alteri⁹ vanitatem, vt Ro: viij. Apl̄us dicit, sub qua ingemiscit subiecta non volens. Ita & hęc optima opa impiorū, cū sint dona dei, quib⁹ nonnūq̄ alij iuuantur, & ipi perdūt sine suo vitio, sed illorū contagio vocantur Auen, iniquitas, Idolatria, inobediētia, ita de illis Moses Deutro. xxviij. In velamine vultus sui loquit̄, vxorem duces, & alius dormiet cum ea, domū ędificabis, & nō habitabis in ea, plantabis vineam, & nō vindemiabis eam, & alia q̄ plurima in hūc modū, q̄ eis laborem, alienis fructū p̄dicat futurū, Quid em̄ aliud ibi statuit, q̄ facere quidem eos bona, sed quib⁹ ipi puniant̄ alij iuuent̄. Ex quib⁹ illud dissoluitur argumentū quorūdam, q̄uo opus extra gratiā factū sit peccatū, vt dare eleemosynam, subuenire egenti & similia, quasi vero Christus ignoret p̄phetare, & virtutes facere in nomine suo, & audire verbū suū esse bona, q̄ t̄n damnaturus pro iniquitatib⁹, dicet. Discedite a me om̄es qui operamini iniquitatē. Mat. vij. Aut si meretrix ornetur auro & gemmis, necesse sit illam non in his q̄ bona gerit, peccare, Igit̄ alijs prodesse possunt impij & bona facere, sibi nequaq̄, deus potius per illos opatur qui operat̄ omnia in omnibus, etiam in malis.

Hæc om̄ia, hoc probant̄ firmamento, q̄ vna omniū s̄nīa, Spes sit virtus Theologica, non nisi solū deū habēs p̄ obiecto (vt vocant) Deus aūt bonitas est & misericordia n̄ra, nobis p̄missa, vbi si quis in aliud q̄ promissam misericordiā (.i. deū) sperat, iā p̄sumit, amissa spe, Idē facit qui sil̄ cū meritis (vt B. Aug. sentit) quia tūc non super om̄ia amatur, ita nec in eū pōt sperare cū alio quopiam, quia non super om̄ia speratur in eū, sed nec credi potest in eū cū alio, quia nō creditur in eū sup oīa

adeo

152

adeo istę tres virtutes sunt diuinę, tantūmō diuinū obiectum, subiectū, operatorē, opus, artem, modū obtinentes. Hic enim sponsus cū sponsa secreta cubilis capit, solus cū sola, vbi in cæteris operibus per filias Hierusalem, aut sodales res geritur, cæteri oēs claudicant in duas ptes, Baal suū colētes simul cū deo. Deniqꝫ eo quoqꝫ probant hęc dicta, ꝙ spes sit rerū non apparentiū, sicut fides & charitas. Ro: viij. Spes q̄ nō videt, non est spes, quod videt quis quid sperat? sicut qui credit qđ videt, quid credit? Qui diligit qđ videt, quid diligit? Nihil ꝑfecto nisi carnale spectrū longeqꝫ inferius deo. i. nō rem, sed laruā. At qui in opa sua sperat, videt, tenet, habet, sentit, in quo nitat non in ꝓmissorem inuisibilem, insensibilē, incōprehensibilē, quē verbo solo audiuit sibi significari. Arduissima, asperrima durissima sunt hęc carni nrę, qa mors eius in his regnat.

Proinde quę in Canticis de sponso & spōsa, velut lasciuo & de hoīm carnali amore dicūtur, imo & oīa q̄ inter sexum maris & fœminę etiā nūgerūtur, nō significāt, nisi extremę cōtraria voluptatib⁹ illis, Nempe, fidei, spei, charitatis perfectissima opera, hoc est, mortem, & infernū, sicut ibi dicit, fortis vt mors dilectio, & dura sicut infernus ęmulatio. Et iterum, aquę multę nō potuerūt extinguere charitatē, nec flumina obruēt illā, Si dederit homo omnē substantiā domus suę ꝓ dilectiōe, quasi nihil despiciet eā, quæ de libidinis ardore intelligi neq̄ q̄ possunt. Multi multa de Theologia mystica, negatiua, ꝓpria, symbolica moliūtur & fabulant, ignorantes, nec quid loquāt, nec de quib⁹ affirmēt, neqꝫ eī quid affirmatio aut negatio sit, aut q̄mō vtra fiat, nouerūt, Nec possunt cōmentaria eorū citra periculū legi, ꝙ quales ipi fuerūt, talia scripserūt, sicut senserūt, ita locuti sunt. Senserūt aūt contraria negatiuę theologię, hoc est, nec mortē nec infernū, dilexerūt, ideo impossibile fuit, vt non fallerent tam seipsos, q̄ suos lectores. Hæc admonēdi grā dicta velim, ꝙ passim circumferūtur, tū ex Italia, tū Germania Cōmentaria Dionysij super Theologiā mysticā, hoc est mera irritabula inflaturę & ostentaturæ seipsam scientiæ, ne quis se Theologū mysticū credat, si hęc legerit, intellexerit, docuerit, seu potius intelligere & docere sibi visus fuerit, viuendo, imo moriendo & dānando fit theologus, non intelligendo, legendo, aut speculando.

Rursum illud Apłi Ro: v. obijcitur, Tribulatio patientiā operatur, patientia ꝓbationē, probatio vero spem, spes autē nō cōfundit, Hic certe Apłus, spem in merita collocare videt,

T

Canticum Canticorum.

libro Sal.

Theologiæ mysticæ proprium.

72

sta vt hinc Mgr Sentētiarū cū vniuersa theologorū turba, diffinitionē spei amplectant, illā. Spes ē certa expectatio pmīj ex meritis pueniēs, neq; em aliā spem illi hūt, nisi q̄ ē i meritis. Ex qua snia qd aliud potuit sequi, q̄ ruina vniuersæ theologiæ, ignorātia Chri & crucis ei⁹ & obliuio (vt apd Hieremiā q̄rit) dei diebus innūeris? Quid aūt nobis ad hoc dicēt, q̄ fidem, spem charitatē ipimet cōfitent infusas esse virtutes & principia oīm bonor? Neq; em etiā ipi merita ante charitatē fieri dicūt, Tū cū charitate simul ifundi spem & fidē cōstāter asserūt, ergo eorū q̄q; sententia, nō spes ex meritis, sed merita ex spe puenire certū est, & tn̄ spem diffinientes, vertūt hanc sententiā sibiq; cōtradicūt, spem ex meritis pducentes, Deinde quid ad Aplm dicent, cū ille patientiā opus tribulationis ponat? At quis sine spe toleret quicq̄ tribulatiōis? desperans em̄ non ad patientiā, nec ad pbationem, nec ad gloriationē in tribulatiōe peruenit vnq̄, sed contra peior fit tribulatione semper, vt Matt. vij. De domo super harenā ædificata Christ⁹ docet, cui⁹ ruina magna fit, irruentibus ventis & fluminibus, qd & de semine qd supra petram cecidit significat, quod natū oriente sole aret, vt qui in tpe tentationis recedunt, vnde spem in principio tribulationis adesse oportet, Sed & illud vide, spes solum ex meritis puenit, Nullus ergo peccator sperabit, sed solus iustus? Quis tum ad pniam conuertet? vbi erit iustus, si nullus peccator pœniteat? At quo pœnitebit nisi speret misericordiā dei? An dicendum est morituro peccatori, Absit a te, noli sperare, non habes merita, ex quibus tibi spes possit puenire? Hoc iam esset nō theologissare, sed diabologissare, huius em̄ tūc potississima vox ē, Noli sperare, quia cares meritis, cū i morte sit prima, summa, optima oīm spei officina, & ipa mors spei sit artificiosissima operatrix. Falsissima ergo est diffinitio ista spei, & potius cōfitebor me nō intelligere verbū Apli, q̄ eam diffinitionem spei admittā ex ipso formari.

Delyrabo itaq; meo sensu, primū, certū est, grām, idest fidē, spem, charitatē nō infundi, nisi pctm̄ effundatur simul, hoc ē, peccator nō iustificat, nisi damnet, nō viuificat, nisi occidatur, Nō ascendit in celū, nisi descēdat ad inferos, vt habet tota scriptura, Quare in gratiæ infusione, necesse est esse amaritudinē, tribulationē, passionē, sub quibus gemit vetus homo, sui occasum egerrime ferens. In qua tribulatione, si patiens sit & expectet opantis manū, & gratiā sibi infundentē, pbatus ē, & obtinebit spem, fidē, charitatē, q̄ hoc negocio infundunt, qd fit,

Spes in morte

154

quoties nobis, nostręq; volūtati cōtraria cōtingūt, & eo magis, q̄ magis cōtraria. Iste inq̄ ē modus, non mō primę grę infundēdę, sed & cuiuslibet ei⁹ sequētis augmēti, Semp em̄ magis ac magis crucifigit vetus hō, expelliturq; pctm̄, ingrediēte semꝑ magis ac magis grā vsq; ad mortē, iuxta illd' Apo: xxij Qui iustificat⁹ ē, iustificet adhuc, Et q mūdus ē, mūdet adhuc. Et Iohan: i. grām ꝓ grā accipim⁹, & iuxta Paulū Ro: i. Iustificamur ex fide in fidē, trāsferimur de claritate in claritatē, imus de virtute ī virtutē. ps. lxxxiij. Ita de spe ī spem ꝓficisci recte dicemur

Perspicuū ergo est, Apl'm, nō tā loqui de spe ipa obtēta, q̄ de certitudīe cordis ī spe, dū hō post tribulationē & infusionē spei (qn̄ sibi sine spe videt esse) sentit se sperare & credere & diligere, tunc em̄ gustat q̄ suauis sit dn̄s, Et incipit hō esurire & sitire magis pati, q̄ spem maiorem operur tribulatio, Quare necesse est fidē, spemq̄, charitatē esse in cuiuslibet boni opis & passiōis initio, & tn̄ post op⁹ & passionē, ea q̄ latuit, fit manifesta vt q ꝓbati sunt, māifesti fiāt, Quo mō Iob tētatus ē & Abrahā, vt cognoscerent etiā sibijp̄is & certi fierēt se credere, sperare, diligere deū, sicut dictū ē ad Abrahā, Nūc cognoui, q̄ timeas deū. i. cognoscere te feci, vt Aug: exponit. Oportet em̄ nō mō credere, sperare, diligere, sed etiā scire & certū esse se credere, sperare, diligere, illud in abscōdito tēpestatis, hoc post tēpestatē agitur, sic & Petrus docet, Nos satagere, vt per bona opa certā faciamus vocationē nr̄am, qn̄ aliud est esse aut fieri bonum, & aliud nosse bonū esse vel factū, Nō secus atq; vir sanguinū & dolosus si irritat, inuenit vir sanguinum & dolosus, qui antea suauis & simplex videbat, etiā sibijp̄i, ita crux opat ī his q sustinēt & ꝓbāt ad finē vsq;, spem solidā (.i. incipit auget & ꝑdit & certā ac cognitā facit) In his q nō sustinēt, sed reꝓbi inueniūt, statim ab initio, desperationē impotētissimā. Hinc Taulerus homo dei & experti dicūt, deū suis filijs nō esse vnq̄ gratiorē, amabiliorē & dulciorē, ac familiariorē, q̄ post tribulatiōis ꝓbationē. Hāc sane spem Apl'us hic ꝓduci dicit ꝓbatiōe, sicut & filij patrē carnis dulci⁹ amāt, post virgā, qua verberati sunt, Ita carni cōtraria voluptate spōs⁹ spōsam suā afficit Chr̄us, Nēpe post amplexus, Amplexus vero ipi mors & infernus sunt. Hic viget & regnat sacramētū illd' magnū, Erūt duo in carne vna, Chr̄us & Eccl'ia, Hoc magnū, qa durissimū, sed suauissimos ꝓduces fruct⁹, ꝑleq; deo simillimā, opa prorsus inculpata, qa sic vitis purgat, vt fructū pl⁹ afferat Q, si de q̄libet gradu speī verū ē, ex ꝓbatōe eā fieri, q̄to magis de ꝑfecta hoc dicere & sētire

73

credēdus Apl'us, quę multis ac diuersis tribulatiōib⁹ emergit.

Videamus nūc verba Apl'i, q ſpem vocat opus ꝓbatiōis ꝓbationē patientię, patientiā tribulatiōis, quę Mgr̄ nimis expreſſit, cū appellauit merita, ex quib⁹ ꝓuenit ſpes, aut certe nō ſatis intellexerūt merita illa, Actiua ſane vita, in qua multi ſatis temere cōfidūt, quā intelligūt q̄ꝗ per merita, nō ꝓducit nec opatur ſpem, ſed p̄ſuptionem, nō ſecus ac ſcientia inflat, Ideo addenda eſt vita paſſiua, quę mortificet & deſtruat totā vitam actiuā, vt nihil remaneat meritorū, in quo ſuperbus glorietꝰ. Quo facto, ſi homo perſeueret, fit in eo ſpes, ideſt diſcit nihil eſſe, in quo gaudendū, ſperandū, gloriandum ſit, p̄ter deū. Tribulatio em̄ dū a nobis om̄ia tollit, ſolū vtiq̄ deū relinquit, neq̄ em̄ deū pōt tollere, imo deū adducit, ablatis aūt cūctis etiā operibus bonis ac meritis, ſi hic ſuſtineamus, deū inuenimus, ī quo ſolo fidimus, ac ſi ſpe ſalui facti ſumus, Quocirca opariȷ̄ ſancti, & ſi tota fiducia dicant ſe confidere in deum, vbi tn̄ vita eorū actiua (quę tota virtus eorū eſt) cęperit tētari, vl' deſpectu coram hominib⁹, vel turbine conſcientię corā deo, ſtatim deficiūt, oſtendūtq̄ ſe magis in vitam ſuam p̄ſumpſiſſe, q̄ in dei miſericordiā ſperaſſe, Cū nulla actiua talis ſit, quæ coram deo ſatis, imo q̄ etiā coram hominib⁹ in finem vſq̄ grata ſit oīb⁹, iuxta illud. Non intres in iudiciū cū ſeruo tuo, quia nō iuſtificabitur in conſpectu tuo om̄is viuens. Sola vero paſſiua vita, puriſſima eſt, ideo & ſpem & gloriam operatur, atq̄ in hoc oportet nos conformari imagini & exēplo Chriſti, regis & ducis noſtri, qui per actiuam quidem vitam incepit, ſed per paſſionem conſūmatus eſt, omibus ſcz operib⁹ eius, tam multis tam magnificis, adeo in nihilū redactis, vt non ſolū coram hominib⁹ ſit cū iniquis reputatꝰ, ſed & a deo derelictus, Adeo ſcz om̄ia a nobis aufferenda ſunt, vt nec optima dei dona. i. ip̄a merita, reliqua ſint, in quibus fidamus, vt ſit ſpes puriſſima in puriſſimū deū, tunc demū homo vere purus & ſanctus eſt. Quod negociū varȷ̄s agitur tribulationib⁹ & multis ſane dolorib⁹, maximis aūt, vbi ad extremū decus ſpei incipimus ꝓpinquare, ideſt ablationem bonorū operū, & bonę in vita nr̄a conſcientię. In cęteris em̄ vel rerū vel valetudinis vel honoris ablationib⁹, non tam ſpes, q̄ patientia cōtra impatientiā & hominem pugnat, vt in quib⁹ homo ſic exercetur, vt ea nūq̄ reditura diſcat patienter contēnere. In his vero conſcientię procellis & meritorū ruinis, ſpes ipſa pugnat cōtra deſperationē & fere contra ſeipſam, imo cōtra deū, quē ſentit ſibi iratū, ſicut

156

ei quę nihil bonorū meritorū habeat, & quibus non possit & tn̄ cogatur carere, qđ miserrime discruciat spiritū, & expansum cū Christo, dinumerat oīa ossa ei⁹. Ita vt spem, recte quispiā possit patientiā spiritualē seu patientiā in culpis sustinēdis appellare, Sicut ecōtra, patientiā possit spem corpalem seu spem in ferendis pęnis. Quid em̄ aliud est in conscientia, & de desperatione tentari, q̄ culpas non remissibiles sentire, deū nolle ꝓpitiū fieri, oīa opera bona funditus corruere? Et tn̄ si perseueret homo, & cōtra spem ī spem speret, probatus inuenietur, & hac tribulatione meritis exutus, spe induetur & coronabitur inconfusibili in eternū. Nō em̄ vere iratus ē deus, nec culpas irremissibiles vult, sed tentat nos, an magis in misericordiā suā purā, q̄ in nostra merita speremus.

Nostri vero iustitiarij actiua meritorum vita saginati, nihil ęque horrescūt, atq̄ hanc meritorū suorū crucē, decepti v̄bo Mgr̄i, qn̄ spem ex meritis prouenire dicit, quę illi opera intelligunt, Ap̄lus vero tribulationes, idest mortificationes & cruces operū. Vide ergo, q̄ longe simus progressi a vera scientia spei vnico verbo Mgr̄i imprudenter intellecto, fecitq̄ hic error infinitas conscientiarū carnificinas, forte & ęternas damnationes, Dū em̄ per opera, spem & pacem studuerūt inuenire, quęrētib⁹ aūt resisteret obuia, tribulatio, vel conscientię vel corpis, vera scz officina spei, Ipi eā non agnoscentes & repellentes, cū aliam inuenire non possent, necessario desperauerūt, nec mirū, quęrebant em̄ spem, via qua itur ad p̄sumptionem, & impediti seu vt Oseas dicit, Septa hac eorū via spinis, nec intelligentes hoc impedimētū esse veram viā ad spem, defecerūt. Hinc illa turba hodie, infirmorū, pusillanimorū scrupulosorū & inconstantiū in oībus vijs suis, Non em̄ ideo tentaris, desperatiōe seu turbinibus conscientię, vt ad opm fiduciā curras, sed contra ab ope auocaris, quia spiritualissima, & si acerbissima, hæc pugna ē, intra te solū cū solo deo cōsumanda, sola spe sustinente & expectante, deoq̄ causam totam cōmendante, deūq̄ contra deū vincēte, sicut Iacob Gen. xxxij Cū deo sol⁹ luctat⁹ scribit & vicisse eū, ac ideo in eodem loco benedictionem ab eo accepisse cuius nomen non licuit scire, vnde & phanuel eum locum appellauit. d. vidi dn̄m facie ad faciē, & salua fc̄ta ē aīa mea.

Qꝫ si cui permittitur via p̄sumptionis ꝓspere ire & ī operibus suis crescere, sine hac tentatione, quo veniet? forte non ī spe in desperationē, sed desperatio in ipsum, quia deū non nouit, nec didicit in his cōsilijs & opib⁹ suis mirabilem.

Iam videre licet quid illa ſentẽtia valeat Ciceroniana, q̃ celebris eſt, conſcientia bene actę vitę, recordatio iucũdiſſima eſt, verũ quidẽ, ſed ſimul ꝑditiſſima, q̃ iucũdiſſima, nõ hoc Chriſtianus ſapiat, cui poti⁹ cõſcientia vitę bene paſſę (.i. ad nihilũ redactę) iucũdiſſima ẽ, vt qui gloriat̃ in dñ o gloriet̃, Non ſic Iob. qui cũ dixiſſet, nec em̃ rep̃hendit me cor meũ in om̃i vita mea, tñ nõ audet gloriari, ſed timens iudicẽ ſuũ dep̃catur, Nec Paulus i. Cor. iiij. Nihil mihi cõſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum, Non Hiere. ix. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & nõ glorietur fortis in fortitudine ſua, & nõ gloriet̃ diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc gloriet̃ qui gloriat̃, ſcire & noſſe me, quia ego ſum dñs, qui facio miſericordiã & iuditiũ, & iuſtitiã in terra, hęc em̃ placẽt mihi, ait dñs, Nõ ergo ĩ dona dei q̃cũq; (ne cũ eis fornicemur, ſicut in ꝓphetis dicit̃) ſed in ip̃m deũ donatorẽ credendũ, ſperandũ, hęrendũ, Hoc voluit p̃s. cxv. Ego dixi in exceſſu meo, om̃is homo mẽdax, Exceſſus iſte, tribulatio fuit, in qua homo erudit̃, q̃ vanus mendaxq; ſit oĩs hõ, qui nõ in ſolũ deũ ſperat, Homo em̃ homo ẽ, donec fiat de⁹, qui ſolus eſt verax, cuius participatione & ip̃e verax efficit̃, dũ illi vera fide & ſpe adhęret, redactus hoc exceſſu in nihilũ, quo em̃ perueniat, qui ſperat in deũ, niſi in ſui nihilũ? Quo autem abeat, qui abit in nihilũ, niſi eo vnde venit, venit aũt ex deo & ſuo nihilo, quare in deũ redit, qui redit in nihilũ, Neq; em̃ extra manũ dei q̊q; cadere põt, qui extra ſeip̃m omnẽq; creaturã cadit, quã dei manus vndiq; cõplectitur, Mundũ em̃ pugillo cõtinet, vt Iſaias dicit. Per mundũ ergo rue, quo rues? vtiq; in manũ & ſinũ dei, ſic iuſtorũ animę in manu dei ſunt, quia extra mundũ ſunt, viſi oculis inſipientiũ perire, ſicut lapillus ſi per aerẽ aut aquã ruat, nõ etiã per terrã ruet. Operoſi vero & ſpecioſi iuſtitiarij, qui ſuis opinionib⁹ illuſi, id tm̃ quęrũt vniuerſis iuſtitijs ſuis, vt ſint creſcant & pingues ac magni ſint, nullo mõ volentes nihil, ſed magnũ aliquid fieri, quo venient? nẽpe in ſuũ nihil redacti, nec tñ in deũ perducti in ęternũ peribũt.

Scio vero q̃ multa ex ſacra ſcriptura, ac patrũ dictis, ſanctorũq; legendis opponi his poſſint, Rurſum ſcio, q̃ periculoſe intelligantur, ſi non ad hanc regulam intelligantur, cum omnia pro hac ſententia faciant. Vnum tamen profero exempli gratia, legimus autore. D. Hieronymo, dixiſſe ſanctum Hilarionem ad animam ſuam, cum timeret mori. Egredere anima, quid times? nonaginta tribus annis Chriſto

5. psal:

seruiuisti & mori times? Haec si ita intelligat locutus, q in opa vitae suae sit confisus, intelligetur potius ad infernum q̃ cęlum fuisse, Cur non illud. S. Agathonis quoq; inspicitur longe cõtrarium? qui triduo in cęlũ oculis intentus timuit & a discipulis interrogatus, cur timeret & non confideret in vitam suam bene actam. Respondit. In veritate timeo, scio quidẽ me seruasse mandata dei q̃tũ potui, sed alia sunt iudicia dei, alia hominũ, Sed & ipsius Hilarionis timor idem arguit, si em̃ opera sibi satisfuissent, nõ timuisset, ideo aliam coactus est quaerere anchorã fiducię suę, & ex pręteritis donis dei sibi datis, dei misericordiam sibi pręfigere. Nõ em̃ segniter ad spem mouet, vel pteritorũ vel pręsentiũ beneficiorũ dei memoria sibi collatorũ, imo radius est vult⁹ dei & signũ bonũ super nos, fidẽ & spem accendens, sic filij Israel iussi sunt operum dñi memores esse, & eductus ex Aegypto, vt frenato eorũ ore, laude dei, non perirent, vt Isa. dicit.

Nulla ergo sunt merita? Cur tot pceptis Chri & Apl'orũ docemur bona opari, seminare, ędificare aurũ, argentũ, gẽmas &c? Rñdeo, hoc est qđ dixi, plurimos falli falsa opm bonorũ intelligentia, vere em̃ bona opera sunt facienda, & arbor spũs suos fructus ferre debet, de quib⁹ Gal. v. scribit, Sed illud Chri non intelligitur Iohan: xij. Nisi granum frumenti in terrã cadens mortuũ fuerit, ipsum solum manet. Si aũt mortuũ fuerit fructum multũ affert. Et Iohan: xvi. Omnẽ palmitem in me ferentem fructum purgabit, vt fructum plus afferat. Haec em̃ mortificatio & purgatio (quae fit infusione fidei & spei & charitatis) facit, vt homo operib⁹ suis exutus, discat in solum deũ fidere, & opera bona facere, iam non sibi tanq̃ merita, quibus pręmium quęrat, sed gratuito & libero, spontaneoq; affectu placendi deo, nihil in ea fidens, sed per ea in gloriam dei seruiens, sicut dicit Matt. v. Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrũ, qui in cęlis est. Qui isto modo bona operantur, non sibi, sed deo tanq̃ instrumentum dei operantur, nihil in his sibi arrogant, solo deo contenti, in quo sperant, Qui nõ sic operãtur, simię sunt sanctorum virorum, adeo necesse est superstitionem fieri ex omnium sanctorum vita, nisi patrem cęlestem in his didicerint glorificare. Recte ergo dr̃, vniuersę vię dñi misericordia & veritas, idest tũc opa fieri bona, qñ ipse solus tot⁹ ac totaliter ea facit in nobis, vt operis nulla pars ad nos pertineat, Quare

Hęc tibi sit Canon, vbi scriptura pręcipit bonũ opus fieri, sic intelligas, ꝙ ꝓhibeat te facere bonũ opus, cũ id nõ possis, Sed vt sabbatũ deo sanctifices, mortuus sis ac sepultus, sinasq̃ deũ in te operari. Ad hoc aũt non peruenias vnq̃, nisi per fidẽ, spem & charitatẽ, idest per tui mortificationẽ & omniũ opm tuoꝝ. Sunt itaq̃ merita & nulla merita in nobis, sunt, quia dona dei sunt & opera ip̃ius solius, nulla sunt, quia nõ plus de illis possumus p̄sumere, q̃ vllus nouissimus peccator, in quo nondũ aliquid operatur deus. Ita sumus, fuimus, manemus, oẽs corã deo, ęquales semper, vt pereat inflatura vni⁹ aduersus alterũ, iuxta illud Pauli i. Cor. iiij. Quid habes quod nõ accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris, quasi nõ acceperis? Nota verbum, qui inflatur & gloriatur donis dei, idẽ facit, ac si dicat, se nõ accepisse, vbi ergo reliqua est inęqualitas? Nusq̃, sicut ibidẽ dicit. Quis te discernit? .i. quis te meliorem alijs declarauit? q. d. nullus.

Ex his oĩbus perpende diuini iudicij ęquitatẽ ęquissimã, & q̃ vniuersam laruam & personã operũ vitæq̃ contemptã velit, ꝙ in oculis eius idem sit iustus & iniustus, q̃tũ ad opera pertinet, dũ vtrinq̃ omnibus hominib⁹ in hac vita viuẽtib⁹ eam statuit legem, qua cognoscimus, ꝙ q̃ nullã habent iusti causam p̄sumendi, tã nullã habẽt peccatores desperãdi, vtriq̃ vero eandem legem in eũ sperandi, quę sola discernit inter desperantes & p̄sumẽtes, vt recte cantet p̄s. cxviij. Cognoui dñe, quia ęquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Ecce ĩ veritate dei ille nihil fit, & iusto ęquoq̃ dei iudicio nouissim⁹ omniũ fact⁹ est, Hoc etiã vult lex fidei & spei .i. nos oẽs facere, primos peccatoꝝ & nouissimos .i. ęquales, & tñ inęqualissima per nos ac diuersissima operari, vere mirabilis deus in sanctis suis. Om̃es ergo mandato dei ad spem in eũ vrgemur, eodẽq̃ a desperatione & p̄sumptione deterremur, & est iam deus vere om̃ia in om̃ibus æquus & idẽ, simul tñ inęqualissimus & diuersissimus. Ip̃e est em̃ qui in multitudine simplex, in simplicitate multiplex, in inęqualitate ęqualis, ĩ ęqualitate inęqualis, in sublimitate infimus, in inexcelsis profundus, in intimis extremus, & e diuerso. Sic in infirmis potens, in potentib⁹ infirmus, In stultis sapiens, in sapientibus stultus, breuiter oĩa in omnib⁹, Sed hęc dicta volo, extra pias aures eoꝝ, qui veritate offendũt, quã in suis infoelicib⁹ questionib⁹ nũq̃ didicerũt.

Dicet adhuc pusillanimis & infirma conscĩetia, quid si nõ possim sperare, atq̃ ita sentiam meã inuicibilẽ desperatiõem? dicemus

Dicemus & nos, nec sic desperandũ, etiã si desperare te sentias,
Non est desperatio, quæ non vult doletq; se desperare, sed est
spei tentatio, oĩm tentationũ sine omni dubio grauissima, ꝙ
mox & simul secũ inuoluat summũ & ęternũ odiũ dei, blasphe-
mias, maledicta & oĩa inferni mala (q̃ non liceat loqui) in
summã, benedictã & gloriosam maiestatẽ. Quid ergo facies?
hoc scz. primum agnoscas id te meruisse, & hoc peccatis tuis
debitũ, vbi prudens sis oportet, gratusq; ac laudans, hanc in-
firmitatẽ & tentationem feras, tanq̃ saluberrimã satisfactionẽ
pro peccatis tuis, iuxta illud Eccle: x. Si spũs potestatẽ habentis
ascenderit super te, ne dimittas locũ tuũ, quia curatio faciet ces-
sare peccata maxima, id solũ cures, vt odio blasphemijs despe-
rationi, q̃tũ potes, nõ cõcedas, sed vel vnico extremo gemitu
remurmures, ac iuxta Isaiam scias, ꝙ linũ fumigãs ille non ex-
tinguet, nec calamũ quassatũ confringet, Dicam vnũ temere &
libere, Non sunt deo propiores vlli in hac vita, q̃ hij osores &
blasphematores dei, sed nec gratiores nec amiciores filij, Atq;
hic in vno mom ẽto plus satisfit pro peccato, q̃ si multos an-
nos pœniteas in aqua & pane, ita verum est, in morte (vbi hæc
tentatio viget) posse Christianũ breui momẽto, oĩa peccata
soluere & euolare, si prudẽter agat ĩ eo negocio, hic regnat ge-
mitus ille inenarrabilis Ro. viij.

Secũdo id agas tota vita, vt pro spe ores, sic tñ vt non recu-
ses dei volũtatem in hac infirmitate tua ferre vsq; ad mortem,
dicens cum principe ac dño tuo. Tristis est anima mea vsq; ad
mortem. Sic aũt orabis, vt non dubites futurã tibi spem a deo
dandã, Nam qui te orare voluit, imo qui te docere orationẽ
hanc sine tuo studio voluit, ideo voluit, quia exaudire te pro-
posuit, Itaq; dilatam patienter feras, dandam vero nõ diffidas
suo tpe, veniens veniet, & non tardabit, interim contra spem
in spem sperandũ est. Habebis vero ad hoc virgam & baculũ
dei qui te sustentet & consoletur, nempe ipm præceptũ dei pri-
mũ & maximũ omniũ. Non habebis deos alienos p̄ter me, in
quo credere & sperare & diligere deũ, non monemur, horta-
mur, allicimur tm̃, sed sub oĩm maxima pœna & culpa iube-
mur (hoc eñ est deũ habere) Hoc aũt præcepto, nullis pecca-
tis solueris, quin oĩbus p̄ponderat peccatis, p̄sertim cũ eo tpe,
huius p̄cepti seruandi & implendi assit occasio, neq; eñ si oĩm
aliorũ pręceptorũ pctã fecisses, idq; multis modis, tm̃ peccasti,
q̃tũ si hoc momento contra primũ hoc pręceptũ desperes, Nã
hoc esset iam deũ directe negare, quod horrendũ est cogitare.

Quis em̄ deo suo in faciem dicit, Tu non es deus? imo quis hoc audire põt? & tñ desperans hoc dicit ardentissimo & ęterno affectu, videtur sibi idem dicere tẽtatus, imo nõnihil idẽ dicit, vel qđ verius est, patitur id in se dici a diabolo.

Sed quid, inquies, si me de p̄destinatiõe vexet, & inquietet, q̄ frustra sperem, si non sum p̄destinatus?

De hoc p̄s. xx. latius Christo propitio, interim hoc satis ẽ, Hanc esse periculosissimã tentationem, quã qua causa moueat diabolus vel sapientia carnis, vbi scieris, simul scies, q̄ remedio occurras. Primũ itaq̨ firmus esto ac certissimus, hanc cogitationẽ non esse ex deo, ideo om̄i studio expellendã, tanq̨ eã, quę deo tuo displiceat multis modis. Nõ esse aũt ex deo cognosces hoc signo, Q̨ quicquid ex deo est, ad mandata & faciendã suã volũtatem mouet, Neq̨ em̄ aliud facit, cogitat, vult deus, q̨ vt sua volũtas fiat. At curiosam istam de tui p̄destinatione sollicitudinẽ, adeo nõ p̄cepit tibi, vt eam p̄hibuerit q̄q̨ p̄s. xxxvi. Iacta super dñm curam tuã. Et Matt. vi. Nolite solliciti esse, Quęrite primũ regnum dei, Nec diabolus vlla causa hac inutili cura & noxia te occupat, q̄ vt interim obliuiscaris pręcepti dei tui, quo iuberis sperare & credere, simulq̨ subdole te trahat in affectũ & amorem tuĳpsius, vt incipias quęrere quę tua sunt. Hęc enim est vltima & summa eius machina, qua nos amore nostri sollicitos reddat, ac sic in dei pręceptum reos statuat. Quid autem prodest si vsq̨ in finem mũdi hac cogitatiõe occupareris? nihil inde sequeretur, non ideo certus fieres, aut aliud de te deus cogitaret, Quare contra hunc laborem stultorũ, & in faciem diaboli hęc suggerentis, fulmina scripturæ torqueas. primũ illud p̄s. i. In lege dñi (non in p̄destinatione sui) meditabitur die ac nocte. Et illud Eccle. vi. Cogitatũ tuũ habe in pręceptis dei, & in mandatis eius assiduus esto. Exo. xiĳ. Erit quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid ante oculos tuos. Et Mat. vĳ Nõ om̄is qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnũ cęlorum, Sed qui facit volũtatem patris mei &c. & multa similia, Neq̨ em̄ aliud deus requirit, q̄ voluntatem suã nobis esse assidua sollicitudine cõmendatam, Quod vbi fecerimus, p̄destinatio sua sponte implebitur, sine nostra cura, Ille vero peruersor, primo vult te de te sollicitũ esse, & postremo de dei præceptis, vt sic te pręferas deo tuo, nec super omnia eũ diligas, imo nec deum habeas, Nam si illi vix perseuerant, qui mandatis dei intentissime inhęrent, vbi parebũt, qui eis deser-

tis, misceri se permittūt extraneis & vanis cogitationib⁹? Ita diabolo vel cordi tuo dices, Non hoc pręcepit deus, sed sperare me iussit, huic intendam soli negocio, illud si vellem nō possem.

Secūdo non esse ex deo, etiā hoc indicio facile intelliges, q̄ his machinis duo maxima mala tibi intentat, primum vt tentes deū, quod Christo in pinnaculo templi quoq̧ intentauit, Conatur em̄ hoc te negocio occupare, vt optes certus esse de tua prędestinatione aut signum videre de cęlo. Quid enim est anxiū de prędestinatiōe esse aliud, q̄ impatientē esse de incertitudine diuini consilij? Quid aūt impatientia illa aliud facit, q̄ q̄ tentat deū? dum illius consiliū certum sibi esse optat? Breuiter odit deū esse deum, quia non alia vult illū scire q̄ ipse scit, itaq̧ huic terribili peccato occurres verbo dei, sicut Christ⁹ fecit. d. Scriptū est, nō tentabis dn̄m deum tuum, debes em̄ velle nescire eius secreta, quæ voluit te nescire, atq̧ gaudere in hac eius voluntate, quā p̄cepit tibi obseruare in omnibus, Amata autē hac occulti eius consilij volūtate, iam p̄destinat⁹ es, ita semp̄ ex pręceptis seruatis sua sponte sequūtur, sine omni cura nostra, q̄ peruerso studio ante præcepta tam anxie & frustra q̄rimus, & tn̄ non inuenimus vnq̄: quia pręceptū dei via est ad deum, qua amissa, aliam dum quęrimus, tentāte diabolo per curam nostrę salutis & prędestinationis, necessario erramus, & vtrūq̧ amittimus, tam viā dei q̄ nostrā, ac per hoc & prędestinationē & salutem.

Alterum maximū malum, quod te in idem precipitium tollere nititur, quo ipse cecidit, & Adā deiecit. Quid em̄ aliud molit̄ ista cura p̄destinatiōis tuę, q̄ vt optes scire (vt diximus) cōsiliū dei? At velle scire consiliū dei, est fieri velle ęqualem deo, sicut ipse voluit quando dixit. Ascendam in cœlū, similis ero altissimo, & ad Adam. Eritis sicut dij scientes bonum & malū, Atq̧ hoc iterum est, nolle deū esse deum tuū, quod est summum omniū peccatorum, atq̧ ita vides q̄ astute his monstris te contra mandata dei tui sollicitet, vt eo quo ipse cecidit casu, cadas. Quare & hic fulminandus est verbo dei dicentis, puer: xxv. Sicut qui comedit mel multum non est ei bonū, Sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Et Ecclesi. xxx. Altiora te ne quęsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quę pręcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus eius operibus ne fueris curiosus, Non est enim necessarium tibi ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis.

V ij

S. psal.

Tentare deum.

Scire consilium dei.

77

In superuacaneis rebus noli scrutari multipliciter, & in plurib⁹ eius operibus nõ eris curiosus, plurima em̃ supra sensum hominũ ostensa sunt tibi, Multos em̃ supplantauit suspitio illoꝝ & in vanitate detinuit sensus eorũ.

Quãdo ergo his p̃ceptis dei prohibetur, cura ista curiosa operũ dei, quę nobis ostensa sunt esse supra captũ & sensum nostrũ, & incomprehensibilia iudicia eius, cũ timore in p̃ceptis dei potius occupari debemus, vt in eũ speremus cũ fiducia, & hæc studia impossibilia, diabolo in caput suũ vertere, & cum Ioab. ij. Reg. xi. fidẽter in opus dei accincti dicere. Esto vir fortis & pugnemus, dñs aũt quod bonũ est ĩ cõspectu suo faciat. O pulchrũ exemplũ. Si hic prius disputasset an esset victoria predestinata apud deũ, nõ pugnasset, imo disputando negligens factus & aliena opatus, victus turpiter fuisset.

Ac vide hic impijssimã impietatẽ, stultissimã stultitiam, peruersissimã peruersitatem nostrã, ducimus vxores, ædificamus domus, plantamus vineas, emimus substantias, & nemo hic prius disputat p̃destinatũ sit nec ne, vxorem fore castã vel adulteram, domũ arsurã vel mansurã, substantiã periturã vel duraturam, breuiter, om̃ia nostra opera, maxime peccata, cũ fiducia incipimus, perficimusq;, nihil solliciti quid de ijs deus p̃destinarit, satis hic tutũ est a nostra temeritate altissimũ eius cõsiliũ, Nemo hic nõ prius cogitat, sollicitus est, ęstuat, qũo faciat qđ proposuit, q̃ disquirat ac disputet de p̃destinatiõe, Quare hoc? quia nõ sunt a deo precepta, nr̃a scz sunt, a nobis electa At vbi ad opera dei & præcepta eius venitur, hic statim q̃stio nascit̃, hic cõsiliũ dei tentat̃. deniq; hic demũ disputam⁹, an dei p̃ceptis debeam⁹ obedire, añ q̃ ei⁹ secreta nouerim⁹, An hoc nõ est diuinã maiestatẽ amarissima p̃uersitate exacerbare, qꝫ ĩ nr̃is tã sumus patiẽtes & obliuiosi suoꝝ cõsilioꝝ, & in suis, tã impatientes & curiosi? Nonne ęquę foliũ arboris, nõ cadit in terram sine eius volũtate, atq; anima tua salua fiet sine eius consilio? Nec vnus capillus tibi crescit, sine eius cõsilio, nec panem comedis, nec potũ bibis. Hic non disputas, nihil cũctaris, nihil trepidas, nihil moraris eius consiliũ, quin ruas in op⁹, illic v̄o totus es quæstio & cũctatio.

Vel nũc ergo intellige, nõ ex deo sed ex diabolo, & quidẽ tũc, offensissimo & astutissimo has cogitationes tibi venisse, vt superuacaneis rebus te a præcepto & suauissima voluntate optimi dei tui distrahat. Recte & aptissime in hos dicit Ecclesi: xi. Qui obseruet ventũ non seminat, & qui considerat nubes

164

nū𝄐 metet, quo modo ignoras quę sit via spiritus (.i. venti.) & qua ratione ossa compingant in ventre pręgnātis, sic nescis opera dei, qui fabricator est oīm, Quid ergo? nihil faciendū, quia ille oīa fabricat, & nos ea nescimus? Absit, sequit em̄, mane semina semē tuū, & vespere ne cesset manus tua, quia nescis, quid magis oriatur, hoc aut illud (.i. matutinū vel vespertinū) & si vtrū𝄐 simul, meli⁹ erit. Vides 𝄐 oīa nos doceat nescire & tn̄ non ideo cessare, immo eo magis operari iubet, quo nescimus, quid futurū sit, cū illi peruersi, ideo nolint agere, quia nesciant quid futurū sit. Hoc em̄ quęrit diabolus, vt nō operentur in vita, nec in pace & spe obdormiant in morte, sint𝄐 vtro𝄐 tempore, deo propter deū rebelles & in obedientes, sic tn̄, vt culpa sit non ipsoꝝ, sed ipsius dei, vt qui non prius cōsilia sua reuelādo euacuauerit & diuinitatis suę gloriosam maiestatem, euacuatis consiliis nullā fecerit, q̄ illos præcepto suo molestauerit. Si quidem, sanctissimi hoīes, tūc omia libenter essent facturi, quę precipiūtur, si primū scirent quid de eis deus cogitarit, hoc est, si nullus deus & præceptor eis fuerit, nec em̄ deus esse potest, si non aliud est, sapit, nouit q̄ nos sumus. Sed vide, iteꝝ, si nobis de⁹ sua cōsilia reuelaret, primū, tepidi fieremus, deinde contēptores aut desperantes sicut & mō sunt, qui putent noxiū esse, prædicari grām & prędestinationem, 𝄐 hinc multi offendantur. Adeo quicquid deus vult & facit, hō puluis temerat, vnū hoc æstuans, vt sit sine timore dei, hoc est sine deo, ne𝄐 em̄ timeri posset, si nō secreta de nobis cogitaret, nec tūc fides, nec spes, nec charitas locū haberet, Ve tibi furentissima impietas.

Ad spem reuertamur, vt ꝓlixitati aliqn̄ finem faciamus, duo sunt in spe obseruāda. Merita nostra, & promissia diuina, inter hæc duo sic constituas spem, vt ex promissione spem pēdere scias, & ex spe, merita prouenire, vt merita sint opus spei, spes vero opus, verbi seu promissionis. Quare vt speres nō est necessariū, merita habere, sed potius vt purissima simplicitate in verbū promissiōis gratuitæ spectes, in qđ sperando possis tūc merita ꝓducere. Non secus at𝄐 Apostolus Paul⁹, q ad Galatas, fere aliud nō facit, q̄ 𝄐 iustitiā nostrā, nō ex lege nec opibus, sed ex promissiōe benedicentis dei, fluxisse probat. Hæc em̄ dei misericordia gratuito promittens, & veritas promissionem adimplens, causę sunt spei, his anīus prouocat ad sperandum, inuocandū bene𝄐 viuendū, q̄ nisi esset & nobis reuelata fuisset, nec fidei, nec spei loc⁹ esset. Quare obiectū fidei & spei

Spes

est deus promissor gratuitus, seu ipm verbū promittentis, atq; aliud nihil, quod nisi vbiq; & semper obseruetur, spes quoq; simul ruat necesse est, nō aliter q̄ domus ruat, quę super arenā fundata est, vbi flumina & venti irruerint, Super hāc em̄ promissiōis & infallibilis verbi petram ędificata ē Ecclesia Christi, sicut puer: xviij. Turris fortitudinis nomē dñi, ad ipam currit iustus & exaltabitur, vt & ps. lx. Factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici, nihil hic de meritis, sed de deo ipso, de nomine eius tm̄ est memoria, in quib9 spem collocet.

Sequitur ergo spem ex meritis non puenire, sed contra ex spe merita, aut spem ex spe in spem, vt sit ante merita, cū meritis, post merita, sicut in hac vita nō apprehendimus iustitiam, sed ad eam nos extendimus, semper q̄rimus, semper iustificari petimus, semper dimitti peccata, semper fieri volūtatem patris nostri qui in cęlis est, semper sanctificari nomē eius, Atq; hoc ipo tn̄ iusti a deo reputamur, sicut dicit. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, Ita & spem semper ex seipā augeri recte intelligetur, operantib9 eam tribulationibus, modo sic ferātur, vt probati inueniamur.

Ex quib9 hoc sequi videtur, Q, cęterę virtutes forte poterūt agendo perfici, Fides vero spes & charitas non nisi patiēdo, patiendo inq; intus operationē diuinā, quia cæterarū opera sunt fructus fidei, spei, charitatis, q̄ si videas incarnatā fidē, incarnatā spem, incarnatā charitatē, atq; oīno, in crassistm̄ opib9 exercentur, Atq; hic sponsa Christi rursum inquinat pedes, q̄s lauisse se iactat, & induit tunicam, qua se spoliasse gloriatur, cū sine vitio nō possint fieri, quę per viciatā carnē fiunt. At fidei, spei, charitatis op9 & esse vident̄ idem esse. Quid em̄ ē fides, nisi motus ille cordis, qui credere. Spes motus qui sperare, Charitas motus, qui diligere vocatur? Nam phantasmata illa puto humana esse, quod aliud sit habitus, & aliud actus eius, presertim in his diuinis virtutibus, in quibus nō est nisi passio, raptus, motus, quo mouetur, formatur, purgatur, impregnatur anima verbo dei, vt sit omino negociū harū virtutū, aliud nihil q̄ purgatio palmitis, vt Christus dicit, quo fructum purgatus plus afferat. Deniq; cæterę virtutes versantur circa res crassas & corpales externę, Illę vero circa purū verbum dei interne quo capitur & non capit anima, hoc est exuitur tunica & calciamentis suis, ab omnibus tam rebus q̄ phantasmatibus,

rapiturq; per verbum (cui adhęret, imo quod eam apprehendit & ducit mirabiliter) in solitudinem (vt Osee. ij. dicit) In inuisibilia, in cubiculum suum, in cellam vinariam. At hic ductus, hic raptus, hęc expolitio misere eam discruciat, Arduum est enim & angusta via, relinquere om̄ia visibilia, exui om̄ib⁹ sensibus, educi ex consuetis, deniq; hoc mori est, & ad inferos descendere, Videt̃ enim ipsa sibi fundit⁹ perire, dum subtractis omnibus, in quibus stetit, versabatur, hęrebat, nec terram tangit, nec cęlum, nec se sentit nec deum, dicens, Nunciate dilecto meo, quia amore langueo. q. d. redacta sum in nihilum, & nesciui, In tenebras & caliginem ingressa, nihil video, fide, spe & charitate sola viuo & infirmor (.i. patior) cum enim infirmor, tunc fortior sum, Hunc ductum Theologi mystici vocant. In tenebras ire, ascendere super ens & non ens, verum nescio an seipsos intelligant, si id actibus elicitis tribuūt, & nō potius crucis, mortis, infernìq; passiones significari credunt. CRVX sola est nostra Theologia.

Crux sola est nostra theologia

Ex his intelligi puto verbū Apostoli, quo modo spes sit opus probatę per tribulationes patientię, quod his om̄ibus hō velut excolitur, expolitur, excluditur, sicut vas manu artificis, vt longe emineat vltra visibilia & cōprehensibilia, nō in merita, sed in solum deum confidere doctus, Sic vas aureū, igne & malleis in vsum honorificum domini sui paratum, non aūt in suū vel colorem vel quodcūq; opus naturæ suæ (quæ est aurum) non enim vt aurum, sed vt vas vsum hunc habet, nec vt fieret aurum, expolitum est, sed vt vas in vsum fieret, paratum est. Ita homo per spem ad solius dei vsum paratur, nō aūt opera ipsa, spem parant, hoc enim esset prius ex posteriore facere, Quare satis placet tropus scripturę, qui hanc purgationem & spei operationem, verbo exitus designat. Prouerb. xxv. Aufer rubiginem de argēto & egredietur vas purissimū, Aufer impietatem de vultu regis & stabilietur iustitia thronus eius, & vitul⁹ ille aureus. Exo. xxxij. dicitur eodē tropo egressus. i. paratus. Inde illud. Dn̄s custodiat introitum tuū & exitū tuū. i. initiū & finem tentationis, vt S. Aug. tractat.

Error est itaq; lib. arb. habere actiuitatem in bono ope, qn̄ de interno opere loquimur, velle em̄ illud qđ credere sperare, diligere iam diximus, est motus, raptus, ductus verbi dei & quædā continua purgatio & renouatio mentis & sensus

de die in diem, in agnitionē dei, licet non semper æque intensa sit illa passio, tñ semp̄ est passio. Ecce (inquit Hiere: xviij) sicut lutū in manu figuli, ita vos domus Israel in manu mea. Quid obsecro actiuitatis habet lutum, qñ figulus formā ei affingit? Nōne mera passio ibi cernitur? qua tñ proficit de sua deformitate, in formam similē artifi cis Ideę, ita per spē, tribulatiōe operante, nascentem, diuinę imagini conformamur, & creamur ad imaginem (iuxta Paulum) eius qui fecit nos, voluntas vero incarnata, seu in opus externum effusa, recte potest dici cooperari & actiuitatem habere, sicut gladius in suo motu prorsus nihil agit, mere aūt patitur. At in vulnere facto, cooperatū est per motū suū secāti per ip̄m. Quare sicut gladi⁹ ad sui motū nihil cooperatur, ita nec volūtas ad suū velle, qui est diuini verbi motus, mera passio volūtatis, q̄ tū cooperatur, ad opus manuū, orando, ambulando, laborando &c.

Iam vero plusq̄ satis digressi, aliqñ ad psalmū redeamus, Lætabūtur oēs qui sperant in te. Primū, verborꝝ vim deinde ꝑphetę occasionem sic loquētis videamus. Soli sperantes lętabūtur, qui aūt sint sperantes iam satis diximus. Et in te non in sua, non in vllam creaturam, siquidem sunt qui cōfidant etiam in homine.

Illud vidēdū, q̄ olam vsitatissimū in scripturis, quod, in æternū, semper, in sęculū, in sęculū sęcl'i, & si quod aliud, transfertur, hebręis significat tropo linguę proprio, tempus incertę & indifinitę durationis, non aūt (vbiq̄ saltem) ęternitatē. Vnde in lege Mosi, sepius dicit, legitimū sempiternū in gn̄ationibus vestris, cū tñ aliqñ finienda essent omnia illorꝝ, quod mihi latine, non inepte dici videtur, semper, perenniter, perpetuo, Alamanice, ymerdar, vel ymer vnd ymer. Sic em̄ nostra vernacula dicimus, quod p̄s c.iij. scribitur, Non inperpetuū irascetur, neq̄ in ęternū cōmendabitur, vuirt nit bis ans end zurnen, auch nit ymerdar drevuen.

Quid mouit aūt Prophetā, vt hos affectus tā copiose cōmendaret? Impiorꝝ scz conuersatio, quos vidit in bonis ducere dies suos (vt Iob ait) ac sic viuere, q̄si eorꝝ sit ꝓpriū lætari, exultare, gloriari, quod tam fallax & efficax est scandalum, vt multi ꝓphetę se in hoc tentatos, & atra quadam nemesi cōmotos q̄rulēt, sicut em̄ specie operū & meritorū tpaliū offēdicula sūt, ita & specie p̄miorꝝ tpaliū. Vnde de eis p̄s lxxxij. Q̄ bon⁹ deus Israel his, q recto sunt corde. Mei aūt pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui sup̄ iniquos pacē impiorū

impiorũ videns, qm̃ non est respectus morti eorum, & firmamentũ in plaga eorũ, in laboribus hominũ nõ sunt, & cũ hominibus nõ flagellabunt, ideo tenuit eos superbia &c.

Tentatio de impiorum felicitate.

Et Here. xij. Quare via impiorũ prosperatur, bene est omnib9 qui p̃uaricantur & inique agũt? Et ps. cxliij. Non ẽ ruina macerię neq; transitus &c. Beatũ populũ dixerũt cui hęc sunt, Latius aũt Iob xxi. quare ergo impij viuũt subleuati sunt cõfortatiq; diuitijs &c.

Contra has laruas, species, scandala, propheta seuocat pios homines, vt contẽptis illorũ gaudijs, ad verũ gaudiũ se cõuertant, quod est in deo, quare per totũ, geminam quandã anthithesin, oportet obseruare i hoc versu, in hũc modũ. Tristes videmur illis q̃ rebus subtractis patimur, in quibus illi nixi lætantur, vtrũq; horũ ad sensum expositũ fortiter scandalisat, fallitq; plurimos. At intus vbi nos viuimus in spe, & illi mortui sunt, lętamur, lętabimurq;, illi vero nec lętãtur, nec lętabũtur. Nostrũ vero gaudiũ adeo verũ & solũ est, vt de ipso solo dici merito debeat, lętabũtur, cũ illorũ lętitia magis tristitia sit, si interna videas. Ita in totũ damnat impiorũ gaudiũ, & gaudium piorũ cõmendat, quod quia sine specie est, illud vero magna specie, fide opus est, verba spiritus loquitur in spiritu positus, alioquin & non intelliges, & illorũ scandalo offenderis. Nõ eñ põt carnalis homo sapere quę dei sunt, idest gaudiũ esse i subtractione oĩm bonorũ, etiã spiritualiũ, cũ gaudiũ esse nesciat, nisi in re pręsente & sensibiliter possessa, Nos aũt oportet gloriari in Cruce dñi nr̃i.

Laetabuntur.

Cũ aũt Hębrei optatiui loco, quẽ nõ habent, futuro indicatiui vtantur, & ex dictis cognouimus omnes huius psalmi affectus miro ardere zelo, sanũ est, & hunc versum quadã indignationis sanctę emulatione dictũ intelligere, ac tale quippiã sonare, Quid insaniũt impij illi? quid ludunt animas hoĩm pessima specie? obsecro dñe, damna eos & gaudiũ eorum, expelle eos, reuela eorũ hypocrisin, decidant a suis laruis, vt lætentur solũ ij, qui sperant in te, vt notũ fiat & sciant omnes nõ esse vspiam gaudiũ, nisi in multitudine misericordię tuę, vror dñe nimis, q̃ hęc nõ persuadere possum, q̃ nõ audiũt. Tu ergo iudica illos & ostende eorũ vanitatem ac nostram veritatem, Atq; ita habemus, vbi & quid sit verũ gaudiũ, nempe fiducia & secura conscientia in diuinã misericordiam, Hoc eñ experti quoq; dicũt, non esse gaudiũ super conscientiam puram, nec maiorem tristitiam, q̃ perturbatã conscientiã, sicut dicit Sap.

Verum gaudium.

X

Secura mens quasi iuge conuiuiũ. Et ps. xxv. Q m misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua. Necq̃ em̃ aliunde q̃ intuitu misericordię dei, conscientia lęta & pura venit, vt ps. iiij. dictũ est. Lumen vultus tui dñe super nos, dedisti lętitiã in corde meo, Gaudiũ vero illorũ quid? frumenti, vini, olei copia. i. porcorũ gaudiũ in corpis saturitate.

Ingternũ exultabũt, hoc verbũ Hiero. laudabũt transtulit, nõ male, volũt em̃ eo significari lętitiã vocalem, siue cantãdo siue loquendo, sicut gaudentes solemus iucũde loqui, aut etiã cantare, garrire, laudare, iactare eũ in quo gaudemus. ps. l. Exultabit lingua mea iustitiã tuam (.i. cũ gaudio pręddicabit). Siue ergo, Ingternũ pertinet ad verbũ lętabũtur, siue exultabũt, perstat in ęmulatione & contentione, ppheta, ac si dicat. Garriant illi in suis rebus, iactent se & sua, cantent seipos, nõ modo nõ vere exultant aut lętãtur, sed nec ingternũ. Gaudiũ (vt Iob ait) hypocritę instar puncti. Et xxi. Ducũt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendũt, adeo incerta & instabilis ẽ iactãtia eorũ, sed nec perpetua, vt quę multis tristibus casibus interturbetur, atq̃ vt bene cedant oĩa, tam ẽ extrema gaudij luct9 occupat, & mãifesta erit eorũ insipiẽtia, sicut Iamris & Mamris Quid ergo miseri sese fallunt & perdunt? At sperãtes in te, lętabũtur & exultabũt perpetuo, nec miscebitur eis vllus extraneus (vt Sap. dicit).

Hic videmus fructus ex quibus possumus scire an sumus (vt vocant) in gratia, fructus spũs gaudiũ. Gal. v. Nec est q̃ discamus nos hoc nescire. Si ingternũ & stabile sit gaudiũ, & laus dei perseuerans, etiã in passionibus, fallax signũ non põt esse, Ex fructibus em̃ cognoscetis eos, Crux probat oĩa, Quare si cũ ps. xvij. dicere potes, laudãs inuocabo dñm, & saluus ero, vere saluus eris. Hanc em̃ crucem, quia impiorũ gaudium non sustinet, ideo ingternũ & stabiliter non gaudent. Alius fructus qui sequitur, est garrire, libenter loqui, iucũde predicare, audire verbũ Christi, exultare iustitiã eius, cantare misericordiã eius, detestari vero fabulas impias, detractiones, obscenitates, & similes feces mũdi, An hęc nõ possumus sentire? p̃sertim si tentati, phibiti, passi fuerimus pter hæc, vel inuidiã, opprobria, terrores, aut q̃cũq̃ mala, Nã nec hoc tũ erit fallax signũ Chri i te viuentis, si perseueres laudans, exultans, iactans gratiam dei contra superbiã hominũ.

Nõ ergo frustra, ingternũ, cũ verbo exultabũt cõposuit, q̃ gaudiũ spũs foras erumpens, suscitet sibi aduersarios veritatis,

ſicut in Apoſtolis videmus contigiſſe Act. ij. iij. iiij. v. &c. & ꝙ inueniant̃ q̃ dc̃ qui laudent Chriſtũ, miſericordiã, veritatẽ, iuſtitiam, gratiã dei, ſed nõ in ęternũ, quia non ſatis ſperãt, nec ſatis lętantur in eo, cędũt em̃ in tpe tentationis, neq; perſeuerant contra faciem iniquitatis, nec vbiq;, nec om̃ibus, nec om̃i tpe audentes iactare deũ (.i. gratiã dei) quales & hodie multi ſunt, qui veritatem dicũt tm̃ vulgo, om̃ia patienti, non ijs, quos ti= ment ſeſe perſecuturos, quibus tamẽ maxime oĩm dicenda ẽ, Q; ſi dices, principes populorũ ſunt, extra ſynagogas facient, excõicabũt, extra ciuitatẽ eijcient. Audi q̃d ſequit̃.

Apostata.

Et habitabis in eis, quod Hieron. dicit. Et proteges eos, ipo protectore, quis praeualebit? Atq; niſi tanta res eſſe aduerſus operarios iniquitatis & locutores mendacij, dei miſericordiam exultare, non eſſet opus nobis promitti, hanc exhortatoriam ꝓmiſſionẽ. Scit ipe portas inferi inſurrecturas aduerſum gau= diũ noſtrũ, ſed confidite, protector noſter deus Iacob, non ꝓ= ualebũt. Habitabit in nobis ipemet, maior eſt (inquit) Ioãnes 1. Iohan.) qui in nobis eſt, q̃ qui in mũdo. Si deus pro nobis, quis contra nos? Hębraicũ conſulens, inuenio hic v̷bũ abſolutũ, qd̓ ps. ij. ponitur. Ego aũt conſtitui regem meũ, qd̓ ordinare, conſtituere, ꝓponere Reuchlino ſignificat, Vnde in hebręa ꝓprietate ſonat, habitabis in eis .i. ordinationem ſuper eos facies, conſtitues ſuper eos, ordinator ſuper eos eris, tu cu= rabis eos, tu reges eos, quod Hiero: recte, & ſi non plene dixit, proteges eos, latior em̃ hębrei verbi ſignificatio. Sicut & illud abſolutum eſt, Exultabũt ſeu laudabunt. q. d. erunt & ſint prędicatores & Euangeliſatores (quod proxime huiꝰ verbi al= ludit ſignificato) Euãgeliſare em̃ eſt lętũ, iucundũ, ſuaue, bonũ verbũ nunciare, quod Ieranenu heb. diximus ſignificare, Lętũ aũt verbũ aliđ nõ ẽ, q̃ remiſſio p̃cõꝝ Multitudo miſericordię dei, conſolatio triſtis cõſcientię, At q̃d his nũcijs & iactatoribꝰ grę cõtigerit videmꝰ ĩ Apl̃is & Martyribꝰ & oĩbꝰ ſanctis. Rur= ſum q̃uo in eis habitauerit Chriſtꝰ rexerit & ſeruauerit, ſcimꝰ.

Habitabis in nobis.

In illis vero q̃s habitabit? quis eos ꝓteget? q̃s reget? nõ his egẽt, fortes ſunt, Gygãtes ĩ terra ſunt, potẽtes portę inferi, ſedes diaboli, hic em̃ princeps mũdi eſt, & habitat in eis.

Sequitur altera pars verſus huius. Et gloriabũtur in te om̃es qui diligunt nomen tuũ, Q; q̃ Hierony: recte vertit. Et lęta= bũtur qui diligũt nomen tuũ, tamen noſter translator pulchre vocem hębream expreſſit, quę aliud genus gaudij ſignificat, q̃ primũ verbũ lętabuntur, Et ſicut mihi diuinat meꝰ Morpheus

Gaudere qd & quomodo

illud significat ꝓprie gaudere, gaudiũ in se recipere & habere, hoc vero, gaudiũ reddere & lætari ac velut lętificare, seu vt dicũt latini, iucundũ esse, vbi si quis in seipo de suo gaudio iucũdus est, gaudiũ est in gaudio, de quo ps. lxvij. Et delectentur in lętitia. Et xx. Lætificabis eũ in gaudio, alioquin nobis læti, alijs iucũdi sumus (vt volũt). Sic. i. Reg. ij. Exultauit cor meũ ĩ dño (.i. iucundũ fuit). Et. i. Paral. xvi. Exultabũt agri & omnia q̃ in eis sunt, sicut ille dixit, Lętas segetes figurate, ꝙ nos reddãt iucũditate sua lętos, Verũ ego stult⁹, qui ĩ vocabulis adeo torqueor, cũ multa alia sint huius linguę, quę lętitiam significẽt, quorũ ego nec possim nec velim constantẽ differentiam profiteri, Sufficit vl' opinari, hoc pręsens gaudij genus, ptinere ad affectũ gratitudinis, q̃ in benefactorẽ grati & iucũdi rapimur, de cuius dono lętati sumus, qua gratitudine iucũdi sumus bñfactori, eiusq́ votis respondemus, sicut ager lętus suo cultori. Et hoc ita esse videtur eo signo intelligi, quod in versus initio verbũ absolute dicit. Et lętabuntur, hic vero. Et lætabuntur in te, vt priore v̄bo sensum beneficij absolute indicet, posteriore vero, acceptũ beneficiũ referri in benefactorem cũ iucunda gratitudine, nam in bñficio lętari, etiã ps. cxxi. ostendit. Lætatus sum in his quę dicta sunt mihi &c. vbi ponitur verbum huius versus in principio positũ, Nõ dico, hæc cõstanti Canone verbis istis duobus propria esse, sed ex regimine & absoluto statu, in hoc loco sic posse distingui, Nã ps. xxxi. Lætamini in dño. Et. xcvi. Lętamini iusti in dño, idẽ verbũ habetur cũ regimĩe, quo hic versus incipitur absolute, nisi id Canonem faciat, ꝙ in dño lętãdũ, sicut in bñficio, illi dicãt citra gratitudinis affectũ.

Hæc aũt significatio apte quadrat ad sententiã, vt enim priore hui⁹ v̄s⁹ pte gaudiũ in tribulatiõe descripsit, ita hac posteriore gaudiũ in prosperitate, seu gaudiũ in gaudio describit, quod nõ est verũ nec syncerũ, nisi in dño gaudeat, iuxta illud Isa. Gaudens gaudebo in dño, quæ oĩa non aptius intelligi pñt, (vt dictũ ẽ) nisi cũ ꝓpheta, nobis ob oculos ponam⁹ aduersariã generationẽ, de qua penitus inuertere oporteat hunc versum totũ, vt qui in aduersitate pro lætitia tristantur desperantes de deo, nec exultant in ęternum bene de deo loquentes, sed assidue murmurant male loquentes de deo, ideo nec protegit eos deus, nec habitat in eis. Contra, In aduersis effusi, insipienter gloriãtur, non in dño, sed in se, suisq́ operib⁹, sibijpis placẽt, suaq́ mirantur, quia diligũt nomẽ suũ, & quęrũt gloriam suam, Ita vt recte hũc versum totũ de talib⁹ liceat in hunc modũ vertere.

Impior gaudium

Et tristabuntur omẽs qui non sperant in te, semper murmurabunt, & deseres eos, & gloriabũtur in seipsis, qui diligũt nomẽ suum.

Itaq; propriissime, vtrũq; tempus, vtranq; hominũ generationẽ, vtriusq; affectus & opera, hoc versu breuiter & mire distinguit & pingit spũs prophetę, antithesi aptissima. Impossibile est em̃ vt non tristetur, qui non sperat in dño, q̃ties irruit quęcũq; tribulatio. Tristatus aũt non põt non murmurare cõtinue, cũ laus dei sine exultatione cordis nulla sit. At hic murmurator tristis & impatiens, deo q̃q; displiceat, ac magis magisq; deseratur, necesse est, non em̃ in Babilone habitat, sed in salẽ (.i.) pace factus ẽ locus ei⁹. ps. lxxv. Et sup q̃etũ & humilẽ requiescit spũs eis. Isa. vlt. Contra impossibile est, vt non lætetur qui sperat ĩ dño, etiã si fractus illabatur orbis, impauidũ em̃ fierent ruinę. Lętatus aũt non põt non bene cogitare de deo exultare in laude eius, & exhortari seipm, Quare hic laudator patiens & lætus, dignus est quem ꝓtegat & inhabitet deus, nec frustra lætari, sperare, exultare permittetur, seruans seruabit eũ. Atq; hoc ẽ biuiũ, in quo se diuidunt viri sanguinũ & dolosi a viris misericordię, & hominibus bonę voluntatis, q̃tũ ptinet ad tempus nubilũ, & horam tentationis, Quare vt sępi⁹ dixi, Saul noster a spiritu dñi malo non habet leuius, nisi Dauid nr̃ psalterio arrepto, psallat manu sua, hoc est, Si tristatur anima tua, incipe iucũdam aliquã cantionem vel memoriã in deum tuũ, & mox senties leuamen, & ꝓbabis probũ esse cõsiliũ sapiẽtis. In die maloꝝ memor esto bonorũ. Et iterũ. Multos occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Hic em̃ musica in luctu, etiam cõtra ꝓuerbiũ est, opportunissima narratio, sicut ille ps xliij. Quare tristis es anima, & quare conturbas me, Spera in deo, qm̃ adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & de⁹ meus.

Rursus impossibile est, vt non placeat sibi, infletur, glorietur, gaudeat in seipo, qui non dei, sed suũ nomen & gloriã diligit & quęrit, quoties acciderit quęcũq; prosperitas, placens aũt sibi in sua prosperate, Quid aliud faciat, nisi q̃ vt ꝓuerbiũ ẽ, Mutuũ scabunt muli, ita ipse suos benedictores benedicat, & laudatores laudet, illiq; vicissim benedicentẽ benedicant, laudantẽ laudẽt, Iuxta ps ix. Laudatur peccator in desyderiis suis, & impius benedicetur, gefatter vbir den zun vnd ervvider. Atq; hoc est nouissimũ qd' possunt, vane scz gloriari, iactare seipsos p̃dicare, quoꝝ finis in cõfusione.

Contra, Impossibile est, vt sibi placeat in seipo, gaudeat aut

glorietur, qui nõ suũ, sed dei nomẽ diligit, quãtalibet arrideat serenitas & fœlicitas. Hac aũt ratione displicens sibi atq; vilescens, necesse est, vt non nisi dei nomen, laudem, gloriam quærat, & amet, & dicat. Sanctificetur nomen tuum, prophanetur vero nomen meũ, & omniũ, Benedicant omnia opera domini domino. Nec benedicat iusto nisi tu solus, impiorꝝ benedictio, maledictionis vice ducenda est.

Finge ergo, immo obserua prophetã (si vis hũc intelligere versum) positum eo loco, vbi impiorꝝ intutus vitam, duplo scandalo vexetur. Altero, ꝙ sibi oĩa aduersa cadunt, deinde omnia sua & dicta & facta, pro stultitia & impietate ducuntur quibus ad tristitiam, impatientiam, desperationem moueatur. Altero, ꝙ impijs omnia prospera abundant, omniaq; eorum dicta & facta vehuntur, celebrantur, ac iam immortalitati omnino consecrantur, quod est atrocissimum omnium, & quod maxime irritet scandalum, Tum irascens quidem, sed non peccans, loquit̃ in corde suo in cubili suo, tacet, & finem expectans dicit hũc versum, Nam si quis quęrat quid loquendũ sit in cubilib⁹, de q̃ p̃s iiij. dictũ est, recte respondebit̃, Non aliud q̃ ea quę hoc versu tradunt̃, vt seip̃m consoletur in dño dũ illi vanissime iactant̃ in semetipsis.

Vnde & aptissime seruat ordinem, Tentatio enim quę a sinistris est, prior est & minus periculosa, ꝙ a latere tantũ cadant mille, sed a dextris decem milia, quę & multo grauior & periculosior ẽ, nec nisi ijs, qui priore sunt diu exercitati, obenuda, vtraq; fornax quędam est probationis, sicut scriptũ est Ecc: xxvij. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulatiõis. Altera ꝓuer. xxvij. Quõ probat̃ in conflatorio argentum, & in fornace aurũ, sic probatur homo ore laudantis, Quo modo? Nẽpe qd̃ in illa inueniet̃ tristis & murmurator, In hac gloriator diligens nomen suum, & benedicens seip̃m, atq; vt in priore casus proprie vulgi, & eorũ quos peccatores contemnimus, est, ita in posteriore grauior est perditio pinguium Israel & electorũ, & quos sapientes & iustos veneramur, hoc est impiorũ iuxta p̃s. lxxvij. Et occidit pingues eorum & electos Israel impediuit. Et Isa. v. Descẽdẽtq; sublimes & gl'osi ad eũ (scz ĩfernũ), Adeo semp deus percussit magnates & primates, vt nos terreret, humilitatemq; nobis tutissimã cõmendaret, ita vta proprie de magnatibus dicat p̃s. Terribili apud reges terrę, & qui aufert spiritum principũ, nec sic tamen quicq̃

proficit apud Tyrannos, Quis em̄ legitur vſq̄ in ſacris literis primo loco habitus, qui non aliquo inſigni caſu gloriam ſuā nobilitarit, ſi ab Adam ad Petrum vſq; numeres? Tanta ſcz cura fuit deo, pro humiliandis magnatibus, vt quibus neceſſe ſit, pro ſubditorū ſalute, vel honoris & dignitatis pſperitatem obuenire, ne fierēt impij ſuę glorię amatores, & nominis ſui dilectores. Rurſus vix vnus & alter e vulgo memoratur, qui ſcelere ſe infamarit, qualis Achan & ille Nūe: xv. qui ligna ſabbato collegerat.

Nomen dn̄i hic quid ſit, quęrendum, eſt de quo multa multi in diuerſis quoq; linguis. Hębrei decem nomina dei iactāt, teſte etiā. d. Hieronymo, inter que illud magna ſuperſtitōe celebrant, quod Tetragrāmaton vocant cuius virtute neſcio quantū tutelę & operationis ſibi promittunt, cum interim per impiam incredulitatē & blaſphemiā nominis Chr̄i, ſine fine nomen dei ſui aſſumant in vanū, nec aliquid minus curant, q̄ vt nomine dn̄i ſalutem animarꝫ ſibi parent, Dimanauit aūt & in Chriſtianos eorūdem ſuperſtitio, vt paſſim iactēt, ſcalpent, figant, geſtēt, quttuor iſtas literas ſiue impij ſiue pij ſint nihil curantes, velut Magi in literis & characteribus virtutes ſe habere preſumentes.

Nos vero, ſicut decet chriſtianos, oportet hoc ſcire, ꝙ ſine fidei pietate omnia ſunt ſuperſtitioſa & dānabilia, adeo vt nec Chriſtus, nec deus ipſe vlli ſit ſalutaris, niſi per fidem habeatr̄, Quare quodlibet nomen dei, imo quodlibet verbū dei, omnipotentis eſt virtutis, in ſalutem corpis & animę, ſi fidei & reuerentia poſſideatur. Non itaq; nomen, ſed fides in nomen dn̄i facit omnia, nec vnum altero efficatius eſt. Si em̄ nomen Tetragrāmaton ſolum tantę virtutis eſt, ſtulte facit Eccl'ia, ꝙ non in ipſo, ſed in nomine potius, Patris & Filij & Spiritus ſancti, benedicit, baptiſat, & omnia ſacramēta ſua perficit, Mirūq; ſit Eccleſiam Chriſti, quę ſpm̄ dei habet, hęc nondum nouiſſe, quæ omnia nouit, quæ dei ſunt. Qꝫ ſi dixer is, & ip̄m Tetragrammaton, hæc om̄ia in ſe continet, omniūq; perfectiones, Ita vt nominato ſanctę trinitatis nomine, aut dei, aut domini, ſimul, ibi nominetur tetragrāmaton. Cur ergo ab alijs ſecernitur? Cur non efficit in omnibus quod efficit ſeorſum? An tam ſanctum eſt & alia tam prophana, vt his mixtū polluatur? Aut tam inuidū, vt alijs hanc virtutis gloriā inuideat? Sint ergo iſta Iudæorum figmenta, Chriſtiani melius

ſapiant, vnam ſcz eſſe omniũ nominũ dei virtutẽ, ſi fidem piã habeas, ſine qua nec Sanctę Trinitatis nomẽ tibi ꝓſit.

Veruntñ, quãdo om̃ia illis contigerũt in figura, vt nec iota nec apex fruſtra ſcriptus credatur, nõ negarim in nomine Tetragrammato, aliam & ſingularem p̄ cęteris figuram fuiſſe ſignatam, in nouo ſcz teſtamento reuelandam, vnde & tũc ineffabile habitũ eſt, & etiannũ habetur Iudęis, quia reuelatũ eiuſdem myſteriũ pertinaciſſime exhorrent, Quare vt & nos ſiue nugemur ſiue cũ eis cabaliſemus, putemus nomen Tetragrãmaton eſſe ſymbolũ nominis ſanctę trinitatis, & nomen patris & filij, & Spũſſancti, nunc reuelatũ, tũc ſub quattuor literis fuiſſe adumbratũ, quod vt faciam⁹ veriſimile, ex ipſis literis, ex nũero ex ſignificatione earum argutemur. Significatio eſt hæc, Iod principiũ, he iſta, vaf &, he iſta, componantur grãmatice & latine, reſultabit hæc oratio, principiũ iſtius & iſtius, quod cum nomine ſanctæ Trinitatis per om̃ia conuenit, ꝙ pater in diuinitate ſit principiũ iſtius, ſcz Filij, & iſtius ſcz Spũſſancti, Nam iſta pronomina iſtius & iſtius, obſcurius Filiũ & Spm̃ſanctum repreſentant, ſicut cõueniebat illi teſtamento, in quo nõ erat reuelandũ, ſed indicandũ dũtaxat myſteriũ trinitatis, ſed nec p̃ris nomen clare expreſſum eſt, licet nomine principij plus notificetur q̃ Filius & ſpũſſanctus, in quo ſimul ſignificatũ eſt nulli eſſe, ſicut Chriſtus Matt. xi. dicit, cognitũ patrem neq; filiũ, niſi cui fuerit reuelatũ, Siquidem nec hodie Sanctæ Trinitatis myſteriũ, etiam ſi nomen proferatur, cognoſcit, niſi docente ſpũ fidei. Apparet itaq; illis ſub nomine Tetragrãmato perſonarũ diuinarũ numerũ & naturã nõ ſecus eſſe adumbrata, ꝗ nobis ſub iſto nomine, trinitas, vt ſicut vocabulũ trinitas, ſi reſoluat, eius ſententia dabit, Patrem & Filiũ Spm̃ſanctũ, ita Tetragrammaton reſolutũ reddet principiũ iſtius & iſti⁹, obſcuri⁹ quidẽ, tamẽ idem, Aeque em̃ tres cõmendantur perſonę, & duę proceſſiones, atq; in nomine p̃ris & filij & ſpũſſancti.

Secũdo, Numerus eſt quaternarius, hic eſt quadratus planus primus, qui conſtat duab⁹ ꝓportionib⁹ ſimplis, primis, quarũ prior eſt, vnius ad duo, poſterior duorũ ad quattuor, Naſcit igit gemina ꝓceſſiõe & ꝓportiõe q̃dratus vni⁹ ad vnũ & duorũ ad duo, ab vnitate incipiens in quaternitate deſinẽs, Sunt aũt ꝓportiões iſte iuxta arithmeticã inęquales, ſed iuxta Geometricã ęquales, Sed hæc ad Mathematicã. Ita ĩ quadrato huius diuini nominis ſignificatur vnitas paternæ ſubſtantiæ, ex qua vnus procedit filius æqualis eidem ſimpla ꝓportione

prima

prima. Ex vtroq; autem spiritussanctus secunda processione, velut altera ꝓportiōe simpla ęqualis patri & filio, sicut ꝓportio duoꝝ ad duo & vni⁹ ad vnū ęqualis est geometrice. Cum autē ꝓportio ista simpla omniū sit perfectissima, prima & ꝓportionū fons & caput, vbi neutra partium alterā excedit, nec exceditur vtra, quia vnū vni, duo duob⁹, per oīa ęq̄lia, fit, vt ęqualitas psonarum in diuinis, per duas tm̄ ꝓcessiones & non plures subsistentiū, pulcherrimi istius quadrati seu tetragrāmati symbolo significata sit antiquis patribus in occulto. Aequalis enim patri filius ꝓcessione prima, ęqualis vtriq; spūs ꝓcessione secunda.

Huc iā facile est referre. Quattuor istas relatioēs, quas Theologi habēt vsitatissimas, gn̄atio actiua, gn̄atio passiua, spiratio actiua, spiratio passiua, Hęc em̄ quattuor constituūt (vt sic dicam) deū trinū & vnū, sicut istę quattuor literę eius nomē.

Tercio ex ipsis literis ac natura earū, syllaba prima termīat proportionē primā in literam He, quæ est lenis spiritus, vt indicet processionem illam in diuinis esse, nō carnalem, sed spiritualem & suauissimā ac blandissimā. Aspirationis em̄ litera, si proferatur, aliud non est nisi quidā blandus processus venti seu flatus, vt aptissime hanc processionē filij significet.
Similiter & & totum nomen terminatur ꝓportione secunda in eandem aspirationis lenitatem, vt & secunda processio intelligatur spiritualis, nec ab ea differens, nisi ꝙ est secūda, & a prima procedens, nec differt spūs a patre & filio, nisi processione sola ab vtroq;, Cū ergo spirituales sint istę processiones & spiritualissimę naturę, necesse est totū principiū in totū fluere principatū, ꝙ diuisibilis non sit, ita inæstimabilis pluralitas subsistit in simplicissima vnitate.

Hęc in q̄, & si qua sunt similia, videntur esse in Tetragrammato veteri figurata, nūc vero in omnibus linguis reuelata, vt iam tetragrāmato nō sit opus, nō magis q̄ tota lingua hębrea, pro intelligendo deo. Hijs suffragatur, ꝙ Burgen̄. dicit, Tetragrāmaton idcirco ineffabile dici, ꝙ null⁹ vocis hębreę Etymologiā sapiat, nec Analogia liceat significationē eius agnoscere, vt appareat, cōsilio diuino has literas, hębreas quidē copulatas, sed tamē velut extraneā & non gentilem Iudęorū dictionē insignificabilem constitutā, quo modo latinis literis liceat dictionem aliquam constituere, grāmaticis ignotam, tm̄ significandi & memorandi causa, qđ Valentiniani videnť ęmulati ī sua abraxas græca dictione.

Recte ergo ineffabile nomen dñi dictũ est, ꝙ tũc nõ fuerit reuelatũ trinitatis sacramentũ, & si occulte insinuatũ, Recte quoq; soli deo hoc vnicũ nomen tributũ dicitur, & qd' deũ secundũ substantiã & internã naturã significat, nam vere deus in seipo aliud nõ est nisi pater & filius & spũssanctus, trinitas, & ea quæ de natiuitate & processione dici solent. Quæ res in nulla creatura inueniri potest, quare nec tetragrãmaton ei aptari, cũ alioquin nomẽ, regis, dñi, dei, fortis, excelsi, eloim, & similiũ, aliis & conueniant & tribuant vicem dei gerentib⁹, operib⁹ em̃ dei externis, angeli & homines assimilari possunt, Sed trinitas in vnitate esse nõ possunt, ideo & nominib⁹ dei fungi possunt, sed Tetragrãmato & Trinitatis vocabulo vti nõ possunt.

Hinc puto facile solui difficultatem illam Exo. v. vbi multi ęstuant, quid velit spũs qñ dicit. Ego dñs qui apparui Abraham Isaac & Iacob in deo omipotente, & nomen meũ Adonai non indicaui eis, cũ tñ nomen tetragrãmaton longe ante etiã Geñ. iiij. & deinceps ponatur. Non inq̃ puto id voluisse, literas illas, scz, nõ fuisse eis indicatas, nisi forte tũc literæ nominis eius nondũ fuissent aut compositę aut scriptæ, sed ꝙ vim huius nominis. i. fidem trinitatis & notitiã Christi nõ fœcerit publicari tpe patrũ, nec Mosi, nec totius veteri testamenti, sed tm̃ occulte inspirari, & figuris adumbrari.

Sunt qui putent Tetragrãmaton esse nomen Ihesu, intersserta litera schin, qd' optarim esse probatũ & verũ. At quãdo Matthęus Euangelista. c. ij. salutis etymologiam illi tribuit, dicente angelo ad Ioseph, vocabis nomen eius Ihesum, ipe enim saluũ faciet populũ suũ a peccatis eorũ. Tetragrammaton vero (vt dixi) nullius sit etymologiæ prorsus, difficile erit idipsum tueri, vt id taceam quod in hebręo vocabulo, quod salutem vel saluatorem significat, necessaria & substantialis, quam vocant, litera, sit Ain, quã & Tetragrãmaton non admittit, & nomen Ihesus exinde constitutũ non habet, verũ aliorũ in hac re iudiciũ esto. Hęc ꝓ vitãda superstitione Iudęoꝶ dicta sunt.

Quod est igitur nomen dei, qd' hoc loco ꝓpheta diligendũ tradit? Neq; em̃ vnũ est tantũ. Paulus. i. Timo. i. sapientem vocat. d. Soli sapienti deo, ibidem regem sęculorũ immortalem inuisibilem, eiusdẽ. vi. d. Beatus & potens qui solus habet immortalitatem. Iohan. i. Ioh. iiij. Deus charitas est, heb. xi. Non confunditur vocari deus Abraham Isaac & Iacob.

Et quid si totũ huc Dionysiũ de diuinis nominibus aduehamus? Et eundem rursus de mystica Theologia, donec nullũ

nomen deo relinquamus. Siquidem qui cogitatu incõprehẽsibilis est, quo nomine effabilis esse queat? sed aliis ociosiorib⁹ ista speculanda relinquamus, nos pro simplicitate intelligẽtiæ, Hoc loco nomen dñi accipiamus, nõ id quo vocatur, sed qđ de ipõ prędicatur, Iuxta illud prouer: xxij. Melius est nomen bonũ q̃ diuitię multę. Eiusdem. x. Nomen impiorũ putrescet. p̃s. xxi. Narrabo nomen tuũ fratribus meis. Nomen ergo dei bona fama, laus, gloria, prędicatio, pręconiũ dei, vt clare mõstrat p̃s. c i. Vt annũcient in Zion nomẽ domini, & laudem ei⁹ in Hierusalem. Ecce nomẽ domini & laudem eius idem dicit, & eadem annunciatione prędicari. p̃s. c xlix. Laudent nomen domini, quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super cœlũ & terram. Cũ aũt solus deus operetur omia in omnibus, consequens certe est, Soli deo deberi nomen omnium operũ. Solus ergo bonus, sapiẽs, iustus, verax, misericors, clemens, sanctus, fortis, dñs, pater, iudex, deniq; quicquid nominari vsq̃, aut de quopiã p̃dicari põt in laudem.

Qua sentẽtia efficitur, vt sicut nobis nihil relinquitur, virtutis aut operis, ita nihil quoq; nominis possumus nobis arrogare. Atq; vt sumus homines, non nisi peccatũ, mendaciũ, vanitatem operantes, Nomen putridum & fedum habeamus, vt sit omnis homo mendax, Et vniuersa vanitas omis homo viuens, Quare nomen nostrum est peccatũ, mendacium, vanitas, iniustitia, malitia, peruersitas, & quicquid male dici de quopiam potest. Hæc cum agnoscimus & confitemur, recte agimus, tum enim nos nostra opera, nostrũq; nomen odim⁹ abijcimus, amittimus, deum, dei opera, dei nomen diligimus, desyderamus, & quęrimus, dicentes cum p̃s. liij. Deus in nomine tuo saluũ me fac. q. d. In nomine meo peribo, imo perditus sim, in tuo aũt saluus ero.

Hæc aũt aduersus impiam impiorũ hypocritarum cenodoxiam omnia dici a propheta satis clarum est. Horũ enim vt est temeritas, seipsos iustificare cũ phariseo, & Symone leproso in Euangelio, ita furor quoq; est, seipsos iactare & nomen suũ amare, prędicare, omnib⁹ aliis insultare, publicanos, peccatoresq; pessimis nominibus accusare, iudicare, vituperare. At pij & fideles dei homines, si gloriantur in domino gloriantur nomen dñi sanctificari, magnificari, glorificari petẽtes. Horũ ẽ seipõs accusare, iudicare, dãnare, oibus inferiores se existimare in nouissimo loco sedere, atq; ita nomen suũ prorsus ignorare.

Nominis diuini maiestas et efficacitas

Nomen nostrum.

85

Hypocritarum ingenium.

Verum & hic crux, ipsa sola, iudex est testisq; veritatis, quãdoquidẽ sunt, qui nomẽ dñi a se diligi iactẽt, magna fiducia etiã chartis illiniant. In Nomine dñi, & soli deo gloria. Item laus deo, & in nomine Ihesu & similia, deniq; cui nõ ẽ in vsu vulgatissimo, insignis illa & christianissima oratio, Deo gratias? Quid em̃ fœlicius Ecclesia esse possit hodierna. si nemo eorũ, qui hæc iactant, mentiretur, & nomen dñi sui inuanũ nõ assumeret? sed rara hæc auis. Si em̃ vere nomen dñi diligũt, ac non potius suiipsius, cur indignantur & impatientissime ferũt, quoties nomine proprio tanguntur, hoc est, dũ vel stulti vel mali, vel alio opprobrio onerantur? Cur hic nõ agnoscũt nomen suũ, & dicunt, deo gratias, & soli deo gloria? Cur veritati, quam alius coram eis profitetur, tam atrociter resistunt, quã eandem ipsi tam vero corde (vt garriũt) de seipsis profitentur? Itaq; Crux ipsa omnes ostendit mendaces, vt vere ille dixerit. Ego dixi in excessu meo, omĩs homo mendax, Vides ergo q̃ repente odiũ nominis sui, mutatũ est in impetuosissimũ amorem nominis sui, simul falsus amor nominis dei, ꝓdit seipm̃, dum impatientissime fert, nomen dñi sibi aufferri per aliũ, qđ ipse continue & mendaciter a seipso reiecit, & sibiipsi abstulit dicens, Deo gloria, & deo gratias, Ego aũt peccator. Hunc profundissimũ affectum, quis digne obseruare posset, nisi Christꝰ Cruce & contumeliis nos probari curaret? Atq; hæc ẽ sentẽtia Gregorii eximia, qualis vnusquisq; apud se lateat, illata cõtumelia ꝓbat, nã hic mox, deo gratias, vertit in dei blasphemiã.

Sed inuenit iste Struthio frondẽ, qua se tegat, & ĩ pctĩs excuset. Primũ illud Aug: Qui negligit famam, crudelis est. Et iterũ. Conscientia tibi, fama proximo necessaria est. Tũ illud i. Petri iiii. Nemo patiatur vt homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienorũ appetitor. Si aũt vt Christianus, non erubescat, glorificet aũt deum in isto nomine. Sed & D. Hierony. palam docet, in suspitione hæreseos, non debere patientem esse quenq̃. Primũ hoc loco loquimur in spiritu cũ propheta & coram deo, Prouidere vtiq; debemus bona nõ solũ coram deo, sed etiã corã oĩbꝰ hominibꝰ. Ro: xii. Et ii. Cor. iiii. Cõmẽdãtes nosmetipos ad oẽm conscietiã hoĩm corã deo. Et i. Thessal. vlt. Ab omĩ specie mala abstinete vos. Christus quoq; Matt. v. persecutionem passos prędicat beatos, sed propter iustitiã.

Ita verissimũ est, coram hominibus nos non debere mentiri & falsum crimẽ agnoscere, sed potiꝰ mori, sicut mulier illa septies percussa, apđ Hier: Verũtñ sicut pati debemus mortẽ & q̃cũq;

5. psal.

mala propter iustitiã innocentes, ita libenter debemus pati nominis nostri iniuriam, nec ipm repetere cum tumultu, aut retaliare iniuriam, sed quãtũlibet innocentes coram hominib⁹, tñ coram deo confiteri oportet nos meruisse, multo maiora tam rerum vitę, q̃ nominis incommoda, Sicut enim res & vitam, ita & nomen bonum, debemus agnoscere esse bonas dei creaturas, optimaq; dona. Verũ nõ debemus, nos his dignos æstimare, & iniuriam fieri nobis putare, si aufferantur, immo indignos nos his oĩbus agnoscere, patienterq; eis, volẽte deo carere. Quare non est necesse, adulterũ aut homicidam te cõfitearis, si non sis, aut agnoscas crimen eiusmodi tibi intentatũ, immo nec confiteri, nec agnoscere debes, ne mentiaris tu simul cũ eo qui te mendaciter afficit ignomia. Et tñ paratus ac quietus esse debes, si testimonio tuę innocentiæ a te dato, non credens, nihilominus te criminetur, sicut non debes dicere vitam tuã esse nihil aut carnem tuã esse phantasma, aut aurũ tuũ esse luprũ, quo humiliter sapias, Sed hæc cõfiteri talia, qualia sunt, & tñ si aufferantur, non resistere, neq; repetere, nec vindicare.

Nomen bonum

Ita famã tuã obscurãtib⁹ & detrahẽtibus, resistere nõ debes. Et si debes innocentiã tuam protestari, nec eorũ mendatia, silẽtio malo confirmare, Sic olim Christiani, Lugduno Gallię accusati, q̃ in occultis infantes vorarent, vsq; ad mortem cõstãter negabant. Et Hiere, xxxvi, Cũ Hierias criminaret̃ Hieremiã q̃ ad Chaldęos fugeret, respõdit falsum est, nõ fugio ad Chaldæos, nihilominus tñ, cũ non crederetur ei, passus est se cędi & in carcerem mitti innocentem. Sed & Christus coram Anna, constanter tutatus est doctrinam suã, quã ille interrogans oblique damnauit, & tñ alapam accepit a ministro, passus innocẽter, eodem crimine ab incredulis traduci. Hac regula & hodie nobis necessariũ est incędere, qñ impijssimi magnatũ adulatores insanientes & ferocientes, innocentię bonorũ, insidiosissime obtrudũt, nomẽ hęreticũ, scandalosum, erroneum, seditiosum, auriũ offensiuũ, põtificali reuerẽtię detractoriũ, & id genus prout libitũ est suis opinionibus,

Ferenda sunt inq̃ hæc portenta, sed nõ agnoscẽda, Q̃ si p̃ualeãt, ratiõeq; reddita nõ contẽti, pergant furere, deo cõfitendũ est, nos digna pati, & nomen non nostrũ, sed dei nobis vi, immo & iure auferri, vt q indigni sumus eo nomine, int⁹ vero p̃ fidẽ & cõscientiã, forisq; p̃ cõfessionẽ cõstãtissime ei adherere. Nec eñ nobis nomẽ bonũ aufferũt, quorum nõ est, sed deo cuius dono in nobis erat, quin sibijpsis nostrũ nomen auferũt

cum ideo nobis datū fuerit, vt ipsi per hoc ad deū mouerent, luce bonorū operū nostrorū eruditi, vt glorificarēt patrē nr̄m in cęlis. Nihil ergo nobis auffertur de bono nomine, qn̄ ipm nec in conscientia, nec confessione aufferre, sed tm̄ in opiniōe sua propria, suo scz damno extinguere possunt, ita vt magis illorū miserię condolendū, q̄ nostro damno tristandū sit, qua in re dn̄i innocentes nos confitemur, & reddita ratione, nomen malū repellimus, nō nobis, sed ipsis etiā inuitis calumniatoribus seruimus.

Hoc affectu, hoc Canone, nō curant famam suā Struthiōes isti, sed id tm̄ quęrūt, ne patiantur infamiā, nec quiescentes donec aduersarijs (si possunt) oppressis, nomen suum receperint iuxta iuris regulam, vel errorē potius, vim vi repellentes, atq; ne fiant crudeles famā negligēdo (vt putant) Impij fiūt & crudeles simul, nomē bonū vindicando, tanq̄ suū, nō dei, Itaq; peruersissime abutūtur sentētia Augustini pulcherrima. Qui negligit famā, crudelis est. Et iterū. Fama tua proximo necessaria est. Non em̄ ideo furendū est, & contra Euangeliū, palliū repetendū, quia pallio tuo opus est proximo tuo, Nec res q̄libet defendenda, nec ipsa sane vita, q͂ his eget ꝓximus tuus, sic non est fama per vim repetenda, quia necessaria est ꝓximo. Satis est in his oībus nō agnouisse crimen, deinde opus ē velle ꝓ deo maiora pati, vt sic altera maxilla q̄q; parata sit, & tamen prioris percussio nō agnoscat̄ tanq̄ merito inflicta.

Esse aūt meram simulationē in his pugnacibus & pertinacibus famę Tutoribus, eosq; falsissime dicere se amore nominis dn̄i hęc moliri, nec suū, sed dei nomen quęrere, probabis hoc signo. Primū q͂ in cęteris rebus dei sunt incuriosissimi, neq; em̄ ita ęstuant, vt faciant volūtatem dei, & regnū eius quęrāt, quae tamen maxime facerent si nomen dei pure diligerēt. Deinde idem nomen dn̄i & famam bonam, in proximo suo patientissime tolerant perditū iri. Quin ipsi primi oīm sunt, q vt nomen dn̄i in se statuant, in proximis perdūt, vt hodie sunt, qui Christiani & Catholici sibi videntur esse non posse, nisi inquirant quos hęretico opprobrio condemnent, vt probent, aliud nomen dn̄i & aliū deum in seipsis habere, & aliud persequi in proximis suis. Quare ne credas eos esse amatores nominis dn̄i, qui prompti sunt alios malo nomīe insignire, & se solos bono nomine cōmendare. Idem nomen est in omnibus, nec plus potest diligi in teipo q̄ proximo. Erras si doles & vreris te haereticum vocari, & rides gaudesq; proximū haereticū haberi

q̃tomagis, si tu ipse, vt speciosus sis, aliũ defœdes, cum ideo speciosus esse debeas, vt alterius fœditatem tegeres, sicut mẽbra honesta tegũt inhonesta i. Cor. xij.

Sed ad verba prophetę redeamus. Diligunt nomen tuum, Nomen domini diximus esse famam, notitiam, laudem dñi, quæ vtiq̧ oportet vt sit in alijs, hoc est in nobis per fidem & confessionem, vt scz non nostra iustitia, virtus, sapientia, sed dei in nobis reueletur, crescat & regnet. Sic em̃ in nomine dñi baptisati sumus, vt iam nõ nos, sed deus viuat in nobis, & nomen impiorũ pereat, quo solum dei nomen in nobis sit, vbi & om̃ia opera nostra illius sunt, ita & nomen, sic tam res ipsa q̃ nomẽ nõ nobis, sed deo tribuatur. Nomen dei.

Quocirca ne hoc quidem inepte dicitur, Nomen domini intelligi, siue Ihesum Christũ, siue Patrem & Filiũ & Spm̃ sc̃tm̃. Qꝫ hæc sint nomina dei, qui solus habet omne nomen bonũ, Ita qui diligit nomen Ihesu diligit simul salutem dei, veritatem dei, misericordiam dei, virtutem dei, sapientiam dei, & omne bonum. Hęc em̃ om̃ia in nomine domini quocũq̧ includũt, Quod si hoc facit, necessario simul odit nomen suũ, nec gloriatur in sapiẽtia, salute, virtute hominis, quia vana sunt, vt habere dignus sit in se nomẽ domini, quo & ipse saluetur, & deꝰ glorificetur.

Quare Emphasin vtriusq̧ vocabuli obseruemus. Diligũt & nomen, Non ait, qui scribũt, dicũt, sonant, indicant, cogitãt acute disputant, cognoscũt, sed qui diligunt nomẽ tuũ, Quis enim non videat, quanti sint, qui deũ & nomen eius tractent, nec tamen glorientur in eo. Cor eorum vanum est, & intimus affectus amoris peruersus, Quo peruerso, nihil rectũ geri põt, quo recto nihil peruersum geri potest. Cũ sancto sanctus, cũ peruerso peruersus est deus.

Quid aũt sit diligere nomen dñi, nõ intelligitur melius q̃ ex ipsa vi naturaq̧ dilectionis. Quę est non quęrere quæ sua sunt, sed quę illius quẽ diligit, quare is demũ diligere ꝓbabitur nomen dñi, qui contẽpto suo & oĩm nomine, solius dñi nomen optat, exaltatũ, dilatatũ, magnificatũ, om̃ibusq̧ cognitũ. Quod vt fiat, necesse est vt om̃ia cogitet, dicat, faciat, patiatᷓ, quę pro nomine dñi cognoscendo exaltandoq̧ valere putauerit, cũ dispẽdio, tã rei q̃ noĩs suę. Quo fiet, vt vane gloriosus esse neq̃at, sed suꝑpius ꝓdigꝰ cõtẽptor ĩueniatᷓ, Nec ĩ vlla re superbus glorietᷓ q̃ in dño, cuiꝰ nomẽ soliꝰ diligit & q̃rit. Qui

ergo tempore sereno & sua intutus sibi placet, suum q̃ nomen libenter audit, hic fornace illa, quã prouer: xxvi. Os laudantis appellat, probat, non diligere nomẽ dñi, sed suũ, quales pphe ta impios illos, hoc loco sugillat, in fidutia iustitię suę gloriantes, de quibus &.i. Ro.ij. Nolite loqui sublimia gloriantes, recedant vetera de ore vr̃o, qa nõ ĩ fortitudine sua roborabit vir, Paulus quoq; gloriatur om̃ia se posse, sed in eo qui se cõfortat, alioquin non gloriatur, nisi in infirmitatibus suis. ij. Cor. xi, Pulchre & breuiter hęc B. Virgo cõprehẽdit hoc versu, Fecit mihi magna qui potens est, & sanctũ nomẽ eius. q. d. Nihil ego feci, ille fœcit mihi magna, qui solus operatur omnia, qui solus potens est in om̃ibus, cuius ob id solius nomen q̃q; est, ipsi soli gloria, qui solus facit, sanctũ videlicet, qđ nulli liceat attingere & sibi vsurpare, qui em̃ opus suũ non esse intelligit, q̃ temeritate nomen sibi de opere alieno vindicet? Ille ergo sanctificat nomen dñi vere, qui ab ip̃o vsurpando sibi temperat, Hoc facit, qui opus om̃e bonũ agnoscit nihil prorsus ad se p̃tinere, sed ad solũ deũ, vt sit iuxta p̃s. Sanctus quoq; in opib⁹ suis. Ecce hoc est pręceptũ secundum. Non assumes nomen dñi dei tui in vanũ, hoc oramus dicentes, Sanctificetur nomẽ tuũ, hoc est qđ p̃s cx. dicit. Sanctũ & terribile nomẽ dñi.

At ip̃ĳ isti iustitiarĳ, temere irruẽtes, nomẽ dñi sine fine polluũt, dũ sibi iustitiã, virtutẽ, sapiẽtiã tribuũt, & ĩ his nomẽ suũ libenter audiũt. Ex quibus illud sequitur, q̃ quo plurib⁹ donis dei quispiã est adornatus, eo periculosius viuit, nec sit vlli hominũ tam necessarius timor dei, ne polluat nomen eius, & sibi tribuat quicq̃ de ĳs quę dei sunt, aut tributũ ab alĳs patiẽter ferat. Hęc est illa tentatio a dextris, vbi cadunt decem milia, Sagitta scz volans in die & dęmoniũ meridianũ, propter quã solam causam. S. Grego: audet in multis locis asserere, omniũ sanctorũ bona opera esse immunda, q̃ videlicet a nomine dñi satis abstinere nequeant, nec tam sanctũ ac terribile habeant, q̃ haberi debeat, nisi plene mortificata sit naturę passio, quod in hac vita nõ perficitur. Quotusquisq; em̃ est, qui ad nomẽ & laudem sui terretur & expauescit, tanq̃ a re dei sacratissima, quã terror sit attingere? Quin suauiter ridemus, ac sicut porci patienter sustinemus confricationem eiusmodi laudis.

Sed vbi illi parebũt, q̃ velut Gigãtes, mõte mõti ĩposito & turri Babylõis extructa cõtra dñm & nomẽ ei⁹ belligerãtes immẽsa libidine laudis & famę insaniũt, vt dño tam opus q̃ nomen penitus aufferant, sibiq; solis vendicẽt, interim aliud non garrientes,

garrientes, q̄ sanctificetur nomen tuum, Soli deo gloria, deo gratias, in nomine dñi Amen, & similibus fucis & stibio oculos Iezabelis suę tingentes, pingentes, fingentes, adeo scz mundus refertus est, rapina ęqualitatis diuinę, prophanationis noĩs dei pollutionis, glorię dei, & non est qui intelligat, adeo vt ꝑ nomine dei, contra nomen dei horribiliter etiam pugnent & implacabiliter dissentiant.

Calices, pallas, lintea Ecclesiarũ & altariũ, q̄ta ē religio tāgi a laicis, qđ videlicet sint consecrata in nomine dñi. At ipm nomen dñi quo oĩa consecrantur, nemo fœdius polluit & cõspurcat, fœdissimi scz affectus glorię contactu, q̄ illi ipsi execrati cõsecratores reprobi, iustitiarĳ, vanissimi iactatores opm & verborũ suorũ. Igitur ille venerabiliter diligit nomen dñi, qui pia reuerentia trepidat a laude & nomine bono tanq̄ ab vngento illo abstinens, qđ Exo. xxx. p̄cipitur sanctũ haberi, nec similem eius cõpositionē fieri, nec carnem hominis vngi ex eo, sed solũ tabernaculũ & vasa eius &c̄. Qui cm̄ sic nomen dñi colit & sanctificat, rursum sanctificabitur ab eo, Iuxta illđ p̄s. xvĳ. Cũ sancto sanctus eris. Non solũ aũt ita reueretur nomen dñi, ne tangat, ne vsurpet, ne vngat se illo, sed cupit omnibus idem nomen hoc modo sanctũ & terribile fieri, atq̧ vt hoc fiat, nihil omittit siue faciendo siue patiendo, Sic sanctum Thomā Aquinatem legimus, quoties sui laudē audiret se sub veste sua cruce signasse, optima certe & pia reuerentię consuetudo. Sũma omniũ, ea q̄ dicta sunt, vulgo dicũtur in hũc modum, ne quis in prosperis eleuetur, bene & facile verbũ dictu, sed obscurissimũ & profundissimũ intellectu, nec nisi expertis cognitũ, sicut p̄s. cx. dicit. Sanctũ & terribile nomē eius, initiũ sapientię timor dñi. Intellectus bonus omnibus facientib⁹ eũ, laudatio eius manet in sęculũ sęculi.

Qui vero timorem dñi non intelligũt nisi eũ qui a crassis peccatis & voluptatibus metu penę absterret, nihil intelligunt, nec vnq̄ discent gloriari in dño, cũ timor dñi is sit, quo timemus ne quicq̄ eorũ quæ dñi sunt, idest virtutē & nomen nobis arrogemus, & arrogantes polluamus, non secus atq̧ res sacras tangere veremur ne polluamus. In quo timore sic proficiendũ est, vt non solũ tpalia, sed & spũalia bona non vsurpemus nobis, nec in his quicq̄ nostrum esse sciamus, nisi vsum ipm necessariũ pro nobis & proximis solius largitate dñi nobis concessum, pia reuerentia possidendũ, & in ipsum cũ fideli gratitudine referendũ. Qui tales sunt, eorũ laudatio manet in-

38

æternū laudatio eorum: Scz q̄ nō seipsis nec vllis hominibus laudantibus gloriantur, Sed iuxta Paulū i. Cor. iiij. a deo solo volūt laudari, Tūc inquit, erit vnicuiq; laus a deo. Et ps̄. xxxiij. In dn̄o laudabitur anima mea. Et rursum. ij. Cor. x. Nō em̄ qui seip̄m cōmendat, ille probatus est, sed quem deus cōmendat, Hos aūt solos deus laudat & cōmēdat, qui laudē quā cūq; abs se in ip̄m retulerūt, Nec voluerūt videri opera sua, nisi vt glorificetur pater eorū in cęlis, cuius nomen dilexerūt, Quare rursus eos ipse laudat & glorificat sicut dicit i. Reg. ij. Qui honorificauerit me glorificabo eum, Et qui contemnūt me, erunt ignobiles.

Arduissimū aūt est, sed necessariū, a solo deo expectare laudem & nomen, amissis interim oīm om̄ibus nominibus, & si qua contigerint, velut non cōtigerint in deum relatis, nec nisi pro aliorū salute cum timore toleratis potiusq̄ possessis. Hoc nimirū est seruire dn̄o in timore & exaltare ei cū tremore, Nec desperare tentatū, nec p̄sumere consolatū, vt iā sępe diximus.

Q̄m tu benedices Iusto dn̄e, vt scuto bonę voluntatis tuę coronasti nos.

Hiero: sic. Q̄m tu benedices iusto domine, vt scuto placabilitatis coronabis eum, p̄nomē, tuę, omittit, & pronomē eū, aptius est q̄ nos, refert em̄ iustum, Videtur etiam mihi gtūs in ablatiuū rectius mutari, vt scuto placabilitate coronasti eū. Verū maior vis in distinctione sita est, Nostra em̄ transla. incipit vltimū versum a vocatiuo, dn̄e, qui hebręis ē finis medij versus. Habet vero hic versus, paulo alijs verbis eūdē sensum, quē vltimus versus p̄s tercij. Domini est salus, & super populū tuū benedictio tua. Vnde sicut illic Epitasis & Emphasis in pronōine Tua & genitiuo Dn̄i. Ita hic in p̄nomine Tu, & vtō Dn̄e obseruanda, Cui⁹ intellectus pendet ex anthitesi vtriusq; generatiōis, pię & impię, Impiam bene dicūt homines, & maledicūt piam, At piam, Tu benedices dn̄e sicut supra p̄s. iij, v̄su vltimo expositū est latius.

Reddit aūt rationem versus pręcedentis, in quo dictū est. Lętari oēs sperantes in deū tp̄e aduersitatis, exultare & curę esse deo. In prosperis vero gloriari in dn̄o, omnes qui diligūt nomen ei⁹, quod ideo faciunt, quia sciunt te vnū esse, qui iusto benedicat, Qua scientia eruditi, contemnunt benedictiones & maledictiones hominū, qui eos tm̄ benedicūt, qui suū p̄priū

nomen diligunt, eos vero qui solius dñi nomẽ diligunt, idest iustos semper maledicũt. Quare nõ ociose addit, iusto, manifeste aduersarios impios indicans, quibus nõ deus, sed homines benedicũt contraria benedictione. Vbi iterũ in spiritu loquẽtis prophetę verba obseruanda sunt, ꝙ sicut superius appellauit eos operarios iniqtatis, malignos, impios, qui nihil minus q̃ hanc speciem malam coram hominibus & in oculis suis habent, sed habent speciem pietatis, virtutem eius abnegantes, ita iustos appellat eos, qui i spiritu tales sunt, nihil minus hominibus q̃ iustitię nomine digni visi, vt quos oportet esse stultos malos, insanos coram speciosis illis sanctis, qui suarũ benedictione virtutũ sibi securi sunt, Qui morbus seu poti⁹ impetus impietatis in Ecclesia hodie vsq; ad desperationem remedij ꝑualuit. Adeo quicquid magnatibus visum est, abunde inuenit benedictores suos, tanq̃ deo ipi simul visum ac placitũ, contra qď si mutias aut dubites, necesse sit te mox hęreticũ & filiũ diaboli, filiũ perditionis sine timore pronũciari. Sic hodie patitur nomen sanctũ & terribile dei, Sic prostituitur insanissimis cupiditatibus hominũ, sic seruit immanissimę tyrãnidi Turcorũ Ecclesiasticoꝝ pessimorũ, factũ prorsus operculũ omniũ nequitiarũ, omniũq; malorũ, Ita vt nihil horribili⁹ videri possit si oculos spiritus aperias, q̃ ꝙ nomini dei tribuũtur, non nisi summa, infinita, diabolica opera, rursum diabolico nomini, non nisi optima & Christianissima opera, Neq; em̃ hodie licet, si cui teterrimo facinori quispiam adulator Magnatũ ꝑfixerit nomẽ domini & autoritate dei, Christi & Apostolorum, diaboli sui studia adduxerit, resistere & reprobare, Sed nisi hæreticus exuri velis, hunc Satanam & Antichristũ ꝓpter nomen Christi ꝑtextum oportet adorare & pro diuinis operibus celebrare. Contra si quid moliatur deus monstris illis contrarium in nomine dñi, prorsus non licet huic fauere, consentire, assistere, Sed diaboli autoritate & nomine ista geri oportet credere & dicere. Quid em̃ aliud mereretur furens nostra in Christum ingratitudo, q̃ vt in sensum reprobũ traditi, peccato blasphemię in spm̃ sanctũ hic & illic irremissibili, sine fine, sine timore permittamur peccare, deũ sub nomine diaboli damnantes, & diabolũ sub nomine Christi adorantes. Iustus es dñe, & rectũ iudiciũ tuũ. Si em̃ gẽtes ꝙ cognito deo gr̃as nõ egerũt, sic tradidit deus in sensum ꝑuersum, vt mõstra illa q̃ Ro: i. Apl'us recenset, patrarẽt. Si Iudęos ita percussit ꝙ Chr̃m nõ susceperũt, q̃to malo nos eramus dignissime feriendi, qui susceptum &

Nomen domini blasphemat.

nomen eius professi, tanta malitia subuersi, nomē eius illudimus & conspurcamus? At hæc quantę putamus esse cruci ijs qui diligunt nomen dñi? q̄ horrendū viuere in hoc tpe & nominis diuini has intolerabiles cōtumelias audire & videre.

Discamus itaq; nos interim, & ob oculos ponam⁹ aduersantia illa sibi iudicia dei & hominū, ne erremus cū insipiētib⁹, neue consiliū dei ignorantes deficiamus, Stat firma sententia Qui volet iustus fieri, peccator fiat necesse ē, qui volet sanus, bonus, rectus, deniq; deiformis, Christian⁹ Catholicusq; fieri, insanus, malus, peruersus, deniq; diabolicus, hereticus, infidelis, Turca fiat, & vt Paul⁹ dixit. Qui vult inter vos esse sapiēs, stultus fiat vt sit sapiens. Stat inq̄ hæc sententia firma, quia sic est voluntas in cœlo, q̄ per stultitiam sapientes, per malitiā bonos, per peccatū iustos, per peruersitatem rectos, per insaniam sanos, per heresim Catholicos, per infidelitatē Christianos, per diabolicam formam deiformes facere proposuit. Quęris quo modo? cito & breuiter dicetur, talis nō poteris fieri in deo, q̄lis vis, nisi talis prius fias, in teipso & hominib⁹ qualem ipe vult, Vult aūt te fieri in teipso & hominibus hoc qđ vere es .i. peccator malus, insanus, peruersus, diabolicus & cętera. Hæc noīa tua, hæc res tua, hęc veritas ipsa, hæc humilitas ē, quæ vbi factā fuerint, iam talis es coram deo, qualis tu volebas .i. sanctus, bonus, verax, rectus, pius &c. Hac ratione alius tibi & hominib⁹, alius soli deo eris, Quid ergo miraris? Quid turbaris? si vel tibi vel hominibus displices? quibus nisi displiceas deo placere non possis. Si adhuc hominib⁹ placerem (inquit Paulus Gal. i.) seruus Christi non essem, Sed id nos fallit, q̄ hoīes esse nō arbitramur duces Israel, & eos qui horū studio insaniūt, quasi ignoremus sub nomine Christi, etiam Apl'is ipsis fuisse insidiatū a pseudoapl'is, adeo secure nos falli delectat, nomīe beatorū Apl'orū & apl'icorū, mō liceat eis placere, vt impleat illud ps. xiij. Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent confusi sunt, qm̄ deus spreuit eos. Et Isa. iij. Popule meus qui te beatū dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorū dissipant, Obsecro q̄ robusta & libera hæc diffinitio, decipiūt omes qui laudantur, laudatores sunt deceptores. Quis nō expauescat laudari? Quis non optet vituperari? Illi ne soli recte ducunt, ac docent, qui nostra arguunt & miseros nos dicunt? vere ita habet, nam & Apo. iij. Angelo Laodicię dicitur, Dicis quia diues sum & locupletatus & nullius egeo, Et nescis, quia tu es miser & miserabilis, & pauper & nudus & cæcus.

Istis aũt sic habentibus diligentissime cauendum est cuiq Christiano, ne turbam turbeq secutus iudiciũ, eũ contẽnat vel laudet, qui hominibus vel laudatus vel vituperatus habetur, periculũ est em̃ hic ne incurratur in dñm gloriæ, qui cũ sceleratis reputari voluit, & cũ sic reputatis manet vsq ad cõsumationẽ seculi, Quia peccatores corã hominibus ipse iustificat & sanctos seculi dãnat. In illis em̃, amisso eorũ nomine, habitat nomẽ dei sanctũ & terribile, quo sanctificantur. In his, eiecto nomine dei, inest nomen hominũ prophanũ & abominabile, quo polluũtur. Eadem ratione, nec teipm licet contemnere, ac de te desperare, eo minus, quo miserior in teipso fueris, Nam dum nullũ peccatorem licet iudicare ac dãnare, nec de eo desperare, nec teipm licet iudicare ac damnare, siue tibi siue hominib9 factus fueris peccator, Non aliter atq non licet tibi te laudare ac iustificare, nec de te presumere, siue tibi siue hominibus aliquid esse videberis, sed de solo deo gloriari, & in nomine eius delectari, quod bonũ est in cõspectu sanctorũ suorũ.

Credo aũt satis notã Synecdochen figurã, q iusto singulari numero pro iustis plurali dicitur, seu pro generali sentẽtia distribuendo. Benedices iusto.i. quicũq fuerit iustus, Deinde benedicere vsu scripturæ esse idem quod laudare, glorificare, bona optare, bene precari. Contra maledicere, vituperare, malum optare. Quod si a deo fiat, res est & factũ, quia ipse dixit & facta sunt, Si ab hominib9 nihil sequitur.

Iustus vero ex multis iam dictis. ps.i. in spiritu & abscondito dicitur, qui nõ in suis nec hominũ, sed dei oculis iustus ẽ, Hic est qui credit & fidit in deo, de quo recte dixeris, Iustus est peccator, sed diuerso theatro & cõspectu, vt diximus.

Vt scuto placabilitatis coronasti eũ, hoc est circũdedisti eũ, Iuxta illud ps. cxxiiij. Dñs in circuitu populi sui. Et. xxxiij. Immittet angelus dñi in circuitu timentiũ eum. Et Deu. xxxij. Circũduxit eum & custodiuit sicut pupillam oculi. Verum & hoc insensibiliter agitur in spiritu, cũ sensibiliter illud sentias. ps cxvij. Circũdantes circũdederunt me, sicut apes &c. Quare fide apprehendenda est placabilitas, bona volũtas, beneuolentia ista dei, ne deficiamus, cingente nos in modũ coronæ Saule nostro.i. Reg. xxiij. Ita videmus variã dei in nos cõsolationẽ, sed in spiritu, vt prouocet nos ad fiduciam sui, sicut Deutero: xxxij. Quasi aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitãs. Sic enim ascendit super Cherubim & volat, volat super pennas ventorũ. ps. xvij.

Atq; hęc verbosissime, nec tamē satis digne de his affectib9, fidei, spei, charitatis, gaudij dicta sint, ad quæ cū deinceps occurrerint, remittemus, vt semel prolixitate absoluta, post hæc breuiores simus. Sitq; cū hoc quinto psalmo finito, hic primi stadij modus, vt recreati paruula quiete, ad sextum alacriores veniamus.

Et qm̄ visum est hoc loco paulū subsistere propter nōnullorū vsum, adijciemus coronidis vice, duos versus per Ecclesiam cantatissimos in fine psalmorū. Gloria Patri & Filio &c. quando ipsi penitus affines sunt, vltimis duobus huius psalmi versibus, in quibus nomen domini glorificandū & diligendū doctū est.

Gloria (inquit) Patri & Filio & spiritui sancto, Sicut erat in principio & nunc & semper, & in sęcula sęculorꝫ Amen.

In versibus religiosissimis erigendus est affectus vt quod psallitur voce, psallatur & mente & spiritu. In quibus summa omniū orationū & affectuū cōphenditur, non secus atq; in prima dn̄icę oratiōis parte (Sāctificet nomē tuū) oēs sequētes Et in primo decalogi pręcepto om̄ia sequētia, Ita vt sicut primum pręceptū metrū & mensura est omniū aliorum, & prima oratio oīm orationū. Ita h9 versus affect9 primus & summus est omniū affectuū, Neq; em̄ quicq; orari debet, quod nō primū in gloriam maiestatis referatur, vt sanctificetur nomē eius, Nec quicq̄ fieri in opere, in quo nō primum quęrātur ea q̄ dei sunt, vt ne habeat deus alienus. Ita nulli9 affectu debemus impensi9 moueri q̄ꝫ gloriæ dei, Deniq; hoc v̄su, si spiritu & mēte psallemus, breui compendio absoluemus, totam illam sacrificiorū vet. testamenti turbam. Quid em̄ aliud erat, deo offerre pecudes mortificatas, nisi nos carnales homines peccato mortuos offerri deo, viuentes iustitię in laudem & gloriā grǣ suæ ē sicut Osee vlt. dicit. Tūc reddemus vitulos labiorū nostrorū, Et p̄s. l. Tūc acceptabis sacrifitium iustitię, tūc imponent super altare tuū vitulos. Et heb. per ip̄m ergo offeram9 hostiā laudis .i. fructuū labiorū confitentiū nomini eius, Nec aliud est noui testamenti sacrifitiū, q̄ huius versus, Ita vt & altaris sacramentū appelletur Eucharistia. i. gratiarum actio, q̄ in eo officio huius versus vim & affectū proprie persoluamus, Nō em̄ satis ē cōmunicare corpi dn̄ico, nisi in memoriā eius id faciamus sicut p̄cepit. At q̄ꝫ multi sunt qui hūc versum quottidie murmurāt, tam pauci sunt, qui id quod significatur adimplent, Quare necesse est vnūquēq; seip̄m obseruare & admonere hui9 v̄sus

monitorio & Inuitatorio quid nā deo debeat.

Igitur tribus personis dicimus, nō glorię, sed gloria, ꝙ ęq̄lis sit gloria, eadē𝔮; vnius & trini dei, sicut vna maiestas & diuinitas, in quo dei veri nomen sanctū reuelatū cōfitemur, vbi fides summa necessaria est, quæ & hoc versu exercenda proponit, Incōprehensibilia sunt quæ loquimur & summa nostræ fidei capita. Verū vt ad vsitata nos accōmodem⁹, placeat iterim ꝙ Patri potentia & virtus, Filio sapientia & consiliū, Spirituisctō bonitas & charitas tribuat, atq; his notionib⁹ apprehendant, vt qui psallit gloriam patri, suam simul offerat vanissimā gloriam, confessus suā infirmitatē & impotentiā, nec optet fortis & potens esse nisi in deo patre, dū psallit gloriā filio, abominet suā sapientiā & consiliū, mactatisq; his bestijs offerat confessus suā insipientiā & stultitiā, nec optet sapiens, prudēsq; haberi, nec apud se nec apud homines, nisi in deo suo filio, dū psallit gloriā spūisancto, ponat fiduciā iustitiæ & bonitatis suę, pctā confessus, optetq; ex deo spūsancto iustus & bonus fieri, mactetq; opinionē bestialē suę iustitię, Ita fit, vt omnia deo, nobis nihil relinquamus nisi confusionē & confessionē malorū, & nihili & miserię nostrorū, ita iustificati sumus, reddentes vnicuiq; quod suum est.

Verum nullus ita sapiat, vt sese credat digne posse hunc versum psallere, Sed magis optatiue q̄ indicatiue psallat, vt sit simul oratio, laus & gratiarūactio, cū nemo sine vana gloria, virtutis, sapientię, bonitatis suę sit, nec vll⁹ reperiatur, qui nō aliquid deo detrahat glorię, impurę𝔮; sacrificet hoc sacrifitiū. Hoc aūt sic orandū est, vt cōmunis sit oratio, sicut olim & nūc & semper & in secula seculorū, hoc est, vt optet omnē creaturā ab initio vsq; in æternū, secū glorificare deū, in quo p oibus & cū oibus, oratur, laudatur, glorificatur deus, quę est gratissima & efficacissima, quia comunissima, ī quo, id qđ, in nobis deest, suppletur, per cōmunionē oīm sanctoꝝ & p̄cipue Chrī, in qua vniuersitate, tutissimū est concinere, vbi vocis nostræ defectus, multitudine perfectoꝝ, iuuatur, & perficitur, Vnde impossibile est hominē vanæ gloriæ deditū hūc versum psallere, nisi velut horribili rudítu totam hanc iucundā harmoniam vniuersę creaturę confundat, q̄ sibi ipsi malū in caput prouocat & accelerat. Non em̄ tolerabilis est, importuna ista dissonantia, dei melodiam interturbans. A qua perdita gloria nos liberet, ipse Christus gloria nostra in sæcula. AMEN

VVITTENBERGAE ANNO DOMI. M. D. XIX.

Ad Victoriam in organis ſuper octauã pſalmus Dauid.

¶ De victoria & organis dictũ ẽ p̃s quarto, Octauę vero myſticã ſignificationẽ multi exquiſitiſſime tractauerũt, quos ſuo ſenſu abundaſſe permittamus, & eos qui ſimpliciter citra myſteriũ loquunt̃, ſequamur, grãmatica ſiue hiſtorica ſentẽtia arbitrantes, octauã fuiſſe organũ ſeu citharam ogdochordã, ſiquidem p̃s. xxxiiij. indicat pſalteriũ decachordũ, vt ſit ſenſus hũc pſalmũ eſſe vnũ eorũ, qui ad victoriam canerentur in organis (de quibus ſupra p̃s. iiij. ex. i. Paralip. xv. diximus) ſed ita, vt ꝓprio inſtrumento, ogdochorda ſcz Cythara caneretur, vt octaua ſit in titulo addita deſignandę ſpeciei gratia, Nec mihi cognitum eſt ogdochorda, fuerit ne ſumma, media aut infima Cithararũ, pſalteriũ decachordũ apparet ſũmũ fuiſſe, vt q̃d in iucundis & feſtiuis pſalmis legamus celebrari, certum eſt p̃s ad victoriã, in citharis cani ſolitos, quas frequẽter gñali vocabulo organa vocant pſalmorũ tituli.

Nõ aũt eſt dubitandũ, ꝙ hęc omĩa fuerint figurę futurorũ, & octo iſtas chordas non fruſtra fuiſſe tum inſtitutas tũ commendatas. Ego ſane pro mea temeritate non tm̃ ad octauũ reſurrectionis futurę diem cũ illis curro, ſed ad pręſentis Eccleſiæ quoq; conditionẽ & affectũ quendã ſingularem fideliũ Chr̃i, non ꝙ & tunc in vet. teſt. non fuerit hęc conditio, ſed q̃d non reuelabat̃, Quare vel animi cauſa pie meditemur. Ogdochordam Citharam fuiſſe ſummã & principem pręcęteris inſignẽ, ſicut pſalteriũ decachordũ ſummũ fuiſſe putamus, ideoq; eam hoc titulo adiecto nomine octaua inſignitam, Dictũ eſt autẽ in principio, pſalteriũ & citharam in hoc differre, ꝙ Pſalteriũ, quia cauitatem ſuperno ligno habet, reſonantiã deſurſum reddit, contra Cithara inferno ligno caua ab imo ſonat, quibus rebus figurentur, duo illa ſacramenta, mortis & reſurrectionis Chriſti in nobis, mortificatio carnis, & viuificatio ſpiritus, vt Citharę cantus aliud in veritatis reuelatiõe nõ ſit, q̃ꝫ opus crucis, mortificatio membrorum, deſtructio corpis peccati, qua ſurſum ducitur a terrena ſua ſapientia, vt ſapiat ea quæ ſurſum ſunt, vbi Chriſtus eſt. Pſalterij vero cantus ſit opus ſp̃us, iuſtificatio, ſalus, pax, & ſimilia quę fide & ſpe ſurſum veniunt, vnde & citharę ꝓprie pſalmi ad victoriã, ſicut dictũ eſt, aptabãtur, ꝙ opus dñi, ideſt crux Chriſti, indigeat exhortatorio, q̊ ad finem vſq; perferatur & victoriã perſeuerantia obtineat.

Q̃n aũt hoc pſalmo, ſumma illa crucis & mortificationis,

9a

Octauus numerus mysticus.

extremaq; linea mortis puta & inferni describitur, nō inepte ei summa Cithara (.i.) octaua adaptat̄, Octonarius autē nūerus & celebris & sacer est in sacris literis (vt Hiero. recitat) ex octaua die circūcisionis & octo animabus in Arca Noe. Dauid quoq; octauus & nouissimus filius Iesse dr̄, & Zacharias Iohan. pr̄. octaua die recepit loquelā & similia. Sunt aūt octo nūerus solidus, quadratus, pariter par, sex æqualibus lateribus, habens xxiiij triangulos planos & octo solidos sicut tessera, quæ & ipsa quadrata figura in sacris literis vsitata est, a philosophis ęq̄bilitati & stabilitati tributa, Porro senarius (quo & hic psalmus cēsetur) est primus nūerus perfectus, vt significetur solida, stabilis, perfecta, absolutaq; veteris hominis mortificatio hui⁹ citharę cantu, quę reuera hoc psalmo describitur, Cur aūt non & alijs psalmis eiusdē argumēti, idē titulus p̄figitur, volumus libenter (vt Aug: verbo dicā) nescire, qđ noluit deus nos scire:

Numerus senarius

Nota. Quare huius psalmi verba ei cōueniet, qui super octauam canit, hoc est, qui extremis mortis & inferni dolorib⁹ crutiatur, quod & ip̄a verba ostendūt, Vnde meo iudicio. Hic psalm⁹ facit, qđ pręcedēs docuit, diximus eñ illic naturā & vim spei in medio malorū & peccatorū laborantis cōsistere, Cuius qui sint affectus, qui ęstus, qui gemitus, quæ verba, quę consilia, hoc psalmo declarat̄. ¶ Proinde gn̄alem putemus esse sententiā & doctrinā psalmi, quę nō modo ip̄i Christo, sed cuilibet Christiano hęc patiēti cōpetat. Q̄, si purgatorij pena est (vt mea fert opinio) pauor mortis & inferni horror, defectu sanę & perfectę charitatis, aptissime ī persona defunctorū ab Ecclia oratur, vt nec aptius quicq; possit. His aūt qui hoc affectu laborant & erudiūtur, implacabile bellū est cū operarijs iniquitatis, qui operib⁹ nisi & niti docentes, huic mortificationi perniciosissime resistunt, Nō eñ nostrū hic, sed solius dei opus agit̄, quod sola spe fortissime patiente sustinetur, non aūt operibus hominū, aut tollitur aut consolat̄, quin ī hoc excessu posit⁹ videt, q̄ om̄is homo sit mendax, vnde & hic nō persecutores, sed operarios iniq̄tatis, subdolos cōsolatores acerrime arguit, q̄ specie blanda, huic op̄i dei noxij sunt, vt quorū opinio nō ferat hęc a deo fieri, semper desperationis & p̄sumptionis, nūq̄ aūt spei Magistri & autores.

Nec putandū est vniuersos Christi fideles hui⁹ psalmi cruce, vexari, Nō eñ oēs oībus, & si oēs multis & varijs tribulationibus p̄bant̄, Sicut in Euangelio nō legimus nisi vnā mulierculā Cananeā Syrophęnissam, huius gn̄is quadā passiōe exerceri, dū Chr̄us, nec ad eius clamorē, nec ad discipulorū inter-

cessione᷑ audire eã voluit, donec se catellis, nõ filiјs, extrẽa ab⸗
negatiõe cõpari passa ẽ. Cęteris, aut cęcis, aut claudis, aut sit̃ib⁹
crassis passiõib⁹, & malis vexatis. Ita & hæc tẽtatio eorũ ꝓprie
ẽ, q̃ꝝ magna ẽ fides, & q̃le de Dauid dr̃. Virorũ scd'm cor dei
electorũ, discẽda tñ ẽ, vt si q̃ tpe nos illa velit de⁹ ꝓbari, pati si⸗

Atq; cur nõ tentemus, q̃d a multis tentatũ ẽ ꝓ varie (m⁹.
passionũ cognoscenda, rationẽ ordinis quęrere in psalmis p̃⸗
cedentibus? Siquidem varij psalmi sunt, nõ nisi variarũ pas⸗
sionũ affectus & consilia.

Prim⁹ itaq; absolutã imaginẽ pij viri seu populi, breuib⁹
quidẽ & generalib⁹ tũ verbis tũ sentẽtijs ꝓponere videtur, ac
prors⁹ talẽ, qualem varij psalmorũ affectus ostendũt, scz spi⸗
ritualẽ, qui nõ nisi lege dñi afficiatur, nec vlla seu prosperitate,
seu aduersitate mutetur. Rurs⁹ cõtrariã ĩpiorũ imaginẽ, Deĩde
vtrorũq; finẽ, ꝙ de⁹ illos nouerit, hos nõ nouerit, ideo hos pe
rituros, illos seruãdos, vt rectissime idẽ psalm⁹ vice argumẽti ĩ
vestibulo poni videat̃, ĩ q̃ q̃d toto psalterio agat̃, videri liceat.

Secũdo aũt, caput & autorẽ pij populi Christũ, deinde lo
cũ & regnũ eius vbi & vnde oriat̃, & quousq; ꝓpagetur, nẽpe
ex Zion in oẽs terminos terrę, inuitis scz & frustra renitentib⁹
vniuersis aduersarijs, tandẽ modũ ac mores huius regni, qui
sunt seruire ĩ timore & lętitia, atq; paratos esse, fidere & sperare
in eũ tẽpore iracundię.

Tercio. Ip̃e Rex & caput populi fidelis inducitur ꝓ exẽplo
passionis & glorificatiõis, ne sit dux solo nomine, qui multa
iubeat & exigat, nihil vero faciat, sed qui populo, cui p̃fectus
est, legitimo ducis & autoris officio preeat, potens ĩ ope & ser⸗
mone, incipiens facere & docere.

Quarto, Iã populus ducẽ sequens per passiones, primo
corpales & leuiores inducit̃, q̃b⁹ exerceat̃, cõtẽptis rerũ copijs
& bonis huius vitę, (quę abũdantia vini & frumẽti significat)
ad spem, in qua dormiat ĩ pace. Atq; hic Crucis prim⁹ & infi⸗
mus ẽ gradus, ꝓ incipientib⁹ & mollioribus descriptus.

Quinto, tpalibus passionib⁹ firmatus, obijcitur sp̃ualibus
periculosiorib⁹ tẽtationib⁹ bellisq; verbi, vbi cũ cogitatiõib⁹
Satanę hęreticis scz, peruersisq; opiniõib⁹, aduersus purã fidẽ
& spem pugnãtib⁹, atq; adeo cũ ip̃a sp̃ualissima belua supbia,
ex ip̃is bonis nata, qua angelus e cęlo cecidit, pugnet, ideo hic
vehemẽtiorib⁹ & auctiorib⁹ affectib⁹ res agit̃. Hic soli⁹ cordis
patiũt̃ vires & sp̃us discrutiat̃ ꝓ veritate & synceritate fidei, q̃lem
ĩ Paulo aduersus Iudęos & pseudoapl'os fuisse videm⁹ affectũ

93

Hoc sexto tandem extremo & perfecto agone, cū morte & inferno certatur, quod certaminis genus, non cū hominibus, neq; super tpalibus neq; spiritualibus geritur, sed intus in spū, imo extra & supra spiritū in exstasi illa suprema, vbi nemo audit, videt, sentit nisi spūs, qui gemitib⁹ inenarrabilib⁹ postulat pro sanctis, ac cū ipso quodāmodo deo certat, neq; nomen potest huic dari, nec nisi experto cognita fieri, De qua iam videamus.

Dñe ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me.

Quęsitū est, an aliud ira q̄ furor, aliud arguere q̄ corripe sit, Et notū est aliis q̄q; locis, argui & castigari simul cōponi, vt Apo.iii. Ego quos amo, arguo & castigo, vt & hic sit vltimū corripias, id qđ castiges siue disciplines, Qui volet tautologiam esse, abundet suo sensu. Nos interim sic distinguamus, Q; argui sit reprehendi, corripi sit reprehensum percuti, quae ex vsu hominū accipimus, vbi reus, primū accusatur & reprehenditur, deinde sententia data, plectitur, Sic & pueri vbi peccauerint, primū arguūtur, deinde verberantur. Rephensio aūt ista cordis in spiritu, est pauor ille & horror cōscientię a facie iudicii dei, qua Christus p̄ nobis laborauit in horto, sicut de eo Isa.liii. p̄dixerat. Laborauit anima ei⁹, Et cū ipe cœpisset tedere & pauere, ait. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Hic enim oīni fiducia exuta, non nisi horribiliter rea sibi inuenitur anima, & sola coram æterno iratoq; dei tribunali constituta, de quo Iob.ix. Si repente interroget, quis respondebit ei ? obmutescit eñ, non secus atq; ille conuiua Euangelicus Mat.xxii. qui de veste nuptiali interrogat⁹, obmutuit. Tum illud quod ibidem sequitur, Ligatis illi manibus & pedib⁹, proiicite in tenebras exteriores, exprimit qđ hic dicit in ira corripi. Reprehensa eñ conscientia & conuicta, mox nō sentit aliud q̄ ęternā sibi intentari damnationem, Nec est vllus qui hunc affectum (qñ nec inferiores) summū itelligat, nisi qui gustauerit, ideoq; nec digne possumus eū tractare, passus est eū p̄ cæteris Iob, & q̄dē crebro, Inde Dauid & Ezechias rex. Isa.xxxviii. & pauci alii, Deniq; Theologus ille germanicus, Iohā: Taulerus, non raro eius meminit in suis sermonibus. Hæc mihi videtur tentatio illa, quam Christus p̄dixit Lucę.xxi. Vbi inter cętera nouissimi tpis mala, terrores etiam numerat de cælo, qua fiat vt arescant homines, p̄ timore & expectatione, quę superuenient

Christus pro nobis laborauit in horto

196

vniuerso orbi, vt periculosissimo & pessimo tpe pessima q̄q; & periculosissima regnet tribulatio, Sed & jam vidimus multos talia passos & ignaros consilij versos esse ad insaniā, aut assidue tabescere, tristari & consumi, Hac quidam patrū in Eremo laborans, Timor dei (inquit) etiam ossa cōsumit.

Nemo hic nobis oggan niat, nec crasso cerebro suo presumat se mediū distinctore p̄stare inter seruilem timorem & charitatem, nō capit hoc opus dei, vlla intelligentię magnitudie, tenebrę super faciem abyssi hic snnt, simul sunt seruilissimus timor & fuga penarū & ardētissima charitas, sicut Chrus p̄s cxli. Perijt fuga a me & non est qui requirat animā meam, Latet charitas incōprehensibili profunditate, apparet seruilis timor intolerabili vi, Spūs fertur super aquas, & gemitus inenarrabilis solus est reliquus, Denicq; quid faciat hęc tribulatio, ex indicijs colligitur q̄ p̄s denumerat.

Primo deprecatur iram & furorem dei, q̄d non faceret nisi sensisset iram & furorem eius, non em̄ recusat argui & castigari, sed hoc fieri petit in misericordia, sicut p̄s. xxv. Proba me dn̄e & tenta me, vre renes meos & cor meū. Et p̄s. cxxxviij. Proba me dn̄e, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas, Vnde hoc versu manifeste duplicem virgam dei docet, aliam misericordię, aliam irę, sic Hiere. x. Corripe me dn̄e, veruntamē in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. & Iob. vij. Quare me posuisti cōtrariū tibi? Quid est homo, qui magnificas eū? aut q̄d apponis erga eū cor tuū? Ista tribulatio in scripturis vocatur etiā dies visitationis & inspectionis, q̄ solo aspectu suo intolerabili deus discrutiet impios, sicut Abacuk. iij. Aspexit & dissoluit gentes, & contriti sunt montes sęculi. Sic Exo. xiiij. Respexisse legitur solum sup castra Aegyptiorū, & mox secutū pauorem, fugamq; Aegyptiorū, denicq; hęc ē dies illa extremi iudicij eternaliter duratura, quā nemo tegere, nemo fugere potest, nisi misericordiam dei spe apprehendat in Christo Ihesu dn̄o nr̄o.

Docet aūt nos p̄s, si quis hoc malo angustiatus fuerit, non nisi ad ipm cōfugiat dn̄m iratū, verū hoc arduissimū & laboriosissimū est, atq; omino ē sperare contra spem, planecq; cōtra impossibilia niti, quantū sentit affectus, vbi agitur pugna illa miserrima, quā Rex Ezechias de seipo recitat Isa. xxxviij. Dn̄e (inquit) vim patior, responde pro me. Rursus mox velut repulsam sentiens subiūgit. Quid dicam? aut quid respondebit mihi, cū ipse fecerit? quasi diceret illud Iob. ix. Et cū inuocantē

me exaudierit, nō credo, ꝙ audierit vocē meam, adeo scz hic variaut spes & desperatio vicissim, vt si etiam exaudiantur inuocantes, adeo tñ id non sentiūt, vt ne vocē quidem eoꝝ auditam putent. Quare & hic p̄s, dū dicit, in furore tuo, vtiq; cōfitetur, ab ipso deo fieri q̄ patitur, vt possit dicere, quid dicā? quid respondebit pro me? nūquid exaudiet? nūq̄d prodest, si orem qñ certus sum, ꝙ ipse met hæc facit? Quare, qui in leuioribus tentatiōibus, non didicerūt confugere, ad percutientē se(.i. ad deū) sicut in ꝓphetis locupletissime scribitur esse faciēdum, cū ipse oīa faciat, quō in hac maxima pręssura, ad eū cōfugient, vbi maxime sentitur deus ipsemet facere? Proinde alię omes tentatiōes sunt huius perfectissimę, velut rudimēta & p̄ludia, in quibus assuescamus, ad deū contra deum confugere, Atq; ex hoc loco, sumpta mihi sunt, quę de pœnis animaꝝ in purgatorio aliqñ disputaui, ꝙ purgatoriū mihi videretur esse, velut quædā prope desperatio, & prope infernus, a quibus aīę neq; modis suffragiȷ̃, neq; indulgētiȷ̃s possint redimi, nisi orone Ecclesię, siue his purgentur ac perficiant̄ in charitate, siue satis faciant pro peccatis, quod ego nescio, Nam neq; viuentē talia patientē possint vllę indulgentię iuuare, Sed sola spes & intercessio fideliū.

Hoc aūt sciendū, ꝙ talia passis, huius psalmi doctrina diligentissime seruanda est, vt non euagent̄, nō q̄rulentur, nō quęrant solatia hoīm, sed apud sese consistant, manū dei ferant, & cū propheta nusq; cōuertantur, nisi ad dñm d. Dñe ne i furore tuo arguas me, Qua prudentia nisi p̄stent (vt volūt huius rei myslę) summo suo dāno, e manu dei medētis & purgantis elabunt̄, dū ad cōsolatiunculā creaturulæ confugiūt. Non secus atq; si lutū, e manu figuli, inter formandū elabatur, peiusq; collidat̄, donec penitus inutile fiat aut proȷ̃ci mereat̄ tanq; reprobū. Hoc Tren. iȷ̃. Hieremias pulchre & late docet, int̄ cętera dicens, Pars mea dñs, dixit anima mea, propterea expectabo eū, Bonus dñs sperantibus in eū, aīę quęrēti illū, bonū est præstolari cū silentio salutare dei, Bonū viro cum portauerit iugū ab adolescentia sua, Sedebit solitari⁹ & tacebit, qm̄ leuabit se super se, ponet in puluere os suū, si forte sit spes(.i. abscondet faciem suā, & conuersationē subtrahet, q̄si sepult⁹ in puluere cū mortuis. Quo affectu & illud p̄s. c.xlȷ̃. dicit̄. Collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi, & anxitus est super me spirit⁹ me⁹ in me turbatū est cor meum, In hoc silentio & hac solitudīe perficitur hæc purgatio, Sicut & p̄s lxiiȷ̃, Cor meū conturba

tum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrę, & dixi, Quis dabit mihi pecunias, & volabo & requiescā, Ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine, Expectaui eū qui me saluū fœcit a pusillanimitate spūs & tēpestate, qd' heb. a cōmotione spūs & turbinis dr̄, tñ idem est in sensu.

Miserere mei dñe, qm̄ infirm⁹ sum, sana me dñe, qm̄ conturbata sunt ossa mea.

Secundo imbecillem se confitetur, scz destitutū viribus, vt quę ferre nequeant insustentabilē illam reprehensionē & correptionem iræ dei. q. d. Terror irę tuę violentior est, q̄ vt ferre possum, & nisi gratiā virtutis tuę prębeas, desperatus, funditus pereo. Sic Iob. ix. Deus cu⁹ irę resistere nemo potest, sub quo curuantur, qui portant orbem. Et Moses p̄s. lxxxix. Quis nouit potestatē (.i. vim & impetū) irę tuę, & prę timore tuo iram tuam? Et affectus magnitudinē ostendit toties repetitū nomē domini. Miserere dñe, sana dñe, vsq3 quo dñe, ita em̄ faciunt & ij, qui leuioribus tentationibus prēmuntur, vt adiutorium & nomen dei iterent corde & ore. Volunt aūt verbum Miserere proprie significare hoc loco, non remissionē peccatorū, quod verbo clementię aliquoties significatur seu miseratoris vt p̄s. cx Misericors & miserator, sed gratiam seu virtutē qua roborat animа, vt apte concinat nomini infirmus seu impotens sum, Impotentia em̄ virtute iuuatur. Talis itaq3 est huius tentatiōis natura, quæ proprijssime istis verbis describitur, sed non nisi experto cognoscitur (vt dixi) Imbecillitatē aūt spūs nō carnis hac particula tangit, idest, q̄ nec spes nec charitas, imo nec fides satis sit ad ferendū, nisi roborentur.

Tercio, etiam ossa cōturbata dicit, & ideo sanari petit, quis vero intelligat q̄d sit ossa cōturbari? nō em̄ de corpali ossium turbatiōe loquit̄, vbi vel febre vl' alia egritudine turbant̄. Atq3 hęc inexperiētia, etiā illustrib⁹ patrib⁹ causa fuit, vt ossa intelligerēt virtutes anię, q̄rū sñiam nō dāno, sed virtutes anię, siue sint vires, vt ītellect⁹, volūtas, rō, mēoria, sil'esq3, siue virtutes, vel infusę vel acquisitę, dixi in priore pte v̄sus significatas sub infirmitate, Nam gr̄a proprie (quā v̄bo miserere postulat) cor & vires ei⁹ stabilit cōtra īfirmitatē illā spūalē, In spū em̄ loqt̄. Quare ossa hoc loco debent scd'm grāmaticā ꝓprie accipi, ꝓ ossibus ipsis corporalibus in carne nostra, quæ ex infirmitate

Peccati abolitio

Mortificatio quomodo difficilior reddit.

Sitis spiritualis.

& turbatione ista spiritus, turbantur vt tremant, nulliusq́ virtutis sint, deniq́ nec ossa iā sint, nec corpus ip̄m ferre possint. Sic Isa. xxxviij. Sicut leo contriuit om̄ia ossa mea, nā hoc est, quod & in morientibus aliqn̄ videmus, vbi tremunt quidam & horribiliter distenduntur, p̄ angustia & agonia. Ibi em̄ deus operatur hanc tribulationem, vbi iam homo ad solatia hūana currere non potest, cogiturq́ tum purgātis manum sustinere. Oportet em̄ hac ratione peccatum occidi, & a nobis separari, vt deū super omnia diligamus, & inęstimabili desyderio eius ardeamus, & affectiones istę terrenę quas peccatū operatur incōperabiliter minores fiant, q̄ nunc sit hoc desyderium quęrentis deū, idest gratiam & misericordiā eius, hoc est quod dicunt, oportere deū tantū & plus diligi, q̄tū diliximus creaturas, qđ qui ad mortem vsq́ distulerint efficere, hanc magnā cogentur pati purgationem. Non aūt diligitur deus, nec desyderat̄ tam magno ardore, nisi tam magna p̄matur homo tribulatione, q̄ cogat clamore cordis valido eū quęrere & inuocare, p̄sertim si sit vitijs profundę īmersus, & segnis fuit mortificator carnis suę, tanto em̄ durior erit hęc mortificatio, quanto viuatiorem reddiderint affectū, qui mortificandus est, multiplicatę peccatorū operationes. Atq́ sperandū, q̄ qui in vita has mortes & infernos tulerint, in morte mitius habituros, Absurda forte & inaudita hic loquor, p̄sertim ijs qui indulgentijs, aut literis aut operibus sibi facilem pręsumunt introitū ad deum. Ego vero vt hanc meam sententiā demōstrare nō possum, si quis verbis his ꝓphetę non credit, Ita ego propter eos a verbis ꝓphetę non recedam, vnusquisq́ in suo sensu abundet, Ego scio q̄d loquar, ipsi quoq́ viderint an sciāt quid loquātur. Hoc certum est, neminem peruenturū ad dei misericordiam, nisi eam vehemētissime esuriat & sitiat, cū illo q̄ ait, Quēadmodū desyderat ceruus ad fontes aquarū, ita desyderat anima mea ad te deus, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et illud Sitiuit in te anima mea, in terra deserta inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Nemo speret saturā aut fastidientē animā a deo repleri, qui esurientes solūmodo implet bonis, q̄to minus ęternam vitam largietur fastidiosis, īmo p̄ hac vita contēnentibus, sed ardentissime & ineffabili gemitu quęrentibus, petentibus, pulsantibus. Q; quia in vita non faceremus, pręsertim quieta, posuit nobis mortē & varias tribulatiōes, quib⁹ pressi cogamur quęrere misericordiam & vitā, sicut Iob dicit, Vitā & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meū.

Certum

Certũ est itaq;, passis hanc tribulationem ossa corporis ita conturbari, vt ossiũ officiũ implere nõ possint, sicut econtra videmus, vbi cor fuerit exultabũdũ & gaudio perfusum, ossa velut roborari, ac ad saliendum secumq; grauissimã ac foetidam carnem leuandã prompta fieri, nihilq; nõ posse portare, Ita vt gaudiũ sentiatur diffundi per ossa velut irrigatio q̃dam, sicut prouerb. iij. dicit. Et erit irrigatio ossium tuorũ. Quin & poeta dicit. Gelidus per ossa cucurrit tremor, adeo affectiões animi in corpus redundant.

Recte ergo sana me dñe (dicit) qd' etiam corpe tam eger sit, vt ossa nõ subsistant, tanta est vis ista tribulationis, nõ permittẽs vel angulũ in oĩbus viribus, quẽ non perturbet & cõterat, Atq; hæc est summa purgatio peccati, pœnitẽtia & satisfactio plenissima.

Et anima mea turbata est valde.

Quarto animã turbatã queritur, hoc est inferiorem ꝑtem vitam scz sensitiuã, Nam turbato spiritu & ossibus, nullus sensus non tristis quoq; redditur, vt iam nihil reliquũ sit in spũ, corpe, anima, qd' non sit amarissima tristitia & pauore occupatũ. Anima eñ sentit mortis impetũ, qui maxie sensum contristat, sicut spiritus sentit infernũ, qui est intolerabilis, Qd' aũt mortis & inferni sensus sit in hac turbatiõe, sequẽtia ostendẽt. Interim sciendũ, Q; positis in hac turbatione nihil est in creatura tam iucundũ qd' visum possit vel pilo recreare. Nihil tã dulce, quod aures mulcere, nullus gustandi, edendi, bibendi, tangendi, olfaciendi affectus, quin omnia amarissima sunt. Est vero mors vndiq; quicquid aspexerint & senserint, Inter vitam & mortem miserrime distenduntur, mortem exhorrent vitam nõ habent. Notum aũt esse cuiuis credo, qd' anima & spiritus, vsu scripturę differũt, licet philosophi sua sectentur, Nam ex Apl'o ij. Thessa. vlt. habemus ita. Ipse aũt deus pacis sanctificet vos per oĩa, vt integer spũs vester & anima & corpus sine querela in aduentũ dñi nostri Ihesu Christi seruetur. In quã rem multa Origenes & Hierony: in varijs locis, per oĩa dixit Apl'us, idest vt seipm exponit, per spm̃, per animam, per corpus, sed & ex Euangelijs habemus. Ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex oĩbus viribus, de quibus nunc nõ est locus plura dicendi.

Et tu dñe vsq; quo?

Hic aliqui subintelligũt verbũ, scz vsq; quo non eripis, nõ

emendas, quos iuuat ꝓnomen Tu, Et tu dn̄e vsq̃ quo, Quo affectu & ps̄. xij. dicit, Vsq̃quo dn̄e obliuisceris me in finem? Vsq̃quo auertis faciē tuā a me? q̄diu ponā consilia in anima mea, dolorē in corde meo per diem? vbi nō solū petit maturari auxiliū, sed etiā velut impatiens morę, quęritur dilatiōis grauitatē, siquidem cū in om̄i affectu timoris, amoris, spei, odij &c̄. sit dura & grauis mora, sicut ꝓuerb. xiij dicit. Spes q̄ differt affligit animā. In hoc mortis & inferni affectu est oīm grauissima. Hic eīn verū est qd' dicit, longiorē esse vnā horā in purgatorio, q̄ multos annos in hoc sęculo. Breuit' nec fert hūana natura hanc tribulationē durare vel modico tp̄e, neq̃ totā capit, sed gustat solū stillas eius aliquot, Sic ediuerso dicit' de ijs qui cęlestē affectū rapti patiūt', q̄ vix guttā ꝑcipiūt, cū vita ista nō ferat diuitias voluptatis illi⁹ vitę, Q₂ si p̄ualeat affect⁹ vter, aut differat, animā mox egredi putant, nisi miraculū subsit virtutis dei. Quare his verbis. Et tu dn̄e vsq̃ quo, insigni nota gemitū indicat illū ineffabilē intimi sp̄ūs hæc patientis.

Conuertere dn̄e & eripe animā meā, saluum me fac propter misericordiā tuā.

Iterū indicat hoc versu, animā suā esse perditā, seq̃ dānatū (ita eīn sentit in hora excessus huius) dū petit, vt eripiatur scz a morte vrgente, & saluetur ab inferno' iā aperto ore deglutiēte, sicut pro animabus legimus, Libera eos de ore leonis ne absorbeat eas tartarus, ne cadāt in obscurū. Et ps̄, ix. dicit. Qui exaltas me de portis mortis. Et Ezechias. Ego dixi (inquit) vadam ad portas inferi.

Et pulchre vim spei ostēdit, dū an̄ oculos suos nō nisi misericordiā dei habet, dicens, ꝓpter misericordiā tuā. q. d. non ꝓpter merita mea, quę q̄ nulla sint, satis & nimio ꝓbat terror iste iræ tuę, & cōturbatio cordis ossiū & animę meę, ideo ꝓpter misericordiā tuā salua, vt stet tibi gloria & laus misericordiæ tuę in mea salute inęternū, quia & si ego sum indignus, qui eripiar & saluer, tu tn̄ dignus es, qui lauderis, glorificeris, ameris in sęcula. At laudari nō poteris, nec misericordia tua glorificat', nisi sint quos eripias a morte, & salues ab inferno, sic in orōne Manasses regis Iuda, quia īdignū saluabis me scd'm magnam misericordiā tuā, & laudabo te semp om̄ibus diebus vitę meę qm̄ te laudat om̄is virtus cęlorū. Ecce hac arte reddit deus misericordiā suā nobis cōmendatissimā, dulcissimā, suspiratissimā, sicut dignū est eā (cū sit ęterna & tantę maiestatis) cōmē-

dari, dū nobis intentat malū qđ meruimus. Quib⁹ vero mala hęc nō intentat, sed sinit ire insensatos, quid mirū si vilis & fastidio sit misericordia dei, nauseentq; super hoc Māna cęlesti? Perit q̄q; vniuersus hoc examine vnoq; momento garritus, eorū, qui actib⁹ cōgruis gratiā, & cōdignis gloriā sibi merent̄, q operibus iustitiæ suæ se ad iudiciū hoc dei intolerabile sustinendū parāt incredibili furore, ideo acerrimo anīo eos in fine adort⁹, apostrophe robustissima inuadit, discedite (inqt) a me oēs operarij iniqtatis, vt videbimus. Stat snīa. Saluū me fac ppt̄ misericordiā tuā, euanuit iustitia mea, cecidit virtus mea, perijt meritū meū, inuēta est iniqtas mea ad mortē & infernū, Beat⁹ & gloriosus ero, si in misericordia tua respirare detur, Atq; ita docemur, vt sicut de nobis prorsᵘ nihil p̄sumere debemus, ita nequaq; de misericordia dei desperare, sed etiā cōtra vim mortis & inferni q̄tūlibet indigni eam inuocare, Quę em̄ peccata? quę mala tāta sunt, vt desperare te cogere debeāt, qn̄ hic audis ne a morte quidē ac inferno, vbi summa pc̄tā & mala esse necesse est, cogi ad desperationē debere quenq̄?

Qm̄ nō ē in morte, qui memor sit tui, in inferno aūt quis confitebitur tibi.

Hic plane aperit totius p̄s huius affectū, cōfessus se mortem & infernū sensisse, Nec em̄ hęc loquit̄ sophistarū ritu, de re sibi incognita qđlibet diuinare audentiū, sed experiētiā suā recitat & affectū hūc plane depingit, Saluū me fac (inquit) vt misericordiā tuā p̄dicem in ęternū, nec me in furore tuo isto argue, in quo cū sit mors & infernus, nō ē memoria nec laus tua. Hic em̄ verū ē illđ p̄uerb: xvi, Nūcius mortis ira regis, sic Ezech. Isa, xxxviij. Viuens viuens ipse cōfitebitur tibi, quia nō infernus cōfitebitur tibi, neq; mors laudabit te, nō expectabūt descendentes in lacū veritatē tuā. Et p̄s. cxiij. Nō mortui laudabūt te dn̄e, neq; oēs qui descendūt in infernū, sed & multis alijs locis per psalteriū hunc affectū signatū videbimus.

Quid igit̄ ī morte & inferno est? obliuio dei primū, deinde sempiterna blasphemia. Hic em̄ cura & amor suipsius regnat impetuosissima & cōfusissima sollicitudine, ideo misericordiā dei nō p̄t an̄ oculos suos h̄re. Quęrit em̄ effugiū & nō inuenit tūc mox īuoluit̄ odiū dei ardētissimū, cupiēs primo aliū deū deinde se nō eē, ac sic blasphemat summā maiestatē, quā optat (vt dixi) sūmo nisu nō esse, & si posset, nō esse faceret. Atq; ista fuga & inimicitia dei ęterna est, tunc illuc p̄s primi impletur,

Impij sicut puluis vento agitatus, scz fugiens & nō effugiens.
Sed hic obstrepat quispiā, quid ergo dicitur vsitato verbo In inferno nulla est redemptio? videtur em̄ nulli contingere pœna inferni nisi damnatis. Respondeo, q̄ q̄ hoc verbū in sacris literis non memini me legisse, tn̄ desumptū videtur ex hoc versu huius psalmi, tum alijs plerisq; locis scripturæ, male aūt intelligitur a carnalibus istis & om̄ib⁹ nobis inexpertis Theologis, quasi ideo nullus infernū gustet, quia nulla sit redēptio in inferno, cū eadem ratione, nec Paulū gustasse cęlestia diceremus, quia beatitudo amitti non potest, nec peccatum sentiri, quia dimissum est in Baptismo. Igitur verum est pręsente hac agonia, aliud non videri nisi infernū, nec vllam apparere redemptionē, ęterna om̄ia putantur esse, quę sentiūtur. Ira em̄ non mortalis hominis aliquādo finienda, sed ęterni dei nūq̄ finienda hic sentitur, In tuo (inquit) furore, ne arguas me, in furore hominis tpalis tpali argui parū est, tū & om̄ia agunt̄ quę in inferno, non multū abest odiū & blasphemia dei, nisi q̄ fortis vt mors dilectio & dura sicut infernus ęmulatio, hic tandē in laude dei pręualet, alioquin amor cū odio, spes cū desperatione, misericordia cū ira, laus cū blasphemia, perseuerantia cū fuga, breuiter cęlū cū inferno durissime, acerrime, exquisitissime pugnat, incredibili cruciatu animę, verum quid perdimus verba, cū tn̄ nihil possimus oībus verbis consequi. q̄ indiciū huius tribulationis, intellectū & sensum nō dat, nisi ipse affect⁹ & experientia, q̄quis vnicuiq; nostrū, si non est insensatus, cor & conscientia sua, his auditis dictet, esse nō nihil qđ his verbis significetur, nondū cognitū, formidabile tn̄ cognitu.

Theologi carnales.

Laboraui, in gemitu meo lauabo p singulas noctes lectū meū, lachrymis meis stratū meū rigabo.

Hic versus potest ordinari dupliciter, aut vt verbū, laboraui seorsum absolute accipiatur, aut vt cū, in gemitu meo, copuletur, posteriorem ordinem, & si vsitatissimus est hac vice omittemus priore seruato, in q̊ & tautologia aptius mihi quadrare videtur, vt sit, in gemitu seu suspirio lauari lectū, idē qđ in lachrymis rigari stratū, gemitū cū lachrymis, lauari cū rigari sicut lectū cū strato conferendo.

In hebręo habetur, Natare faciam lectū meū, & liquefaciā stratū meū, Merito quęrit̄, vnde tātū vlli homini lachrymarū? Augustinus sequitur more suo mystica, sequuntur eum & alij multi, Nos aūt lectū & stratū omnino ad vim grammaticam

accipimus, in q̃ requiescit corpus per noctē, vsu hominū. Et lachrymas, atq; gemitū p hyperbolen itelligun⁹ lauare & rigare lectū, nō em̄ vnq̃ aut vsq̃ auditū ē, aliquē sanctorū tot fudisse lachrymas, vel vna nocte, nedū per singulas noctes, vt lectū rigaret, nedū natare faceret.

Verū hyperbolen sic accipiemus, vt ad opus lachrymarū tm̄ foris aptetur, Cęterū cū verba spūs, spiritu sint pōderāda, nulla erit hyperbole, si affectū hæc patientis cōsyderes, qui nō quantū possit, sed ꝗtum velit & optet ostendit, sicut de Maria Magd. dicūt patres, eam fuisse nō scdm vires suas locutam, qn̄ ad hortulanū dixit. Si sustulisti eū, dicito mihi & ego eū tollā, Om̄ia em̄ possibilia credenti, speranti, amanti p̄sumūtur. Itaq; cū sit deus spirituū ponderator, non aūt opm, scruteturq; nō facies operū, sed renes & corda hominū, sine hyperbole, imo vero corde hic dicit, se lectū suū loturū suspirijs & lachrymis, quod & si nō potest, quia tn̄ tam ardens est votū, vt velit, iam coram deo factū reputatur. Proinde recte fecerimus, si in optatiuo modo legamus. O vtinam tantū mihi esset lachrymarū q̃ per singulas noctes lectū meū natare facerem, sicut Hiere. ix. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarū & plorabo die ac nocte interfectos filię populi mei?

Testis est ergo & hic versus, q̃ horrendus sit ille Agon mortis & inferni, q̃ optat impossibilia facere, quo liberetur ab eo, Et hinc, non difficile credo illorū relationib⁹, qui scribūt animas seu viuētes seu iam defunctas, aliquoties se fuisse cōfessas, malle in hac vita vsq; ad diem iudicij ferre maximā pœnarū huius vitę, q̃ breui tpe in purgatorio pati, vehementer em̄ cōsonant cū huius versus sententia. Sed & Ezech. Isa. xxxviij. cōfitetur se totam vitam malle agere in amaritudine, q̃ has portas inferi sustinere. Recogitabo (inqt) tibi, seu vt meli⁹ hebraice dicit, promouebo ad te oēs annos meos in amaritudine anīæ meæ. Totā vitam optat amarissimā, modo liceat hūc furorē & iram euadere.

Et id q̃q; firmat Tautologia, quā supra diximus esse firmitatis indiciū, qua seriū suū maximū signat affect⁹ iste, Vide ergo quot indicijs prodat hāc miserrimæ pugnæ crucem, q̃ eligat omne malū mundi sustinere, qui tot sibi lachrymis plorandū decernit. Quid huic in mundo reliquū est in quo possit delectari? Nōne hic perfectissime est mortificat⁹ carne? qui adeo viuere spū proponit & eligit, vt non in mensa, nō in labore, nō in die, non in opere in quo alij forte plorarent, sed in lecto

& strato & in nocte, vbi cęteri om̃es requiescere solēt, & fatigati recreari, statuit sibi tātū negocij, & ei⁹ inauditi, vt ploret lachrymis vsq; dum natet ī eis. Possunt fortassis hi, q aliqñ ī piculo subito mortis fuerūt, huius versus vim aliquātā sentire, Verū ī legittimo agone mortis & inferni, hoc votū & studiū facile exigitur ab homine, facile & ip̄e proponit & facit si pōt, paratus multo maiora ꝓmittere & facere.

Laboraui (inquit) aptissimū verbū ad negociū pręsens, q̃ significat anxiū & in magna difficultate sese fuisse, Ita em̃ & Isa. liij. accipit, ꝓ eo q̄ laborauit anima ei⁹, idest vehemēter anxia fuit, sicut ait. Tristis est anima mea vsq; ad mortē. Hic incq; labor cogit, vt tam ardua & grandia sit promptus tū facere, tum pati. Beati ergo qui lugent, qm̃ ip̄i cōsolabūtur, qui seip̄os affligunt, plorāt & humiliāt, ne hanc afflictionem ferre cogātur. Cætera relinquimus vsui & experientię.

Turbatus est a furore oculus meus, inueteraui inter om̃es inimicos meos.

Reuchlin sic, verminauit ex iracūdia species mea, volēs trāslatiue verminare id esse qđ corrodi, sicut vestis a tinea corroditur, vastať & perditur. Est aūt idē sens⁹ cū nr̃o, vult em̃ ꝓpheta dicere, Huius agonis eā esse vim, vt īmutet totū hominis aspectū, nec mirū, cū consumat & ossa & sanguinē, ideo pallidū ac deformem fieri se dicit hac tribulatione, Nā & quęlibet tristitia tandē deformat habitū & vultū hominis, verū qđ alię efficiūt paulatim, hoc ista accelerat breui, nimio tristitię impetu, Legimus multos magna tristitia repente canos esse factos, q̃to magis hac agonia tabescent & veterascent homines. Simile p̄s xxxviij. Amoue a me plagas tuas, a fortitudine man⁹ tuę ego defeci. In increpationibus propter iniquitatē corripuisti hominem, & tabescere fœcisti sicut araneā animā, eius heb. quasi tineam posuisti desyderabilia eius .i. faciem seu speciem eius, qđ hic dicit, verminauit siue tineauit species mea, facies em̃ est id scđm qđ homo desyderabilis est, deniq; eadem verba p̄s. xxx ponūtur. Conturbatus est in ira oculus meus, q̃ hoc versu.

Igitur oculū pro aspectu & specie accipit, siquidē & hebreis eadem dictio, & oculū & speciem significat, vt sit sensus. Turbatus est oculus meus, idest toto habitu repente īmutor, deformisq; reddor, hoc facit ira, non mea. sed absoluta, idest ipsa tribulatio mortis & inferni, Sic & Ap̄l'us sępius appellat absolute iram, mortem & infernū, vt Ro: viij. Q̃to magis reconciliati,

206

salui erimus ab ira per ipsum.

Idem est quod sequitur. Inueteraui inter omes inimicos meos, melius heb. In omibus tribulantibus me, quod est dicere. Vndiqꝫ mihi angustię, omia me tribulant, omis creatura mihi aduersatur, non est q̃ fugiã, Ideo sic anxiatus. Inueterasco ante diem, mutato vniuerso aspectu meo.

Indicat & hic versus aliã vim huius miserię, q̃ est ꝙ paucefactus ac cõterritus a furore dei, simul nullius creaturę habet solatiũ, sed quicq̃d aspexerit aduersatur sibi. Creatura em̃ cũ Creatore suo agit, p̄sertim qñ ipa conscientia ꝑpria ab eo dissentit, Ideo vndiqꝫ ira, omia tribulãt, vbiqꝫ inimici. Hoc indicat qđ nõ simpliciter dicit inter inimicos meos, sed inter oẽs inimicos .i. inter eos qui sunt oẽs inimici, qui sum in eo loco, in q̃ nullꝰ mecũ sentit. Sic Iob. ix. Nemo audebit ꝓ me testĩoniũ dicere.

Ego aũt his tribulationibus vexatũ Dauid eo deuenisse credo, ꝙ circa finẽ vitę multũ debilitatus fuit, & ita infrigidatus, vt multis opertus vestibus non calefieret, sicut scribitur. iij. Reg. i. Nam vt dixi. Iste furor omia cõsumit & tabescere facit. Ita habemus horribilẽ hanc tentationẽ suis signis, affectibus, consilijs descriptã. Nũc sequitur consolatio & reductus ille a morte & inferno.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitaté, quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Rogo cur prę cęteris solos operatores iniquitatis tam indignanter repellit? diximus em̃ p̄s. v. Poele auen, significare religionẽ inobedientię, iustitiã propriam, idolatriam spũalem operantes. Deinde discedere a se iubet, cum de eis nihil hucusqꝫ q̃stus sit, sed tm̃ de furore dñi. Quid impijs oparijs cũ furore dñi? p̄sertim cũ tales, & securissimi & omia cõtraria de deo p̄sumentes, ꝗꝫ hoc p̄s q̃stus est, nihil ei potuerũt in hac tentatiõe exhibere negocij. Atqꝫ ne quid desit absurditatis, ideo discedere iubet, quia dñs exaudiuerit vocem fletus eius, Nũquid impij illi oparij hoc egerũt, ne dñs eũ exaudiret? Dicimus ergo.

In affectibꝰ totus laborat, ijsqꝫ arduissimis, ideo nõ quare, sed quid faciat tm̃ loquit̃, Ita enim videmus eos, qui aliq̃ rapti vehemẽti affectu, secũ loquũtur, velut insanire & aliena loqui, dum nescimus, qua causa loquantur, Ingrediamur ergo affectum verborum istorum. Hoc fere obseruatum video per Psalteriũ, vt quoties exstasi insigni locutus fuerit ꝓpheta, statim subiungat apostrophen ad aduersarios indignationis,

aut querimonię plenã, vt ibi, Credidi propter quod locutus sum, ego aũt humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Et ps. xxxviij. cũ dixisset. Et tabescere fœcisti sicut arenam eius, statim addit. Veruntñ vanitas omnis homo, sed & in humanis reb⁹ ita fieri videmus, vt oppositorꝝ sit eadẽ disciplina, & locus hic cõis plurimũ in omib⁹ valeat, vbi siquis re cognita veritatem apprehendat, mox feratur vel indignans vł querulans in eos, qui cõtraria vel sapiunt vel docent. Exemplũ eximiũ est B. Aug: li. ix. confess. in expositione ps quarti, quo impetu feratur in Manicheos inter exponẽdũ psalmũ, & artis sit, sic ꝓposita docere, vt simul cõtraria refellas, & in aduersarios excurras. Nam qũo possumus & nos cõtinere, si qñ rectam & veram pietatem doceamus, quin inuehamur simul in cerimoniistas & subdolos operarios verbi, indignati ꝙ vel hæc non sciant, vel cõtraria nos aliqñ docuerint.

Ita & hic cũ exstasi hac insigni erudit⁹ esset, in solã dei misericordiam confidere, nullamq; iustitiã sufficere. Sciret aũt ꝙ hi, qui hac tentatione non erudiũtur, stulta & impia sub pietatis specie doceant & faciant, ꝙq; sint in his rebus, si cõtingãt, imperiti, alioqui oms homines mundi docere prompti (ita em ferme solet hoc hominũ genus insipientissime sapiens, & sapientissime insipiens) ceci cecorũ duces, semper discentes, & nũq̃ ad scientiam veritatis peruenientes, Deinde quod summũ est malorũ, Indociles, impersuasibiles, incorrigibiles sunt, quin sicut Iamres & Mamres Mosi restiterũt, ita & ipsi his, qui hanc sanam scientiã adepti sunt vsu tam magni certaminis, sine fine & impudenti resistunt temeritate, quibus pius homo tribulatẽ super tribulationẽ, Ideo zelo charitatis, quo cupit omnibus veritatem sibi notam, fieri cõmunẽ, errorem q; contrariũ traduci, inuehitur iustissime indignans. Discedite a me omnes operarij iniquitatis &c̃. Deniq; vix erit ps in quo huius tentationis describitur querela, in q̃ nõ simul hos impios operarios arguat & accuset vt videbimus,

Affectus ergo merus est, ꝙ eos discedere ideo iubet, q̃a dñs exaudierit eũ. Quid em̃ hac causa velit ex superiorib⁹ relinquit intelligendũ, videlicet, ꝙ ꝓpter solam misericordiã suã deus saluos facit clamantes ad se, apud quẽ null⁹ iustus, & (vt Moses Exo. dicit null⁹) Innocẽs p se inuenit, Quę cũ ita sint, & id toto ps declararit, recte infert se nolle eos agnoscere, qui contraria sapiunt & docent, sibi satis esse hoc nosse, ꝙ dñs exaudit vocem fletus sui &c̃. Huc & illud Mat: vij. pertinet, quod

dicturus

dicturus est dñs ħs, qui in nomine eius pphetauerũt & virtutes fœcerũt, Discedite a me oẽs operarij iniquitatis, q͂ videlicet in gñali snia huius ps̃, versum accipit contra oẽs qui in seipsos cõfidũt, & non in puram misericordiã eius.

Exaudiuit dominus deprecationem meam: dñs orationem meam suscepit.

Generaliter dixerat, Exauditam vocem fletus sui, nunc in specie definit, quę vox fletus fuerit. Et obserua, q͂ & hic nomẽ dñi iterat tribus vicibus, dñs exaudiuit, dñs exaudiuit, dñs suscepit, ad significãdũ affectũ fiducię & confirmandã spem cõtra aduersarios quibus insultat.

Est vero deprecatio in hebręo, dictio, quę ppriè significet, misericordię seu gratię imploratiõnẽ, vt respondeat ṽbo superiori. Miserere mei dñe & sequentibus, vbi diximus implorari gratiam & virtutem. Oratio vero in deprecando malo, vt respondeat illi, Dñe ne in furore &c̃. nisi quis dixerit affectus erigendi & firmandi causa hæc ingeminari.

Sunt aũt hæc verba spei exercentis & exhortantis conscientiã, ac iam p̃ualescentis, sicut p̃cedentia fuere verba, spei, patiẽtis & laborantis ac pene occũbentis, in quibus videmus nõ doceri sed geri, ea quæ ps̃. v. docta fuere in versu illo, lætabuntur oẽs qui sperant in te &c̃.

Ipsa em̃ verba satis arguũt animi eius habitũ & affectum, q͂ videlicet magno nisu ob ocl'os sibi ponit diuinã misericordiã, quã opponat, peccati, mortis & inferni turbulentis figuris, cũ em̃ in spe & spiritu eũ loqui certũ sit, necdũ corã deo, pręsente visiõe positũ, certũ simul est spe saluũ factum, spe dei gratiam consecutũ, spe se cõsolatũ, hęc vniuersa sonare, quo abigat malorũ illorũ molestissimã turbam. Atq; hoc est quod repetitionibus tot sibi inculcat dei clementiã, velut magnis & fortibus ictibus aduersantia persequens, & potentibus sermonibus suã infirmitatem ad spem exhortans. Ita em̃ (hoc magistro) agẽdũ est, in tristitia aut peccato vexante cõscientiã, nõ stertendũ, nõ cędendũ, sed nec hoc expectãdũ, donec sua sponte recedat tribulatio, aut donec res ipsa consolationis præsenter appareat. Hæc omĩa perditionis sunt negotia, sed fortiter contendendũ, ingeminandũ, & omĩ studio nitendũ, quo bonam opinionẽ de deo erga nos stabiliamus, sicut ps̃. xxx. fœcit. Tu autẽ dñe susceptor meus es, gloria mea, & exaltãs caput meũ. Et ps̃. xxix vbi similem tribulationem q̃stus, de deo sibi firmat optimam

c

opinionem. d. Quoniã ira in indignatione eius & vita in voluntate eius, Hoc est, deus noster non vult mortem & infernũ, sed vitam & salutem. Sic & ps. xxxi. Tu es refugiũ meũ a tribulatione q̃ circũdedit me. Deniq; in omibus ps, vbi hæc vel similis passio deploratur, mox subiũgitur formatio spei & bonę cogitationis de deo, iuxta illud Sap. i. Sentite de dño in bonitate, nisi em̃ hęc cogitatio & fiducia cõscientię surgat, vincet tribulatio, & non erit qui eripiat, multo aũt labore formatur, nõ tñ nisi per verbũ dei & Ihesum Christũ, Sic & hic, cũ vtiq; nesciret suũ fletũ esse exauditũ, tñ plena cogitatione sibi hanc opinionem concipit & firmat repetens & contendens, ita vt & aduersarios quoq; inuadat, certus, ꝙ sicut de deo p̃sumitur, ita & habetur, Qualis spes, talis res, vere em̃ & hic opinionib⁹ hõ regitur, sed opinionibus dei (.i. de deo) siue bonis siue malis.

Erubescant & conturbentur vehementer oẽs inimici mei, conuertantur & erubescant valde velociter.

Posset hic versus de persecutoribus forte intelligi, quia inimicos suos nominat, sed vt p̃cedentibus cohęreant hęc nouissima, intelligamus nõ alios inimicos eius, q̃ ipsos poele auen oparios iniquitatis. Diximus em̃ in om̃i psalmo simul in eos ferri spiritũ ꝓpheticũ, vbi tribulatio ista describit̃, ꝙ perpetuũ sit (sicut dixi) cũ his impijs bellũ & exercitiũ, qui hanc piorũ humilitatem & gratię dei cõmendationem, nõ modo nõ audiũt, sed etiam persequũtur, sicut dicit ps. cviij. Et persecutus est hominem inopem & mendicũ, & compunctũ corde mortificare. Et lxviij. Super dolorem vulnerũ meorũ addiderũt, Horũ est sicut amicorũ Iob, piorũ hominũ tribulationes a deo iustę inflictas iactare, & pro deo contra illos stare, deũq; eis iuste alienũ esse factũ pronũciare, ipsi interim securissimi de deo quasi iudiciũ dei ipsi effugere possint.

Qñ ergo his impijs omia narrãtur, sicut fabula surdo, nec possint intelligere, p̃ sensu carnis suę inflati, ea que spirit⁹ sunt optat ꝓpheta compendiũ & subitam iniquitatis eorũ subuersionem, quę est, si & ipsi hoc genere tentatiõis apprehendant̃, sentiant iram dei, mortis & inferni turbationem, sicut & Hiere,

xvij. orat. Confundantur illi & non confundar ego, paueant illi, & nõ paueam ego. Et ibidem. Non sis mihi tu formidini, spes mea tu in die afflictionis. Et ps. ix. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quę obliuiscuntur deum. Et constitue domine legislatorem super eos, vt sciant gentes, qm̃ homines sunt (.i. vani & mendaces), Lex enim iram operatur Ro: iiij. Quia reuelat peccatũ quo confunditur conscientia, quæ confusa perturbatur ab ira & morte, quã lege indicante, videt se meruisse. Hic enim excessus subito & vehementer cõuertit, confundit, perturbatq; superbos, redigens eos in nihilũ, cogitq; posito iustitię supercilio, misericordiam dei quærere, nisi enim & ipsi hoc affectu quoq; experientia propria pbati fuerint, frustra legunt, audiunt, faciunt om̃ia. Vexatio eñ (vt Isa. xxviij. dicit) sola dat intellectum auditui .i. verbum dei fit intelligibile insensatis. si bene vexati fuerint passionibus, Crux Christi vnica est, eruditio verborum dei, Theologia syncerissima.

Potest aũt vehemẽter & valde velociter intelligi bifariam, vt vel referantur ad tempus, vel ad tentatiõis genus. Temporis significatio est hęc, vt non diu differantur, sed cito vexentur, quo citius ab iniquitate conuersi misericordiã sitiant, sed tentationis genus est, vt non leui aliqua tribulentur passione, sed huius summę & maximę turbine, cuius vis & natura est, esse & vehementissimam, ideo vehementissime humiliat, & ad gratiã erudit. Quandoquidẽ operarios iniquitatis, adeo reddit obstinatos ac prefractos, sua tum sapientia, tum iustitia, vt si leuioribus aliquando pulsentur tentationibus, sine timore glorientur & ipsi in tribulationib⁹, quasi veri & synceri martyres, adeo pertinaciter ęmulantur lupi isti rapaces, vestimenta ouiũ, Ita quibus percutiũtur, vt emendentur, his ipsi indurantur, & in sua impietate confirmantur. Verum ante faciem huius frigoris non sustinent, si peccatorum confusione & furore dei cõturbentur. Hęc eñ est turbatio q̃ subuertit securos impios, in qua nõ perseuerãt, nisi syncęra corda, timore dei & spe recte instituta, Quare vt impossibilis est hæc irę dei sustẽtatio, ita incredulis & insensatis vehementer necessaria, & sola potens ac sufficiens eos humiliare, Tali Paulus de cęlo tactus est, cum esset plenus securissimo impetu zeli dei, mox luce circumfusus ac tremens dixit, Domine quid vis me facere. Act. ix. Hic illud agitur Hiere; xxiij. Nũquid verba mea sunt sicut ignis, &

ſicut malleus cōterens petram? Et p̄s. xx. Pones eos vt clibanū ignis in tp̄e vultus tui, dn̄s in ira ſua conturbabit eos & deuorabit eos ignis, non hæc diceret niſi expertus fuiſſet. Iſte em̄ clibanus & ignis eſt ipſa reprehenſio in furore, & correptio in ira dn̄i, quę in anguſtiam vrget inſuperabilem & ineuitabilē, reas conſcientias a ſolo vultu & reſpectu diuini iudicij.

Compat aūt hoc verſu, aut potius alijs v̄bis exponit furorem & iram dn̄i. Argui em̄ in furore, aliud nō eſt, q̄ erubeſcere, confundi & ream inueniri corā ęterno iudicio dei conſcientiā hominis. Inuenitur aūt nullius hominis nō rea cōſcientia corā hoc iudicio, ſicut dicit p̄s. cxlij. Non intres in iudiciū cū ſeruo tuo, quia nō iuſtificabit̄ in conſpectu tuo om̄is viuens. Quid eſt non iuſtificari, niſi reum inueniri & confundi? Et iterū. Ego dixi in exceſſu meo, om̄is homo mendax, Ideo optat illis inſenſatis, vt huc cōuertantur & confundant̄, qui in ſeip̄is ſecuri adhuc gloriantur, Inueniat̄ (inquit) manus tua oībus inimicis tuis, dextera tua inueniat oēs qui te oderūt. Et rurſum. Imple facies eorū ignominia, & quęrent nomen tuū dn̄e. Hoc enim differūt (vt ſępius dixi) Impij a pijs, qꝫ vtriqꝫ ſunt quidē mendaces, & non iuſtificātur coram deo, ſuntqꝫ vanitas vanitatū, ſed pios hæc tribulatio in ſui notitiam conuertit, q̄ cognita a iudicij furore ad miſericordiā cōfugiūt, & ſalui fiūt. ſicut puer: xij. Verte impios & non erūt, qđ aliqui ſic accipiūt, verte ſcꝫ in ſui cognitionem, & humiliati iam impij eſſe deſinēt adepta gratia. At vbi verſi non fuerint, ſui notitiam non habent, ideo nec gratiā quęrunt, manentes in vanitate mendatio iniquitate ſua.

Porro corripi in ira, aliud non eſt, q̄ conturbari (vt dicit) vehementer, intentari ſcꝫ mortem & infernū, & cum hæc ira in breui & ſubito exarſerit (vt p̄s. ij. dictū eſt) beati om̄s qui confidunt in eo, Hoc em̄ impij non faciūt, nam & eodem p̄s, hæc duo mala oſtēdit, vbi dicit. Tūc loquet̄ ad eos in ira ſua (.i. arguet & rep̄hendet) & in furore ſuo conturbabit eos (.i. corripiet). Et. i. Reg. ij. Dn̄m formidabunt aduerſarij eius, & ſuper ipſos in cęlis tonabit, & multa ſimilia in ſcripturis habemus, q̄bus iſta vehemens confuſio & cōturbatio cordis, tam i ſanctis deſcribit̄, q̄ꝫ ſuper impios p̄dicitur, vt illi humiliati conſolent̄ & exaltentur, Hi vero humiliati affligātur & deprimant̄, & ſic vult oēs homines ſaluos fieri, & neminē perire.

Eſt aūt in hoc verſu hebręis pulchra quædā alluſio duorū verborū, conuertantur & erubeſcant, quā latinitas nō retinuit,

illic enim per methathesin literarū, Iasobu iebosu dicitur. Repetit aūt iebosu, erubescāt, affectus vehementia, optans vt quæ ipse patitur, vertantur ad aduersarios, quo & ipsi desinant supbire & humiliatos persequi, sicut p̄s. liiij. Auerte mala inimicis meis. Et ꝓuerb. xi. Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo. Et p̄s. xxxi. Multa flagella impio, sperantē aūt in dño, misericordia circūdabit, Quo mō oratur & p̄s. lxxviij. vt a se recedat ira ad impios. d. Vsq; quo dñe irasceris in finē, accendetur velut ignis zelus tuus? Effunde iram tuam super gentes quæ te non nouerunt (vt cognoscant) & super regna, q̄ nomen tuū nō inuocauerūt, vt & ipsa discāt se egere gloria tua & īuocare nomē tuū, Ita & hoc psalmo orat, ne furore dñi corripiatᵣ, corripiantᵣ aūt illi, q nō inuocant dñm, nec timēt furorem eius, Dictū est aūt inimicos piorū esse potissimū eos, qui iniquitatis operarij vocantur, autores male securi cordis, & ignorateq; fidei & spei in deū, pro qua perpetuo cū illis negocium habent, non habituri si & ipsi aliqñ simili tribulatione cribrarentur. Q, siquis per operarios iniquitatis & inimicos volet intelligere dæmones, qui in hac hora mali fortiter instant & ad desperationē vrgent, tum ob oculos ponūt opera bona, q̄ si quis fœcisset, nō haberet qđ desperaret, vt desperationem per p̄sumptionem, & p̄sumptionē per desperationem stabiliant, ac interim his iniquitatis formis animam occupent, ne vera pietate fidei & spei deū colat ꝓpter misericordiam suā, siquis inq̄ ita velit intelligere, non resisto, Nam dæmones vere sunt callidissimi incitatores animarū ad inobedientiam sub specie obedientię, quādo ꝓpriū est eis se transfigurare in angelum lucis, tum maxime quādo minime oportet. i. in tribulatione. Ego tamen credo contra homines prophetam loqui (vt dixi) vere pietatis inimicos, q̄s pigeat cū vel audisse vel nosse q; plurimos sua insipientia secū trahūt in foueam.

¶ PSALMVS SEPTIMVS.

Ignorantia Dauid quā cecinit dño super verbis Aethiopis filij Iemini.

A multis sudatū est super hoc psalmo, quisnā scopus eius quem titulus indicet, & adhuc sub iudice lis est. Sequemur interim Burgeñ. qui mihi propius ad rem videtur accedere, qui nō de Saule, sed de Semei ipm intelligendū iudicat, Quod vt

102

capiamus, verba historię ex libro secundo Regū referamus. Ita em̄ scribitur .c. xvi. Cū Dauid fugeret a facie Absalom filij sui, Venit ergo Rex Dauid vsq; ad Bahurim. Et ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomīe Semei fili⁹ Gera, procedebatq; egrediens & maledicebat, mittebatq; lapides cōtra Dauid, & contra vniuersos seruos regis Dauid. Ita autem loquebatur Semei cum malediceret regi. Egredere egredere vir sanguinū, & vir Belial. Reddidit tibi dn̄s vniuersum sanguinē domus Saul, quoniā inuasisti regnū pro eo. Et dedit domin⁹ regnū in manu Absalom filij tui, & ecce premunt te mala tua, quoniā vir sanguinū es. Cum aūt serui Dauid vellent illū occidere, dixit Dauid, Dimittite eū, vt maledicat, dn̄s enim pręcepit ei vt malediceret Dauid, Et qs est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Ecce filius meus qui egressus est de vtero meo q̄rit animā meā, q̄to magis hic filius Iemini maledicet mihi.

Patet ergo filiū Iemini vocari Semeiam hunc maledicum licet, & ipse Saul filius Iemini dicatur. i. Reg. ix. Quia de eadem cognatione fuerunt, vt dictū est. Simul habemus verba, super quibus hunc ps̄ cecinit, nempe maledicta Semei, qbus ei falsa crimīa impegit grauissimus & importunissimus calūniator, Nō em̄ de Saule legimus talia verba quę in Dauid euomuisset, quare de insigni verborū iniuria necesse est loquat̄, q̄ hoc loco recitantur, & hoc textus ip̄e psalmi dabit.

Reliquum est, cur appellet eum magis Cusch, quod æthiopem significat, om̄ib⁹ fere placet methaphorā esse, q̄ nigredo infamiam sustinet malitię, vt & poeta. Hic niger est, hūc tu Romanę caueto, Sicut econtra candidū dicimus, qui syncerus & integer est. Et candor animi, qui sine liuore sit, vt vulgo quoq; prouerbia sonant. Volunt ergo de industria nomen eius a Dauid omissum, & nouo moribus suis digno insignitum. Quod si hoc non placet, arbitrari licet, eū fuisse binominem, quod frequentissimū in sacris literis obseruatum est, vt ex linea Christi, Matt. i. & Lucę. iij. colligitur, Sicut & de Zacharię patre Ioiada dicitur Matt. xxiij. Tū adhuc ratio viget, altero nomine Aethiopem appellare maluisse, q̄ Semei, tanq; aptiore malitiæ eius vocabulo. Porro ignorantia, his acceptis, sua iam spōte se aperit, quę nam sit, cum enim maledicta Semei Dauid adeo non agnouerit, vt etiam in morte sua filio Salomoni mādarit, vt canos eius cum sanguinem deduceret ad inferos pro maledictionis illius vltione, plane est innocentiam suam eum dn̄o confiteri. Et ignorantiam hanc non esse aliud q̄ innocentiā,

214

Nam cuiꝰ non sumus nobis conscij, recte ignari quoq; eiusdē dicimur, Verum cū sit impiū confidere in cogitationibus suis prouerb. xij. Et qui confidit in corde suo stultus est. Eiusdem xxviij. Ideo sic de innocentia ista est præsumendum, vt tamen iudiciū dei timeatur, nec in securitate de ipsa gaudendum, nisi data primum gloria deo, coram eo confessi fuerimus alia esse sua, alia nostra & hominū iudicia, vt sic accepta licētia & saluo illius iudicio, coram hominibus eam profiteamur, id qđ discitur in tentatione. Sic eñ Dauid cum audiret falsa sibi (q̄tum in conscientia sua erat) crimina obijci, tñ quia deo præcipiēte illa maledicta in eum congeri sciebat, timuit ne corā deo vera essent, nec suę conscientię satis confidens, sicut Apostoli nō sibi fidebant dum audirent vnum inter eos esse traditorem. Talis est enim vniuscuiusq; pij cōscientia, quātūlibet innocens, ibi culpam timere, vbi culpa nō est, Timor dei facit hoc, & iudicij eius inscrutabilis altitudo, Proinde Dauid innocens quidem timet tamē sese fœcisse, q̄ obijci sibi audit, p̄sertim tēpore tentationis, in quo deus partes aduersarij videtur iuuare, percutere creditus, pro ijs quę tunc obijciuntur, & si ignorantur, ideo q̄tūlibet coram se & hominibus non sit sibi illius mali conscius, metuens tamē ne corde saltem sit reus (deus eñ scrutatur renes & corda) docet nos hoc psalmo illud Apostoli. Non eñ qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem deus commendat.

Quare licet psalmus sit de Dauid & sua ignorantia compositus, tamē cū sit hoc malum calumniarum in mundo frequens, generaliter ad omniū nostrū doctrinā scripta esse etiā hæc credere debemus, sicut Paulus Ro: xv. dicit. Quæcumq; scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt, vt per patientiā & consolationem scripturarum spem habeamus. Videbimus aūt qui affectus sint & esse debeāt & possint, ijs, qui fideliter & pie calumniam ferre & vincere volunt, Nam hanc persecutionem optime posuit septimo loco, vbi pręcedentibus psalmis erudijt in his malis, quibus purificamur a peccatis, perfecte nūc tandem erudiat ad perfectū dei timorem, vt ibi etiam peccasse nos timeamus, vbi nō peccauimus, & tāto peccati odio, deiq; dilectione perficiamur, vt ignorata, imo nulla peccata ꝓ ꝑ actis timeamus. Ad hāc perfectionē opus nobis est, nō persecutore Absalom, quē certū sit, nos inique persequi, sed Calūniatore Semeia, quē timeamus vere maledicere, etiā innocentes, nec tñ sic innocentiā dimittamus, Sed cū Iob sentiamus, q & ipse su:

Calumniarum frequentia.

amicis tale q̄d passus dicit. xxvij. Absit a me, vt vos iustos iudicem, donec deficiam non recedā ab innocentia mea, Iustificationē quā cœpi tenere, non deserā, Neq̧ em̄ rep̄hendit me cor meū in om̄i vita mea, Ita (vt supra p̄s. v. non nihil horum tetigimus) coram deo ignorantiam nostrā quidem confiteamur, qui solus nouit corda hominū, sed corā hominibus innocentiā nostram non deseramus, si cor nostrū nos nō reprehendit. Sicut em̄ coram deo peccata nō sunt neganda (corā q̄ nemo iustus est) Ita coram hominibus veritas est confitenda & asserenda, coram quibus viuere possumus & debemus sine crimine. Et hāc eruditionem David suo euentu cōsecutus, nobis facit cōmunē, qua longe fœlicius calūniam vlciscimur, q̄ olim Apelles vltus est sua tabula. Dicit itaq̧.

Dn̄e deus meus in te speraui, saluum me fac ex om̄ibus persequentibus me, & libera me.

Primus affectus est, nō ad vindictā & zelum ferri contra Calūniatores & persecutores, vt solet homo vanitas & mendaciū. Mihi (inquit) vindicta & ego retribuam, sed ad dn̄m ante omnia confugiendū est, & tam persecutio q̄ calumnia coram illo pronuncianda, cū plena spe & fiducia, quā in hoc casu iuuat innocentia & bona conscientia, Ita hic ex omnibus persequentib⁹ saluus fieri petit, duo em̄ persequebant̄ David, Absalom virib⁹ & opere, Semeia lingua & calumnia, qui sine dubio vel solus nō fuit, vel saltē soli sibi nō placuit in hoc malo, vel ex om̄ib⁹ dicit affectu eo, quo p̄s. vi. dictū est. Inueteraui inter om̄es inimicos meos, q̄ꝑ videlicet vim & calūniam simul passis, om̄ia videantur aduersari, neminēq̧ relictum esse, qui succurrat, sicut reuera omnia aduersantur solitario, ita dicit, ex om̄ibus persequentibus, idest quia om̄es & om̄ia me persequūtur. Quid differant. Salua me & libera me, non magnopere puto referre, nisi salua ad bonū, libera ad malum retulisse, aut affectus gratia, tautologicos idē repetijsse putādus est.

Illos conueniri hoc versu licet, qui nō credūt necessariā esse fidem & spem, vel oraturis vel sumpturis gratiā dei seu effectū (vt dicitur) sacramentorū, cū ideo hic propheta se saluum & liberā dū petat, quia sperasse etiā gloriatur in dn̄m, adeo certū est, scz vnicuiq̧, si credat speret aut diligat, dicit vero i te spero, non me, non in hominem, de quibus supra psalmo quinto latius.

Ne quando

Ne quando rapiat vt leo animā meam, dū non est qui redimat, neq; qui saluū faciat.

Hiero: sic ex heb. Ne forte rapiat vt leo animā meā, laceret, & non sit qui eripiat. Rapiat (inquit) lanier, pdetur sicut solet furens bestia, ne quis simplicē captionē intelligat, deinde sicut leo, implacata scz bestia, laceret atq; discerpat etiā, Quid? domū aut pecus? non, sed animā meam, idest vitam meam, quā ex anima corpus habet, vt ps pręcedente dictū.

Hæc omia tanta auxesi magnificat, vt necessitatē suam exaggeret & cōmendet, quo veloti⁹ exaudiri mereatur, imo quo seipm ad ardentiorem animi intentionē prouocet, fortiter enī & seria intentione orandū est, siquid impetrare volumus. Nō est aūt dubiū, fuisse Dauid eo tpis in ea conditione, q ab Absalom & Semeia velut rugientibus leonibus rapi, lacerariq; timebatur & sperabatur, nec nisi in deo erat sibi spes & auxiliū, quo loco sunt & omes alij, qui vim cū calūnia patiuntur, qui hęc verba & sensum eorū pulchre intelligūt.

Dñe deus meus, si fœci istud, si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidā merito ab inimicis meis inanis.

Hic ingreditur rem psalmi, & iuxta titulū, verba Aethiopis Semei tractat. Impegerat calūniator, Primo, q in sanguine domus Saul reus fuerit. Egredere (inquit) vir sanguinū & vir Belial. Secūdo, q regnū ei⁹ vi inuaserit, ideo reddita sibi a dño duplicia, vt a proprio filio rursum sanguis eius funderetur, & regnū ei aufferetur, vtrūq; quęritur & sese innocentē cōfitetur. Duplici aūt ratione hunc secundū affectū nos docet tractare, negatiue & conditionaliter scz, vt innocentis conscientię fiduciam q̄tū est coram hominibus afferamus, & occultū nostrū vitiū coram iudice deo, metuamus, Nā vtrūq; hūc affectū, hij versus pręstāt, hoc modo. Dñe deus meus, adeo nō fœci istud, adeo non est ista iniquitas in manibus meis, adeo nec sanguis eius, nec amissi regni autor fui, vt etiam non reddiderim ei & suis mala, pro malis quę mihi faciebāt, cū id sępius potuissem, dum in spelūca solū apprehendi. i. Reg. xxiiij, & in castris eius hastam abstuli. i. Reg. xxvi. Non solū aūt nō reddidi mala, sed contra reddidi bona p malis, sicut ipsemet Saul. i. Reg. xxiiij.

testatus est, d. Iustior tu es q̃ ego. Tu tribuisti mihi bona, ego aũt reddidi tibi mala, tm̃ abest, vt vir sanguinũ esse possim, ꝙ siquid occultius in me fuit, quo minus synceriter pstitisse inueniar, & tu ita iudicas, presto sum, fiat mihi quod merui, persequatur inimicus meus animã meã &c.

Videtur aũt iniquitatem hic ad posteriorem calumniam aptare, sicut ad priorem hoc, si fœci illud, vt sit sensus, nõ fœci illud, qđ de sanguine calũniatur, Nec est iniquitas in manib⁹ meis, qđ regnũ obtinui, nemini in hoc fœci iniuriã, quia non mea temeritate, sed tuo præcepto id fœci, vehementior est autẽ affect⁹, ꝙ sibi imp̃cat tot mala, si fœcisset, q̃ si simpliciter narrasset se nõ fœcisse, vt & nos doceamur magno corde cõtra calumniã orare, Sed sic, vt innocentiã quidẽ testemur, occultũ tñ eius iudiciũ timeamus, parati ferre quecũq; mala, si inuenti fuerimus culpabiles, Nam licet pro te etiã dei preceptũ habeas in q̃cũq; ope, tamẽ adhuc timere debes, ne forte nõ recte ĩcesseris, & contrariũ precipi merueris, sicut Abraham licet in Isaac repromissionẽ accepisset, tñ volẽs & timẽs dei iudiciũ, obtulit eum in holocaustũ, Sic & Dauid in hoc negocio, licet sibi esset nullius cõscius, tamẽ regnũ resignans ait, ij, Reg, xv. Si dixerit mihi nõ places, p̃sto sum, faciat qđ bonũ est corã se, & Semeiã maledicere permisit, etiã a deo iussum esse credidit oĩno timẽs, recta sibi & digna contigisse, adeo quãtũlibet iusta, sancta, innocens, vera, diuinaq; sit causa tua, necesse est in timore & humilitate eam agas, semper iudiciũ eius metuẽs, & nihil de te, sed de sua tm̃ misericordia confidens. Cecidit Iudas Machabeus in bello iustissimo, succubuerũt multi ĩ iustissimis causis & diuĩs negocijs, sicut de filijs Israel Iudic, xviij. scribitur, quia nõ in timore, sed in fiducia iuste cause egerunt, nõ in misericordia, Sed & Apl'us, i, Cor: iiij. Nihil mihi cõscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

Hoc est qđ Dauid in tribulatione positus exemplo suo docet, nulli licere iustitiã sibi arrogare, p̱ ea tumultuari, vindicta furere, vi aut iure retalionẽ meditari, sicut nunc insaniũt Ecclesiastici, qui p̃ ceteris iusti & sapientes videri volunt, sed humili timore, primũ metuere oportet, ne vere id meruerit corã deo, & ad pœnã dignã sese offerre, deinde iuxta innocentiam contra aduersarios orare, qui nõ possunt iustã causam hr̃e aduersum vllũ hominẽ, qui conscientia innocente prestat, hoc em̃ solus deus habere põt & habet. Alia sunt iudicia dei, alia hominum, Homo videtur ea q̃ patent, deus aũt intuetur cor, Ideo homo

iudicans aliter q̃ sc͞dm faciem, calũniator est, sicut hic Semeias. Atq; vt hanc humilitatẽ & timorẽ dei indicaret, caute in titulo posuit, super verbis Chusi, q; non ignoraret se meruisse persecutionem Absalom, nec hanc excusat, sed maledicta Semei nõ agnoscit, aut si vera sunt, ignorata sibi confitet, Meruerat adulterio & homicidio, Absalomi malũ, sed verba Semei de sanguine Saul nõ erat conscius se meruisse, & tamẽ timet meruisse propter iudiciũ dei tremẽdũ & occultũ, Quo mõ hæc agant, sentit piũ, & timẽs deũ pectus, si quãdo vexatur, vel ab hominibus vel dæmonibus calũniantibus.

Vocabulũ quod hoc loco iniquitatẽ, & recte vertit, heb, Aual, significat id ꝓprie quod iniquitas latinis, idest læsionẽ, iniuriam, minus aut plus q̃ debet, sicut in negocijs fieri solet. Ita hic regnum alienũ inuito proximo inuasisse, iniquũ erat, si id fœcisset. ¶ Et quod nos habemus decidam merito ab inimicis meis inanis, Hierony: rectius transtulit, Et dimisi hostes meos (tribulatores) vacuos, volens (quod dixi) Dauid nõ solum non reddidisse malũ pro malo, verũ etiam nõ vacuos dimisse hostes, idest benefecisse malis, Nam hoc ip̃m vindictæ genus est, beneuolentiam subtrahere offensorib⁹, cũ & diligẽdi sint inimici, quã q̃ ignorem an & ista translatio hebreum satis referat.

Illud vide q̃ Euangelicũ gradum iustitiæ Dauid præstiterit, Nam reddere malũ pro malo videtur æquum sensui carnis, sed prohibitum etiam lege Mosi, nisi iudicio superioris fiat, non autoritate propria. Huic contrarius est, reddere bonum pro bono, hic mercennarius & seruilis est, sic seruiunt deo, qui nec mala, nec mortem pati volunt, cũ ideo malis nos præmat, vt pure ei seruire discamus, nullius respectu boni aut premij. Tercius, reddere malũ pro bono, qui feralis, imo plus q̃ feralis est. Quartus, reddere bonũ pro malo, Hoc est Euangelium Christi. Hunc aũt gradũ excellentiori modo seruasse se dicit, quia non solum non reddit malũ pro malo, sed his qui acceptis bonis ingrati reddiderant mala (sic em̃ habent verba) reddidit bona, vt supra de Saule dictũ est.

Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meã in puluerem deducat.

Non hæc affectu fiduciæ dici mihi videntur, vt plerique putant, quasi certus fuerit hæc non fore, quia non meruerit. Nos enim, quia humili oratione cœpit, arbitramur in eodē timore dei, hæc quoque psalli, quia vt dixi. Etsi conscius sibi non erat meritæ maledictionis, quin potius præcepto dei se in regnū vocatū sciebat, multis tamen nominibus non potuit in hoc fidere & gloriari, tum (vt dixi) quod deus mirabilis est in omnibus viis suis, tum quod nos ipsi cor nostrū non cognoscimus satis, Quibus rebus fieri potest, vt vel præceptū non recte intellexeris, vel nō recte expleueris, atque ita occultissimo demerito dignus fueris, præceptū tolli aut mutari, & tum deū contra te stare, quē pro te stare putaris, Isto timore (vt dixi) Abrahā eruditus est in Isaac offerendo, & plane supremus hic gradus timoris dei, vbi & ipsum deū & præceptū eius pro te cogeris abnegare, & timere esse contra te, Breuiter, vbi timere habes ea deū, quæ præcepit & voluit, nō velle, sed prohibre & odisse, cū in cæteris id timeatur solū, ne fecerimus quod cōstet esse præcepta. ¶ Quis hāc cōtradictiōis diuinæ (vt sic dixerim) inconstantiam incōprehensibili constantia cōstantissimā ferat, nisi sit vir secundum cor dei electus, sicut iste Dauid, & Abrahā, cū hic videatur veritas dei ipsa nutare, & odiū sui (omni humano iudicio) prouocare? Verū sic est occidendus affectus ille seruitutis mercennariæ, qua deū propter nos ipsos colimus, qua in deo & propter deū inuicem inflamur, superbimus, zelamus, odimus, & nihil non mali sub nomine & cultu eius, & pro salute animarū (vt vocamus) facimus. Quis enim nostrū habens vel Abrahæ, vel Dauid promissionem, nō hoc ipsum præceptū dei, etiam contra angelos obtenderet, si quis nobis contraria intentaret? Adeo profunde carnis affectus satus est in hominem, vt necesse sit deū se nobis, quasi incōstantem offerre, quo erudiamur, nulli rei nec diuinæ & æternæ peruerso affectu adherere.

Tria offert perdēda quæ magno dolore amittimus, animā, vitam, gloriam, Animam persecutioni & captioni, vitam cōculcationi, gloriam sepulturæ deuouet, In heb. enim dicitur. Et gloriam meam in puluerem sepeliat, collocet, quod tamē idē est cū nostro, sed clarius.

Videtur autem animā & vitam sic discernere, vt anima significet (vt diximus supra) ipsam substantialem vitā, qua corpus viuificatur. Vita vero conuersationē seu res gestas in corpore per animā, sicut & Græcis videtur Zoe & bios differre & in nostra vernacula, licet eodē vocabulo (leben) tamen valde distincto

220

sensu vtimur, quādo de naturali vita & opibus vitę loq̄mur.

Et explicat his verbis affectū suū, in quo erat, q̄n. ij. Reg. xv dixit. Si dixerit mihi, non places, pręsto sum. Et illud xvi. Dn̄s pręcepit ei, vt malediceret Dauid, Tūc em̄ paratus fuit, animā, vitam, gloriam regni amittere, vt patet, Ideo in hunc affectum hæc nunc psallit, vt exemplo suo erudiat om̄es nos, quid cogitandū, quid dicendū, quid faciendū sit, & ijs qui similia paterentur. Est ergo sensus, si coram te talis fui, fiat quod fit, libens cędo, occidat Absalom & Achitophel animā meam, nec sit q̄ me saluet a persequente, nec qui eripiat a cōprehendente, paratus sum, tuam voluntatem ferre, & pœnam meritam soluere, Deinde & vniuersa q̄ vixi seu viuendo gessi, conculcet in terram, idest destruat & deijciat, vt non sint vltra aliquid in oculis & auribus, ac memoria hominū, libēs hęc amitto, Inueniar ego in vita mea malus, inutilis, perniciosus fuisse, dignus, qui conculcetur vilissime in terra, quem omnes supplantent, & vt lutū plateatū terant, Inimicū vero om̄es eleuent, extollant, in cęlū vehant, Sint om̄ia illius coram te & hominibus mirabilia & magna, & digna quęcūq; fœcit, facit, facietq;, Nec hoc contentus. Age & gloriā meam, potestatē, pręsentem, futuram, nō solū minuat, sed & in puluerem sepeliat, nūq̄ redituram, ęternaliter obscuratam, Eat thronus regni mei, Eant vxores & liberi, eant amici, eant res & om̄ia, Eat quoq; gloriosa illa promissio de futuro mihi facta Christo, quā om̄ibus alijs incomperabiliter chariorem habui, In qua vna mihi spes, gloria & gaudiū erat, offero & ego meū hunc Isaac cū patre meo Abrahā lōge dilectissimū. ¶ O vir sc̄d'm cor dei vere electus, q̄s huius cordis affectū digne ęstimet, nedū eloquat? Nos maxim̄ arbitramur, si mortem oppetimus, & animā ponimus, hic nō mori simpliciter, sed a persecutore cōprehēdi paratus est, & in manibus hostiū traditus extingui, non inter charorū turba lamentate obdormire, sed inter furētes, illudentes, triumphantes hostes occidi. Nos quid non facimus? quas non tragedias mouemus, si vel vnū opus aut verbū nostrū vituperetur, aut etiā nō celebretur? Hic tot bellorū triumphis, tot miraculis, victo Goliath, vrso, tot pijs operibus, tot cult⁹ diuini augmētis clarissimus, nō modo sinit sua illaudata haberi, sed etiā sicut lutū plateatū, in perpetuū om̄ia conculcari, & magis ac magis conculcantibus om̄ibus annihilari.

Nos, quas cędes? quos impetus saltem non molimur si non possumus opere explere, vel in vniuersum huma-

num genus, siue pro vetustis ditionũ titulis, siue ꝓ pręsentibus
priuilegiolis quibusdam rerũ suarũ? Hic ter inunctus diuino
pręcepto ĩ regem, accepto Christi nascituri oraculo infallibili,
vniuersum regnũ cũ tanta gloria, non modo libentissime po-
nit, sed paratus est nũq̃ recipere, mansurus reprobus & inglo-
rius inęternũ, tantis & inęstimabilibus his oĩbus ornamẽtis
in puluerem vsq; sepultis. Quid põt hoc affectu cogitari pu-
rius, ꝓfundius, sublimius, breuiter mirabilius? Habuit hęc
oĩa iure diuino, nec vno loco diuinitus mandata, Cur nõ
insanit ꝓ iure diuino? An impius est qđ cõtra ius diuinũ suã
Monarchiã, non per sanguinẽ & mortem repetit, tuetur, seruat?
sicut hodie videmur esse oĩm pijssimi, si ꝓ reb⁹ tpalib⁹ affixo
iuris diuini titulo, cęlũ & terram misceamus, nihil timẽtes deũ,
qui, si quid etiã iure diuino haberemus, hac tñ superbia & cõ-
tentione offensus, merito cassaret oĩa. Si Dauid timuit præ-
ceptũ dei in se mutatũ, qui tot signis, tot mandatis dei, tot vn-
ctionibus ꝓphetarũ rex creatus est, tam solida ꝓmissiõe Chrm
futurũ accepit, Obsecro quod pręceptũ? quę ꝓmissio q̃tũli-
bet dei, nobis esse põt occasio superbię, belli, cõtentiõis & simi-
liũ tragediarũ? Metuendũ pfecto, q̄ ibi Eccl'ia q̄ minie sit vbi
maxime ꝓ Eccl'ia tumultuatur, qñquidẽ videm⁹ deũ esse im-
patientissimũ abusionis suorũ ꝓmissorũ, ac terribilẽ in cõsilijs
& mandatis super filios hominũ. Sed hęc satis. Nõ hæc dico, q̄
velim vlli suũ ius ac debitũ aufferri vel impugnari, sed qđ do-
cẽdi sumus per hęc scripturę verba & exempla, vt is qui aliqđ
obtinet ac possidet, q̃tũlibet iusto titulo, cũ timore possideat,
& nõ vi, sed orone & patientia illud defendat, paratus cędere,
si deo placuerit, Nec eñ satis põt scriptura explicari, si nõ p̃sen
tis sęculi exemplis aptetur & mõstretur. Sic eñ Gręca & latina
Ecclesia in contentione de principatu vtraq; peccasse videtur,
q̄ neutra alteri cesserit, cũ in timore dei vtraq; cędere debuisset,
nec ideo amisisset vtra principatũ huiusmõi, sed longe fœlici⁹
fuisset seruatus, si nõ pugnantibus pontificibus, sed orantibus,
hoc est, non volentibus hominibus, sed miserente deo fuisset
seruatus, sicut hic Dauid orat quidem, & tamẽ simul sese offert
velut petens cum Christo transferri calicem a se, & tamen vo-
luntati dei obedienter cedens. Sic in lege Mosi scriptum est,
Quod iustũ est, iuste exequaris, Ita fit, vt etiã habens iustissimã
causam, coram deo sit reprehensibilis, si nõ in timore dei eam
tuetur, Non respicit deus superbos & contentiosos q̃tumlibet

iustos. Sic legimus in Iob contigisse, pro cuius causa deus ipse sententiam tulit, & tamē eū ipm reprehendit. Talis timor & humilitas, & hodie nobis necessaria est, qui certamus de Theologię synceritate & Ecclesię potestate possumus vtrinq; deo rephensibiles esse, etiā in iustissima causa, nisi magis oratione misericordiam dei, q̄ nostrę causę fiducia victoriam quęramus, orandū vt veritas triumphet, q̄ si non per nos id fieri placitū est, fiat per quēcūq; placuerit. Nemo speret sese fœliciter mandatis dei vllis seruire, aut ea tutari, si primū omniū mandatum (quod est cultus dei in timore & humilitate) p̄uaricetur, nam hoc mandato oīa alia regulantur, sine quo iam mandata nō sunt, Nihil ergo placet qđ nō in timore & humilitate geritur. At vbi hęc facies hodie in Eccl'ia? Quid est Eccl'ia hodie, nisi quędam schismatū confusio? vbi non nisi pro iustis causis & diuino iure sine vllo timore dei tumultuamur, & dū oīa mādata implemus, Caput, vitam, regulam mādatorū pessundamus, Cęcitas, cęcitas, cęcitas.

Vera Eccl'ia ubi?

Surge dn̄e in ira tua, & exaltare in finib⁹ inimicorum meorum, & exurge dn̄e deus meus in præcepto quod mandasti.

Hęc in heb. vno versu dicuntur. Est aūt versus obscurissimus, nec hodie cognitum, quid aut de quo loquatur, Hiero: sic trāstulit. Surge dn̄e in furore tuo, & eleuare indignās super hostes meos, consurge ad me in iudicio quod mandasti, verū indignans super hostes, non ita in heb. habetur. Temerabo & ego, versum ad verbū sic trāsferēs. Surge dn̄e in ira tua, & leua in iracundijs tribulatorum meorū, & suscita ad me a iudicio, mandasti, vbi vocabulū quod nostra dicit, in finibus, hebreis affine & ęquiuocum ferme est, cum irascendi verbo, quare ab irascendo magis q̄ a finibus, Hierony: secutus deduxi. Solœcismus aūt iste, a iudicio, mandasti, quē nostri per p̄nomen, quod, sustulerunt, etiam in alijs locis inuenitur, vt ps. l. Exultabunt ossa, humiliasti, vbi nos ossa humiliata dicimus, ac si hic, a iudicio demādato, diceres. Ego p̄ meo sensu adderē nō qđ, sed quia, vt q̄a tu humiliasti, q̄a tu mādasti. Exaltare aūt seu eleuare seu leua, ęque est ęquiuocum ad leuandum & ad vastādū, qđ & ī statu absoluto hic ponit̄ potēs significare, vt

117

dominus vastationē mittat in iras inimicorū, hoc mō eleuare in iras inimicorū.i.fac vastitatem & destructionē irarū, quibus fremunt in me tribulatores mei, scz Absalom cū suis. Ad idē redit, quod leua seu eleuare seu exaltare dicitur, vult eū dicere, leua.i.fac vt leues & mittas super eos manū tuam in furias eorꝝ, omnino eodē sensu, quo ps̄.cxxxvij: dicit. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me, & super iram inimicorum meorū extendes manū tuam.

Et suscita ad me, vbi pro, ad me, nos habemus, dn̄e deus meus, quia sine pūctis potest legi, vel deus meus, vel ad me. Et suscita ꝑtinet ad eū qui excitat̄ & expergiscitur velut a somno, sicut & alibi dicit. Exurge, quare obdormis dn̄e.

A iudicio seu vt nr̄a habet, in ꝓcepto, mihi intelligendū videtur de officio, a quo iudices & rectores nomen habent, de q̄ ps̄ primo dictū est, Non surgent impij in iudicio. Et ps̄. cxxi. Illic sederunt sedes in iudicio, Et sit a iudicio idem quod ꝓpter iudiciū seu causa iudicij, sicut ps̄. lxvij. A templo tuo, quod ē in Hierusalem, tibi offerent reges munera (.i. propter templū) Quo modo & ps̄. iiij. A tempore frumenti & vini sui multiplicati sunt, Qui vsus huius lr̄e, Mem, seu ꝓpositiōis, a vel ab, coniunctioni rationali apparet equiualere ad sensum illius ps̄ lxxx. Quia præceptum in Israel est, & iudicium deo Iacob. Sic & hic, a iudicio.i. quia iudiciū est, quod mandasti. Sic Iosaphat.ij. Paralip.xix. Pręcipiens iudicibus, videte (ait) q̄d faciatis, non em̄ hominis exercetis iudiciū, sed domini. Et infra, vt iudiciū & causam dn̄i iudicarent habitatoribus eius. Ita ꝓpter iudiciū ad se exurgere petit, vt non ꝑualeant impij, qui magis tyrannidem suam, q̄ iudiciū dn̄i agūt in populo. Facile autem est hoc sensu accepto, per pręceptū idem qđ per iudiciū intelligere, quia ī iudicio pręceptū dei exequūtur iudices, qđ tyrāni potius subuertunt, vt dictū est.

Esto ergo sensus, hac grāmatica adiutrice, Surge dn̄e & irā tuam ostende, ne diutius ista patiarias, occurre furori persecutorū meorū, & manū tuam super ferociam eorū extēde, vt impetū eorū ī me extinguas. Expergiscere tandē & recordare mei, & id peto, non ꝓpter me, sed propter iudiciū, ne om̄ia temere versentur & confundantur, dum non est qui res administret, pręsertim qn̄ te ordinante & mandāte, res administrari debet, Hæc grāmaticę, nūc Theologiā consultantes, quęramus, Cur pręcetur iram dei inimicis & arroget rursus regnū, qui huc usq̧ tā promptus fuit illo carere, & inimicis benefacere.

NB

Primo

224

Primo, postq̃ in timore & humilitate se suaq; obtulit, certũ est, non malo animo hanc orationẽ fieri, Deinde data deo gloria & iustitia, secure contra eos orat, qui tyrannidẽ vi occupant. Timor em̃ dei facit, vt iuste diuinũ mandatũ exequatur, quo sibi regnũ & iudicij administrationẽ mãdata nouit. Adde quod non sua quærit, sed q̃ dei sunt, quia tu (inquit) mãdasti, vt officiũ in populo agerem iudicij, ideo non regni, sed iudicij vocabulũ maluit ponere, vt causã dei se agere, & nõ pompã, sed opus se petere ostendat, Qui enim Episcopatũ desyderat, bonũ opus desyderat.

Prouocat aũt irã dei, nõ ꝙ optet illos perdi, sed iuxta ea quę ꝑs pręcedente dicta sunt, vt iram dei sentientes, & deo eis repugnante eorũq; conatus irritos faciente resipiscant & sani fiant, quã nisi senserint, procedũt insensati sua peccata augentes, pios piorũq; studia, ipsa etiã dei mandata sine fine persequẽtes, deo obsequiũ se facere arbitrantes. Quomõ em̃ piorum Ecclesia in mũdo subsisteret, nisi tandẽ super impios iram suam manifestaret, & iudiciũ faceret inopis, & vindictam pauperũ? Itaq; vt ipse cõturbat profundũ maris, ita rursum mitigat fluctus eius, ponens mari terminũ, & dicẽs, hucusq; venies, & hic frangent in teipm tumentes fluctus tui, vt in Iob scribitur, ita qui suscitat impiorũ ferociam, rursus idem eandẽ cõpescit, quo ostẽdit iram suã, ꝙ nõ placuerit ei illorũ malitia.

Tria ergo petit. Primũ vt surgat & irã ostẽdat, subtracta voluntate, in qua illi pręsumũt. Secũdo, vt furias illorũ pręmat, & conatus pessimos subuertat. Tercio, vt ad eũ reuersus iudiciũ dei restituat, Et hoc non, quia meruerit, sed quia non solũ promiserit & fœcerit, sed & mandauerit, iam nihil quęrens, nisi vt veritas dei stabiliatur, & mandato eius satisfiat, qđ nisi esset, libens illorũ furori cęderet. Et hic iam incipit tentatiõis affect9, peracta caligine tribulationis, rursum respirare in fiducia dei misericordię, vt & nos ita facere discamus in nostris tribulationibus, Exẽplo em̃ nobis hęc & gesta & scripta sunt.

Et Synagoga populorũ circũdabit te, Et ꝓpter hanc in altũ regredere.

Hoc versu, vt cepto nostro sensu perseueremus, ostendit Dauid non pro se, sed pro populo sollicitũ esse, primũ enim petijt in iudiciũ restitui, nec sui nec populi respectu, sed solius dei intuitu, qui sic mandarat, vt primo dei ĩ hoc volũtati seruiret, Iam a charitate dei descendit in charitatem proximi, vt

hominibus eodem dei precepto seruiat. Fac (inquit) oro, vt populorum turba rursum circũdet me, mihi adhęreat, mihi subijciatur (nam optatiue loquit̃ per futurũ indicatiui) sicut gloriatur ps. cxliiij. Qui subdis populũ meũ sub me, hoc enim in eorũ redũdat salutẽ, si tibi obedierint, qui me illis dedisti regẽ, ne errent sicut oues sine pastore, ne sicut populus sine duce cuilibet latroni expositi sint. Si ego indignus sum, tu tñ dignus es, cui obediam, & illi digni ne ꝓpter me tradant̃ in direptionẽ & dispersionem, Sed rursus me in caput restituto, colligas dispersiones Israel ps. cxlvi, & mẽbra ad corpus suũ.

¶ Ita enĩ pi⁹ rector popl'orũ, q̃tũ ad se pertinet, libẽs oĩa amittet, tm̃ obsequiũ deo & hõib⁹ debitũ optabit ĩplere, & sua mala metuet in populi periculũ & perditionem redũdare, huius exempli finge vel, S, Athanasiũ vel Hilariũ aut similes tempore Arrianę factionis in exiliũ eiectos de sedibus suis, nam nostro sęculo, non video vnde possit peti exemplum, quando nulli cõmittere audent, quo digni fiãt eiectione. Hij ergo Sancti patres vt ab ambitiõis nequicia fuerũt alienissimi, ita (vt ip̃e Hilarius confitetur) debito impositi sacerdocij, optabant Arrianis deiectis in sua sede ministrare deo, & populo per verbi ministeriũ ꝓdesse, sua vero absentia, populis sibi creditis, misere & anxie metuebãt a lupis hęreticis, & ꝟbo dei vim fieri amare ferebant. In horũ persona si hos versus ores, & exẽplũ Dauid videbis, & apte ad affectũ verba quadrare experieris. Esset idẽ exemplũ, si quis Episcopus vel prelatus pro veritate & pietate officij sui excõmunicaretur vel deijceretur, & populus ab ip̃o alienaretur, pestiferis suasionibus, detractionibus, mendacijs seductus, Nam vt alio malo non periclitetur populus, certe calumnia & detractione prelati sui boni viri ad mendacium & odiũ veritatis animaretur, Qualibus totũ Israelem subuersum & sui causa perditũ tantis ęstibus Dauid ingemiscit, vt iram dei in illorũ furorem inuocet, necessaria certe ꝓ populo seruando oratione, Melius enĩ est etiã perdi illos impios, q̃ȝ populũ in impias opiniones induci, cũ Apl'us etiã anathema esse velit, q Galathas a veritate deturbassent.

Mire aũt tpauit verbum ne diceret, circũdabit me, sed circũdabit te, hoc est, congregabitur tibi, vbi non modo id indicat qđ supra diximus, Iudicium non hominis, sed dei esse, quod pręcipiente deo geritur, ideo non hominib⁹, sed deo congregantur, qui administranti homini in opere dei congregantur, verum & illum tropum refert, vbi dñs in scripturis sępius scri-

bitur esse in medio populi sui, sicut ps. xlv. Deus in medio ei⁹, nō cōmouebit. Et ij. Cor. vi. ex Leui. xxvi. Et inambulabo inter vos, & ero vobis in deū, & vos eritis mihi in populum. Aptissime sane sic loquitur pro hoc negocio, Nam Absalom & qui imitantur eū, non id quęrūt, vt charitate seruiāt, sed vt potestate dominent, non vt populū ad deū, sed ad seipsos cōgregent, Ipsi volunt esse Idola quę circūdentur a populis, nō em̄ dei gloriam & populi salutem, sicut decet fideles mediatores, quęrūt, sed suā tyrānidem, Quare hoc verbo percutit oīm illorū arrogantiā & ambitionē, qui populo, tantū vt suo cōmodo principent, pręsunt, id ne fiat, tā pie & ardēter orat vir dei electus, qđ malū certe in Eccľia hodie supra modū grassat, irascēte deo, dū censuras hoīm lōge supra minas dei timem⁹, & pręe personarū respectu, deū penitus nō videmus.

Ita & illud ꝓpter hāc in altū regredere, seu vt heb. habet, reuertere, Nō dicit, repone me in altū, sed tu reuertere ī altitudinē, nō inqt ꝓpter me, sed ꝓpter synagogā populoꝝ, hui⁹ em̄ me miseret, huius casum & seductionē indigne fero. ꝓ hac oro, nō ꝓ me, Vide ergo, sicut supra in amore dei, ꝓ iudicio qđ deus mandauit p̄catur, ita hic in amore fratrū p̄catur. ꝓ eorū salute vtrinq; pie sollicitus, ne deo nō satisfiat, & ne homines pereant sui causa, vt stet officiū dei qđ populos regat, & obediētia populi q̄ obtēperet, neq̄ sit, aut populus sine deo, aut deus sine populo. O vocē pontificibus, pastoribus, rectorib⁹, magnatib⁹ cōmendandā, memori mēte tenendā, & fideli studio obseruādā. Qn̄ aūt de⁹ deseruit altitudinē, vt necesse sit ei ad eā reuerti? Quoties videlicet, ambitiosus in loco dei sedet, nam hic dū populū dei sibi subijcit magis q̄ deo, certe q̄tū in ipso ē, extollitur (iuxta Paulū) supra oē qđ colitur, aut qđ dr̄ deus. Atq; hic est Antichristus, q̄ si in Eccľia cōtingat oēs pōtifices esse ambitiosos & ī populū dn̄ari, sibiq; populū subijcere, nō Chr̄o, qs dubitet tū Antichristū regnare? Reuertit aūt deus in altitudinē, dū deiectis ambitiosis Absalomis, rursum cōstituit iudices, sicut antiquitus, qui populū deo cōgregent, dei p̄cepta doceant, traditionibus hominū postremo loco habitis.

Nec miret q̄spiā, id esse deū in altitudinē reuerti, qđ ē suū iudiciū, suā ptātem, suū officiū, suū ministeriū resuscitari, qn̄ in spū ꝓphetā loq scim⁹, ideo de spūali exaltatōe dei intelligēdū, qui exaltat, dū nos ei subijcimur, verbū eius audimus, opa eius videmus, & hæc omnia ministerio hominum. Quare hic ps est oratio longe omnium affectuosissima pro pontificibus,

Reverter in alti tudinem ô Rg

109

bonis rectoribus impetrandis, quā vtinam hodie pro Ecclesia Christi dignis verborū affectibus singuli oraremus, neq; em̄ vnq̄ fuit tanta hæc orandi necessitas. Quid em̄ hodie in Eccl'ia videmus, quod his verbis respondeat? vbi sunt qui populū ad Christū eo studio promouent, quo ad seipsos? Quis tāta cura satagit, vt magis deū timeant Christiani q̄ potestatē pontificū? In peccatis deū offendentibus secure etiam ridemus, in offensis pontificū, nihil non furiarum intentamus, Deinde ad nostras pompas, ad nostras cerimonias, ad nostras potentias, ad nostras leges cogimus, Sed ad verbū Christi, ad charitatem spiritus, tm̄ abest vt cogregemus, vt summo studio etiā laboremus, ne populus Christū & veritatem intelligat, neue aliqn̄ concordes sint fideles Christi, p̄sertim principes & reges, donec id ausi sim⁹ docere, Esse scādalosū si vulgo syncera pietas Chri̅ tradatur, scz ꝙ non sit (nostro sensu) res parui periculi, si populus syncerę Euangeliū pernoscat, si verbū dei verbis hoīm p̄ferat, si rectę pietatis opera puerilib⁹ operū speciebus p̄eligat, Nimirū, ꝙ hic fames & penuria nobis sint occursurę, aut certe pompa quam ex mundo rapuimus, ruitura. Breuiter tp̄a illa periculosa hodie agūtur, in quibus non deum, sed hominem adorare cogimur.

Dn̄s iudicat populos, iudica me dn̄e scd'm iustiaciā meā, & scd'm innocentiā meā super me.

Hic plane seip̄m reddita ratiōe, exponit, quid voluerit intelligi per regressū dei in altitudinē, p iudiciū diuinitus p̄ceptū, p congregationē populorū circūdantiū deū. Cur (inqt) nō ita loquar? Nō nos sumus, qui regimus, qui iudicamus, qui loquimur, dn̄s iudicat populos, ipsi⁹ solius ē iudiciū in popl'is, ipse loquit̄, ip̄e iudicat, ip̄e facit in nobis om̄ia. Non dominabor (ait Gedeon Iud. viij.) vestri nec dominabit̄ in vos filius meus, sed dn̄abit̄ vobis dn̄s. Ecce vir sanctus nō ad se admisit congregari populū, etiā postulatus, sed ad dn̄m eos reduxit. Contra i. Reg. viij. dixit dn̄s ad Samuelem, Nō te, sed me abiecerūt, ne regnem super eos, Non ꝙ malū esset regē petere vel habere (nam postea ipemet dedit eis reges) sed qd' affectu ceco magis in regem hiabant q̄ in deū, qui non id quęrebant, vt per regem ad deū raperent̄, idonei scz, q̄s Tyrannus ediuerso sibi, nō deo subijceret, sicut & in Saule eis contigit, quē petebāt. Ex quibus om̄ibus patet, ꝙ sit manifestus furor dei, qn̄ ip̄emet nō iudicat, seu non regit, sed sinit Absalomos ambitiosos iudicij

228

locum tenere, vt digni non simus verbũ dei audire, nec opera eius videre, sicut prędixit Luce. xvij. Venient dies qñ desyderabitis videre vnũ diem filij hominis & non videbitis.

In heb. futurũ est. Iudicabit populos, Quod vel optatiue per modũ pręcationis intelligi põt in hũc modũ. Obsecro, vt tu sis iudex populorũ, ne sinas homines iudicare, & populum tuũ seduci hominũ verbis & operibus, Vel assertiue per modũ spei suam p̃cationem exauditã fidentis, qđ mihi placet in hũc modũ, cõfido & certus sum me exauditũ, vt rursus tuũ verbũ, tuũ opus, tuũ iudiciũ, populũ congreget, quem impij illi suis verbis & operib⁹ disperserũt & tibi subtraxerũt, occasiõe mei.

Ideo postq̃ causam dei & populoru egit, nouissime agit & suam, orans, vt innocentia sua manifestetur, siquidẽ nec dei nec populorum causa resarciri potuisset, nisi deiectis impijs innocẽtia sua defensa fuisset, ita necessitas glorię dei & salutis populi cogit, vt & suam causam iustificari petat, q̃diu em̃ ipe dãnatur inique, tamdiu necesse est, nec dei iudicium, nec populi obedientiã vera esse, cũ inique damnatũ non audiant, audiãt aũt iniquos illius dãnatores & persecutores.

Ita videmus non satis esse siquis ob iustam causam, aut ꝓ veritate patiatur, rem deo cõmittere & paratũ esse cędere, & in puluerẽ cũ gloria sua redigi, Sed sollicite oportet orare, vt de⁹ iudicet & iustificet causam veritatis, nõ ꝓ suo ipius cõmodo, sed pro ministerio dei & populi salute, quorũ salus sine ꝑiculo nõ est, nec sine tua culpa, si stulta humilitate pro veritate & iustitia tua seruanda aut resuscitanda, nõ ores sollicitissime, Nam nõ tm̃ curare debes q̃ humilis & abiectus tu esse possis, q̃tum ne populus veritate & iustitia simul alienetur, & mendacijs ac iniquitate illaqueetur, ferenda sunt mala & iniqua, Sed sic, vt charitatẽ in alios non amittas, q̃ sollicita sit, nõ qũo tu surgas, sed qũo illi non scandalisentur, & pereant, ꝓpter fratres meos (inquit) & proximos meos loquebar pacem de te. Sic Paulus gratias agit deo, ꝙ vincula sua non modo non fecerint Euangelio impedimentũ, sed etiã ꝓmouerint.

Dicit ergo, cũ tu sis iudicaturus populos & ad te solum id ꝑtineat, & ita populus te rursum circũdabit & tu rursus in medio eius eris, sicut oraui, iam vt idipm eo fœlicius ꝓcedat. Iudica & me scđm iustitiã meam, & secundũ innocentiã meam ostensurus, ꝙ verba maledica huius Aethiopis Iemini falsa & mendacia sunt, ne iudicio huic tuo & populoꝝ saluti, quid obstet false criminata iustitia mea.

Diximus aũt ps. iiij. Aliud in sacris literis esse iustitiã meam & iustitiã dei, q illa sit causa cuiusq ppria iusta, qua corã hominibus, & in cõscientia sua sit irreprehẽsibilis, licet coram dei iudicio nõ sufficiat. Hęc vero, sit gratia & misericordia dei iustificans nos etiã corã deo, Ideo vigilanter addit, Mea, vt separet eam ab illa, de qua in fine dicit. Cõfitebor dño scdm iustitiam eius, Distribuit forsitan iustitiã suã & innocẽtiã suam ad duo illa superiora, Si fœci istud, Si est iniquitas in manibus, quę illi Semei obiecerat, vt iustitia sua sit, non esse reũ sanguinis Saul, quin potius non reddidisse retribuentibus mala, nec dimisisse vacuos hostes. Innocẽtia seu integritas, seu simplicitas (hęc em hebreũ sonat) sit, nõ inuasisse regnũ Saulis autoritate ppria.

Quid aũt illud super me? Hiero: transfert, q est in me, At cui⁹ iustitia nõ est in ipo? An forte hoc addit maioris discriminis gratia, q iustitia dei q iustificamur coram deo, nõ est i nobis, sed in deo & extra nos? vt scz nulli relinqueret ansam inflandi suspsius de iustitia ppria corã deo, & si pter aliorũ salutem innocentia debet corã hominibus iustificanda quęri, vt dictũ est.

Consumetur nequitia peccatorũ & diriges iustũ, Scrutans corda & renes deus iustus.

Iterũ interpres variat more suo, Nam qd ps. v. Malignum trãstulit, dicens. Neq habitabit iuxta te malignus, hic transfert nequã seu nequitiã. Et qd ps primo. Impiorũ, hic peccatorum reddidit. Quid aũt sit Impius impietas, Malignus malignitas, abũde ps. i. & v. dictũ est, pręter hæc, latin⁹ interpres, Iustũ in fine versus abstulit, & sequenti adiecit cõtra Hębreũ & Græcũ, nec sine improprietate. d. Iustũ adiutoriũ meũ a dño, quasi a domino adiutoriũ aliud iniustũ iustus habere possit.

Hębreus ita & Hiero. Cõsumetur malũ impiorũ, & confirmetur iustus, probator cordiũ & renũ deus iust⁹, Docet aũt hoc exemplo & nos magis oratione apud deũ contra impiorũ malignitatem, pro iustorũ innocentia agere, q propriis viribus & tumultu. Alia em q impii ratione nos pugnamus, illi viribus ac tumultu, nos oratione verbo & patientia. Consũmetur (inquit) qd sonat, finiatur, deficiat, cesset, vt ps. ciij. Deficiant peccatores a terra & iniqui, ita vt nõ sint, cui per antithesin contrariũ præcatur, vt confirmetur iustus. i. prosperetur, dirigatur & stabiliatur, eo magis quo impii consumuntur,

Nec absurdum esset, si, iustū, in neutro genere cōtra nequitiam impiorū, in abstracto, ꝓ iustitia vel re iusta, seu causa iusti acciperetur, quo modo Ro: viij. Apl'us dicit, pro iusto vix quis audeat mori, verū hæc parui sunt momenti.

Intelligendus aūt est Dauid, & hunc versum nobis in exm̄ sic orasse ꝓ instituendo recto affectu. Nō em̄ vindictę studio, sed zelo charitatis dei & hominū, quo & precedentes orauit. Qui em vindictę cupidi sunt, non nouissimo loco, sed prio petūt aduersariorū casum. Hic aūt primo loco sollicitus fuit ꝓ deo, deinde pro populo, & sic ordine venit ad suā causam, ac nouissimo ad aduersarios, quos ideo finiri optat, vt dei ministeriū, & populi salus non periclitentur (vt diximꝰ) Quod periculū tolli non possit, nisi impiorū malignitas finiatur, & causa innocentię iusti iudicata firmetur, idq; iudicante & vindicante deo. Quare sicut malū impiorū fuit tpe Dauidicę tribulationis, tyrānis Absalom & suorū, iustitiam opprimētiū, Ita in Ecclesia cuilibet iniquę oppresso, malū est sui Absalomi vis & tyrannis quā patitur.

Renes & corda nondū habuimus, frequenter in scripturis memorata, & hic semel tractanda. In Leuitico. ca. iij. de hostijs pacificis erudiens sacerdotes, fere totū de renibus seu renunculis, reticulis vitalium & adipe & pinguedine intestinorū sacrificium absoluit. Ex quo loco verisimile est, desumptam tot locis, renū memoriam, proinde ad naturam eundū, Dicūt physici, renes duos lumbis adhęrere, & hos esse libidinis & voluptatis organa, sicut cor pauoris & fiducię, splen risus & lętitiæ, Iecur seu epar, amoris & odij, Vnde & ren a ρέω gręco volūt dici, qđ fluo significat, qđ e renibꝰ obscœnꝰ libidinis hūor fluat, Ita & lumbi in ꝗbus regnāt renes, sustinēt libidinis infamiā per scripturas, vt ibi, sint lumbi vestri ꝑcincti. Et erat (heb. vij) Leui i lumbis Abrahę patris sui. Et de femore Iacob Gen̄. xlvi. sexaginta animę egressę sunt, perspicuū ergo est, per renes intelligi delectationes seu voluptates, quas oporteat offerri deo, ꝑ mortificationem crucis. Easdē vel lętitias, earū sotias, significant & reticulum iecoris, & omnis adeps, ꝙ omnis lætitia, oīs amor cū voluptatibus offerenda sint deo, nec in vllo lętandū delectandumq;, nisi in deo qui & solus amandus est, Sic Leui. tercio dicit. Omnis adeps domini erit iure perpetuo, quod Paulus Mosi velamen tollens, sic dicit primo Tessa. vltimo. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Sed & Dauid eodem spiritu MOSEN intelligens, adipem ostendit

Renes et corda scriptur.

Lumbi ꝑcincti

significare lętitiam. ps. lxiij. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea & labiis exultationis laudabit os meũ. Igitur, iecur, renes, adipem, pinguedinẽ, reticulũ offert deo, qui, amore, libidine, delectatione, voluptate, lætitia, terrenis & corpalibus mortificatis, deũ amat, deo fruitur, in deo delectatur, lętatur, & in iis quę dei sunt, qđ sacerdotibus lex præcepit, idest oĩbus Christianis, qui sunt gen⁹ sacerdotale & regale sacerdotiũ, gens sancta, populus acquisitionis.

His cõsentit nũc. B, Augustin⁹, qui vbiq; p renes intelligit delectationes, recte (inquit) tpaliũ & terrenarũ rerũ delectatio renibus tribuit, quia & ipsa pars est inferior hominis, & ea regio est, vbi carnalis gñationis voluptas habitat per quã in hãc erumnosam & fallacis lętitię vitam, per successionẽ prolis, natura humana transfunditur.

Cor vero, quia domiciliũ est sensus, significat consilia, studia, mentem, iudiciũ, opinionẽ, affectũ, cogitationes, ęstimationes & his similia, ideo prius cor q̃ renes, qđ voluptas & q̃ritur p opiniões & sequit, & quisq; his delectat quæ sibi bona iudicauerit, si obtinuerit. Hinc sapientia carnis inimica deo ab Aplo Ro: viij. dicit, quod quęrat voluptates cõtrarias, & his afficiatur, his rapiatur, q̃ phibuit deus. Sensus ergo est, q omniũ cogitationes & delectatiões, oĩm desyderia & voluptates, deus solus scrutatur, nouit, examinat & pbat, quia ipse est spirituũ ponderator, puer, xvi. Hęc grãmaticę. Cur autem hęc voluit hoc loco dicere? aut qua coherentia conueniũt cũ pręcedentib⁹? Dixerat, deficiat malignitas impiorũ, & pcedat causa iusti, verũ quia alia sunt hominũ iudicia, & alia dei, imo contraria, Coram hominibus, qui vident ea q̃ patent, Dauid autoritate Absalom & Semei, vir sanguinũ & reus malorũ iudicabatur, Toto corde (inqt ij. Reg. xv.) Vniuersus Israel sequitur Absalom, Ita Absalom fulgebat, & iust⁹, rectus, bonus erat, in oĩm oculis. Dauid sordebat & impius, malus & noxius erat. Itaq; cũ sit potentissima tẽtatio derelinqui ab vniuersis ad aduersariũ cõgregatis, necessitate prouocat ad dei iudicium, qui iudicat scđm cor, Et hoc consilio sese solatur & cõfirmat spem suam, rectã & bonam de deo opinionem capiẽs, quasi dicat. Et si oẽs me deserant, ad Absalom aũt oẽs confugiant, ille confirmatur, ego consũmor & deficio. Tu tamẽ dñe cũ sis deus iustus, aliter q̃ homines iudicans, scđm cor & renes probans nos oẽs, nosti q̃ inique illi agant, cor & renes vides, qd cogitent, quid quęrent, quo gaudeant intelligis, Rursus qd ego cogitarim

cogitarim & voluerim, non ignoras, licet illi adsit, mihi desit, species longe contraria cordibus & renib⁹, ideo oro, fac vt cōsumetur illorū malū & mea prosperetur iustitia, Nā in hebręo iste versus manifeste est depcatorius, cū addat dictio, Na, quae trāsfertur per aduerbiū, o, vel obsecro, vt, consūmetur obsecro nequitia, sicut ps. cxvij. Obsecro dn̄e saluū fac &c̄.

Erudimur ergo hoc v̄su, q̄tūlibet vel multi vel om̄s a nobis defecerint ad aduersariū, ne deficiam⁹ in causa ueritatis. Nō em̄ hodie nouū, totam multitudinē cū vniuersis magnatibus errare & iniquā causam tueri, & si durū ac difficile sit, hanc solitudinem ferre, cū hoc argumento, stulti suā causam vnice glorientur inuictam esse, verū deus viuit, cui⁹ iudiciū appellandū est & fortiter tenendum, q̄ cor & renes ille probat, quia iustus deus, Quare nomē, iustus, om̄ino ad hūc versum pertinet, cū in eo sita sit vis tota sententię, & per antithesin subnotet homines esse iudices iniustos.

Sequitur ex his corda & renes dupliciter accipi, vel vt sunt non mortificata, nec deo oblata, vel contra, per gratiā rectificata & purgata. quia statim subdit de rectis corde ostēdens, quę corda deus ꝓbans & scrutans acceptet. d.

Adiutoriū meū a dn̄o, qui saluos facit rectos corde.

Hebręus ita per Hiero: Clypeus meus in deo, significat em̄ protectionē ac defensionem, Et sunt verba sese exhortantis ad spem in deū aduersus contrariā multitudinē in hominibus ꝓtectoribus fidentem, p̄sertim aduersus verba Semei, vbi dixit, Ecce pręmūt te mala tua, & dedit dn̄s regnū in manu Absalom filij, Sit (inquit) ita, fidite vos in homine, qui scd'm faciē iudicat. Ego protegi me, confido a deo, qui secūdum cor iudicat. Quare epitasis in pronomine, Meū, & Dn̄o, eleuāda est cōtra pronomē, vestrū, & ablatiuū homine. Adiutoriū vestrū in homine, meū in dn̄o, Sic em̄ & nobis faciendū est hoc exēplo in casu simili. Altera quoq; Epitasis, similiter eleuanda est in pronomīe, Qui, & accusatiuo Rectos, hoc modo. Homo saluos facit prauos corde, Deus aūt rectos corde, necessaria enim sunt haec verba passis, vt talem de deo opinionem constantem sibi in corde erigant & seruent contra om̄ia argumēta aliud vrgētia, ne deficiant a spe diuini auxilij.

Quid aūt sit rectū cor abunde diximus ps primo in consilio impiorū, Q; sit eius qui rectam opinionem de deo habet,

qui non suo sensu ducitur, hoc est qui credit & sperat in deū, sola fides em̄ rectificat, purificat, firmat cor, recta, vera, sanctaq; opiniōe dei. Et apte facit ad propositū, cū Semei maledicta sua, etiā autoritate dñi niteret̃ pbare, recte Dauid expulsū & Absalom ingressum, quo ostendat, q̄ soleant se prauicordes specioso fuco honestare, & rectos corde vituperare, presertim accedente populi plausu.

Deus iudex iustus & fortis & patiens, nūquid irascetur per singulos dies?

Aliter in hebręo habetur, Deus iudex iustus, & fortis indignans tota die. Et qđ fortis dicit̃, nomen dei est, qđ el sonat, vt rectius diceret̃, Deus iudex iustus, & deus indignator tota die. Quare, & patiēs, superadditū est, quęsitiuū, nūquid, cū vsitata distinctione versus interptis est, non textus.

Adeo aūt profecit spes Dauid in tentatione ista, vt iam nō solū nō dubitet se exauditū & liberandū, sed etiam aduersarios moneat timere iudiciū & vindictā dei, deinde denuntiet eis in caput eorū ventura quęcunq; in ipm machinati sunt, Et q̄uis hęc post tentationem cecinerit, vt possit videri, ex euētu ipso suę tribulationis doctus, tribulatis solatiū, & tribulantib⁹ iram proponere, aliosq; suo exemplo & suorū aduersariorū pericl'o docere, tamen credendū in ipa re media, talia illi fuisse meditata, quę postea hoc carmine in publicū traderet, Nec em̄ vnq; de deo desperauit, ideo cognouit fore, vt inimicis suis ista euenirent, sicut & modo & semper quilibet iustus, videns impios inique in iustitiam grassari, cū fiducia & cogitat & dicit, deum quem iustū iudicem cognoscit, hæc non passurū, sicut dicit ps ix. Patientia pauperū non peribit in finem, Atq; id nō obscure indicat, quādo in eadem historia Dauid tam sollicite mandabat, vt seruarent sibi puerū Absalom, scz sciens & metuens, ne in caput eius malum redundaret sicut & cōtigit, & hic oībus illius imitatoribus prędicit.

Audiamus ergo Concionatorē aduersarijs impijs, quę pnūtiet, pia sollicitudine cupiēs eos a periculis eruere, & vere bonū p malo reddens. Hoc scitote, Deus iudex ē, sed iust⁹, nulli⁹ respicit personā, nec multitudine mouetur, nec hominū laude fallitur, nec specie capitur, nec fauore mutat̃, nec munere corrūpitur. His em̄ homines reddūtur nō solū iniusti iudices, sed etiā iusti iudicis dei contēptores, dū placere hominib⁹ satis esse putāt, Rursum nō dānat ppter hoīes solitariū, vituperatū, ma

ledictũ, oppressum, pauperẽ & contemptũ, Breuiter, vel hoc solũ verbũ (deus iudex iustus) potens est, si digne pensetur, humiles cõsolari, & superbos terrere, qd' in Christo patiẽte multũ valuisse. Petrus. i. Pe. ij. testatur. d. Tradebat aũt iuste iudicanti, qui em̃ hoc verbũ cogitat, facile ponit vindictã, quin miseret aduersariorũ q̃q;, q̄ in dei iudiciũ incurrant.

Et fortis indignatur tota die, idest assidue, ne putetis impij ꝓpitiũ esse vobis deũ, quia eleuamini & potentes estis in iniquitate. Scitote & credite, aliter habet q̃ apparet, deus iratus est, detestatur vos, indignatur, cõminatur (hęc em̃ oĩa hebręũ ꝟbũ significare dicũt) quottidie, Hęc necessario impijs dicũtur, qui quia nõ sentiũt iram, non credũt nec timent, verba em̃ spiritus sunt annũciata de re absente & nõ apparente, per fidem apprehendẽda. Nr̃a translatio videt̃ oĩa inuertere, priorẽ ptẽ ad impios, & posteriorẽ ad pios aptans, Nã iustũ ac patientẽ deũ ĩtelligim⁹ sup malos terrẽdos, Nõ aũt irasci p singulos dies sup bonos cõsolandos, iuxta illud p̃s. ciij, Nõ imperpetuũ irascet̃, neq; inęternũ cõminabit̃. Et. xxxvi. Et non dabit inęternum fluctuationẽ iusto, sed hebręus aptius cõcordat sequẽtibus.

Nisi conuersi fueritis gladiũ suũ vibrabit, arcũ suũ tetendit, & parauit illũ.

Heb. Si nõ cõuertet, gladiũ suũ acuet, q̃ q̃ & q̃ acuit & expolit gladiũ, reddit eũ vibrantẽ, vt nõ lõge distet acuere & vibrare. Illud, Si nõ cõuertet, dubiũ est an ad deũ cõminationẽ, vel ad impiũ cõuertendũ ptineat, licet Hiero: referat ad cõuertendũ dicens. Nõ cõuertenti gladiũ suũ acuet, forte absolutum verbũ ẽ, vt sit, Si nõ cõuertet, idest si nõ erit cõuersio, verũ siue dicas, Nisi cõuersi fueritis, siue, nõ cõuertenti, siue, Si nõ erit cõuersio, nihil perit sententię quã potius videamus.

Propheta ex crassa & hũana similitudine desumit ꝑterrore incutiendo doctrinã, qa cõtra insensatos & induratos loquit̃, qui iudicij diuini seueritatẽ (de q̃ p̃dixerat) nõ capiũt, nisi humanę seueritatis vsu indicatã, Ideo nõ virgã, nõ baculũ, non deniq; vllã adducit inter homines disciplinę seueritatẽ, nisi eã q̃ mortẽ infert, gladiũ scz & arcũ, vt ĩculcet ęterni iudicij, ęternę mortis, ęternę seueritatis sententiã. Quid em̃ gladius dei ẽ, nisi verbũ iudicij ęterni? de q̃ heb. iiij. Viuus est sermo dei, & penetrantior omni gladio bicipiti, quo dicet. Ite maledicti in ignẽ ęternum. Gladij enim vocabulum scindendi & interficiendi

opus cōſignificat, p̄ſertim cũ ad id acui & vibrari dicatur.

Ad eoſdem inſenſatos pertinet, ꝙ non cōtentus gladij intētatione, addit & arcũ, nec arcu cōtentus, ſagittas etiam deſcribit, adeo dura eſt ceruix & frons impietatis, vt tot cōminationibꝰ opus ei ſit, nec ſic tamen molleſcat. Idem aũt eſt. Arcus qđ gladius, verbũ ſcz iudicij, per aliud & aliud repetitũ & ſignificatũ. Q̄ꝫ dicit, parauit illũ, idem eſt verbũ qđ ſupra, Dirige iuſtum vt arcũ paratũ intelligas, tenſum & directũ ad iamiam feriendos impios, ſicut gladiũ vibratũ ad ſcindendos.

Pulchre aũt his verbis iram dei proximã ſuper impios deſcribit, qđ tamen non intelligũt, donec ſenſerint. Quid enim profuiſſet Abſalom & Achitophel, ſi multa milia annorũ in ſua malicia p̄ualuiſſent, & tandem ſubito gladio irę dei in ęternam mortem abſciſſi fuiſſent? Nihilominus repentina & ꝓxima eis fuiſſe ira videretur. Ita Eccleſiaſt. v. Ne dixeris peccaui, & quid accidit mihi triſte? Miſericordia em̄ & ira ab illo cito approximant, & in peccatores reſpicit ira eius. Ne tardes conuerti ad dñm, & ne differas de die in diem, ſubito em̄ veniet ira illiꝰ, & in die vindictę diſperdet te. Et p̄s. xxxiij. Vultus aũt dñi ſuꝑ facientes mala vt perdat de terra memoriã eorũ.

Et in eo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardētibus effecit.

Perſtat ĩ ſimilitudine, ſed apte ſimul ęternũ cruciatũ exprimit. q̄ ē mori & ardere. Vas, hebraiſmo, ſignificat oē ĩſtrumētũ gñali vocabulo, oĩm rerũ, vt p̄s. lxx. Confitebor tibi in vaſis pſalmi (.i. inſtrumentis muſicis). Et Ezech. ix. Et vnuſquiſqꝫ vas interfectiōis habet in manu ſua, ideſt inſtrumentũ mortis, ſeu ad
Vas. interficiendũ. Sic Act. ix. Paulus Apl'us, vas electionis dr̄, qđ ab ignaris hebręi idiomatis, non intelligitur idem eſſe, qđ latine inſtrumentũ electum, qđ ſcz eo voluerit Chriſtus vti, ad gentes conuertendas p̄ ceteris Apl'is, illi vero ꝙ ſolũ receperit in ſe gratiã electiōis intelligũt, cũ data opera addiderit Chr̄us, ideo vas electionis eũ fore, vt portaret nomen ſuũ corã gentibus & filijs Iſrael & multa pateretur, ꝓpter verbũ Chriſti. Ita hic vaſa mortis, tela, iaculaqꝫ mortifera, idiotiſmo eodē dicit, ne inſenſati vilem hanc cōminationē haberent, ſi vaſa ſimpliciter, aut ludi aut venationis diceret, ſed vt terrore mortis tp̄alis ęternę mortis terrorem concipiant.

Sagittas ſuas ardentibus effecit, per auxeſin adiecit & vaſa mortis vel exponit vel repetit, ne iterũ leuiter ſagittas duceret,

pessimas & mortiferas intẽtat, pulchre seruans grande dicendi genus, quod augustis & potentibus verbis constat. Hiero: sic reddit. Sagittas suas ad cõburendũ operatus est, nr̃a trãslatio obscure ac pene barbare loquitur. Quid em̃ est ardentibus sagittas efficere? an vt ardentes ipsi iaciant sagittas? Occasio fuit qđ plurali numero hebręus dicit Ledolkim, qđ Hiero: ad cõburendũ transtulit, poterat sic dici. Et in eo parauit vasa ad interficiendũ, sagittas suas operatus est ad succẽdendũ, seu vt sint succendentes, Nam hebręũ nõ põt ad verbũ reddi sic, sagittas suas ad esse succendẽtes operatus est, nec satis erat dicere, sagittas suas ignitas fœcit, licet de his loqueretur, Quia verbũ effecit seu operatus est, de quo p̃s primo diximus, hoc loco paal ponit, quod non fabri vel artis, sed agentis & vsus significationẽ habet, vt significet tam vasa mortis iam parata, q̃ ignitas sagittas iam effectas, deũ vero illis sic vti & agere, vt occidant & succendant, quo pręsentissimã iram & seueritatẽ ante oculos ponat, Iam em̃ agit vt moriantur & ardeant impĳ, licet nõdum moriantur & ardeant.

Preterea dictio succendẽtes, etiã persecutionẽ & vastationẽ significat p̃s ix. Dum superbit impius incenditur pauper, idest patitur persecutionem. Sũma est hæc, his nominibus mortis & ardoris, sine dubio ęternam mortem & infernũ p̃dicit, de q̃bus p̃s sexto dictũ est sub verbis irę & furoris, Itẽ argui & corripi, item erubescere & conturbari, de his sagittis & Iob q̃ritur, & alias in Psalterio videbimus.

Obseruandũ q hucusq; nõ habuimus tantã ĩ vllo psalmo aduersos impios cõminationẽ & indignationẽ, nec tanto verborũ textu in eos inuectus est sp̃us, Nã & in sequentibus eorũ studia q̃q; recenset, & non irrita modo, sed etiam in caput eorũ reuersura ostendit, vt appareat omibus qui vim calũniarũ patiuntur in consolationẽ sui, q̃to odio sint p̃ cęteris Calũniatores deo, nam in calumniam (vt dixi) proprię hic psalmus editus est.

NB

Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem & peperit iniquitatem.

Describit eorũ studia maligna, nullis nisi suis autoribus tandem perniciosa, quę appellat iniustitiam, dolorẽ, iniquitatem. Hiero. sic. Ecce parturit iniquitatem, & concepit dolorẽ & peperit iniquitatem. Primũ vocabulũ qđ iniquitatẽ vel iniustitiam iam diximus, hebraice est ip̃m Auen, a quo superius

Amal & Auen

p̃s.v.& vi. Operarios iniquitatis dici audiuim⁹, vbi ſimul dictum eſt, idem pro dolore frequentius transferri, vt p̃s.ix. Sub lingua eius labor & dolor. Item p̃s.lxxxix. Et amplius eorũ labor & dolor, vnde & hic dici potuit, Ecce parturit dolorem. Solent aũt hęc duo vocabula Amal & Auen.i.labor & dolor fere coniũgi, vt hic & iam dictis ps, vnde rectius hic diceretur, Et concepit laborem, ꝓprię em̃ ſignificat laborẽ a laborãdo, vt p̃s.cxxvi. Inuanũ laborauerũt qui ędificant eã. His in germanica noſtra reſpondemus vſitate & ſimili verborũ nũero & valore. Es iſt muhde vnd arbeyt, vt auen ꝓprie ſit muhde a fatigãdo, Amal arbeyt, a laborando, vt laborẽ & difficultatem ſignificemus eſſe in auxio cordis ſtudio & animi moleſta contentione, fatigatione, laſſitudine, tedio. Talem aũt eſſe eorum vitã, qui impie agũt, diximus, quia nõ ẽ pax impijs dicit dñs. Et requiem illã nõ habent, de qua Chriſt⁹ dicit Matt.xi. Venite ad me qui laboratis & onerati eſtis.q.d. qui in Auen & amal, yn muhe vnd arbeyt eſtis. Et inuenietis requiem animib⁹ vr̃is, adeo ſcz preſens eſt pena impiorum, vt eo ip̃o quo male agũt affligantur & inquietentur. Labor eſt (inquit) demum ipſa voluptas. Et Plynius, Adeo omnis voluptas aſſiduitate ſui faſtidiũ parit. Et Aug: li.i. Cõfeſſ. p̃clariſſime dicit. Iuſſiſti dñe, & factũ eſt ita, vt pena ſui ipſius ſit o͂is anius ĩordinat⁹. Et Sap. v. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis & ambulauimus vias difficiles, viã aũt dñi ignorauimus.

Hæc aũt pœna ſiue moleſtia ſiue labor proprię & inſigniter fatigat, quoties accidit induſtria, q̃ data opera conatur contra pietatẽ ſuã ſtabilire. Et vt Ap̃ſus Ro: x. dicit, Ignorata iuſtitia dei ſuã ſtatuere, hoc eſt, quę in peioribus & ſpiritualib⁹ nequitijs exercetur, Ideo ſuperius ad illos maxime hęc malũ ptinere diximus, qui ſuperſtitioſa religione, idololatria, inobedientia, ꝓprijs & a ſe repertis ſtudijs, operibuſq; iuſtificari ſatagũt, deſerto interim mãdato dei, vel etiã hominũ, ad qđ tenebãtur. His em̃, quia contra deũ incedũt, & deus eis rurſum contrarius eſt neceſſario occurrit multa moleſtia, vt nihil niſi laborem & dolorẽ ex vniuerſo qđ agunt, reliquum habeant, ſicut erudite Eccleſ. in multis locis vocat vanitatem & afflictionem ſpirit⁹. Cum interim ij, qui ſpiritu dei aguntur, ſinũtq; ſe dirigi, multa pace in deo fruantur, etiam ſi quid triſte patiãtur, Igitur Auen primo iniquitate, hic iniuſtitiã, infra dolorem interpretari videmus, quę ſi in vnũ conflentur, reddent nobis malitiam illã, q̃ id anxie agit, vt honeſto titulo ꝓ iuſtitia & pietate habeat.

Vera enim pietas non eget labore, vt pietas sit.

Ita hic Dauid iam spe firmatus & victor tentationis suæ calumniatorum & tribulatorum suorum vim & studia ridet, imo miseratur, coram omibus dicens. Ecce (inquit) quo loco sint calumniatores mei, videat qui volet quanta eos teneat miseria, q̄to sint me incompabiliter infœliciores, Non solū eis minatur deus assidue, nō solū eis instat gladius, arcus, vasa mortis & sagittę succensurę, sed p̄senti etiā pœna torquent, & maliciæ suæ mercedē in seipis recipiūt, dū sollicitì sunt & ęstuāt, qua nā ratione me opprimāt & sese me extincto securos faciant, plus miseris est negocij q̄uo me perdant q̄ mihi q̄ pereā, imo ego qui in dei volūtatē me obtuli, securus om̄ia expecto, illi securi & q̄eti esse nō possunt, donec pariāt, qd̄ parturiūt, & impleāt qd̄ cogitant, & tn̄ q̄a cōtra iustitiā & deū cogitant, frustra harū cogitationū doloribꝰ & laboribus vexant. Cogitāt em̄ contra deū cōsilia (p̄s xx.) q̄ stabilire nō poterūt, Tangit aūt illud qd̄ ij. Reg. xvi. & xvij. Absalom dixit. Inite consilium quid facere debeamus, vbi multis consilijs anxie res tractata fuit, q̄uo Dauid occiderēt, sed prorsus irritis om̄ibus mirabili dei consilio, nō secus atq̄ Iudęi multo labore & dolore contra Christum egerūt, vt perderent eū.

Semper (inquit) Aug: inuenimus eos maiora semp̄ supplicia sustinere, qui faciūt, q̄ qui sustinere vident, imo hoc ī p̄petrando q̄uis scelere cōtingit, Latro quot insidias metuit? quā horā? quē locū? quē hominē tuto habet? Adulē q̄t timoribꝰ discrutiatur? quot machinis vtitur, an̄q̄ semel pereat? Ita omi flagitio, p̄sertim calūnię maiora sūt supplicia, q̄ comoda, vbi nihil nō periculi, nihil nō mali cogitur suspicari miser, interim qui deo cōfidit, sicut leo impauidus & securus om̄ia cōtēnit, fretus optima cōscientia veritatis & innocentię.

Docemur itaq̄ hoc versu optimam consolationem in pressura calūnię, vt causa deo tradita, nō tristemur aut solliciti simus, nec tumultuemur, sufficit nosse dei causam nos agere, in qua sic diuidamus cum illis passiones, vt ab ipsis externe vexemur, illi autem a seipsis internę, sint illi onus nostrum, dū interim illis non modo nos, sed magis ipsimet sibi sunt multo grauius onus, vide ergo miserrimam impiorum & calumniatorum conditionem, Deus est eis onus, Nos sumus illis onus, ipsimet sibi sunt onus. Quis non horum magis misereatur, q̄ impatientius indignetur? Sane quilibet nostrū hæc impijs imminere & talia eos moliri nouit, quæ hic censentur, sed

De calumnia:

Latro-

Adulter

Studia impiorum anxia.

cum venerit hora calumnię, non om̃es in eadem ſcientia perſiſtimus, nimiũ ſolliciti fœliciter proceſſura eſſe calumniatorũ ſtudia cõtra nos, q̃ cõtra alios ſecure affirmam⁹ nihil ꝓmotura.

Videamus ergo verborũ ꝓprietatem. Ecce (inquit) velut admirans om̃s ad ſpectaculũ hoc inſigne ꝓuocat, quia longe contrarium ſenſibus apparet. Parturit dolorē, apte componit verba, Siquidem parturire & ipm̃ eſt cũ dolore niti, quaſi cũ dolore dolorem meditari eos dicat, ſumpta metaphora a mulieribus parturientibus, in quo pulchre ſtudia anxia impiorũ & calũniatorũ depingit, quę ſunt (vt dixi) multa cura & periculo ſua contra veritatem ſtabilire, vbi (vt ille ait) ſeptem alijs mendacijs eget vnũ, vt verũ appareat. Et B. Hiero: Multis eget falſitas vt veritas videatur, Et concepit dolorem, videtur inuerſa ſententia dicere debuiſſe, Ecce concepit laborem & parturit dolorem, cũ prior ſit conceptus q̃ partus, Hoc ideo mihi facere videtur, vt impiorũ & calumniatorũ ingeniũ & prudentiam nobis deliniet, qui dũ innocentiã feſtinãt opprimere, impatiẽtiſſimi ſunt morę, magiſq; in hoc intenti, vt prius expleãt animi ſui malitiam q̃ prudenter conſultent, prius incipiant q̃ deliberent, Non em̃ ratione & cõſilio, ſed impetu & temeritate feruntur, ideo factũ malunt q̃ conſultũ. Expleto aũt flagitio tũ demũ ineunt conſilia, quib⁹ recte factũ queant tueri, hic demũ concipitur labor & negociũ iniquitatis malę p̃ſumptę defendendę ſuſcipitur.

Consilium ante factum.

Sic Abſalom poſtq̃ expulerat patrem Dauid, & ſuum Auen parturijſſet, dixit. Inite conſilium quid facere debeamus. Sic Iudęi Chriſtum prius comprehenderũt, poſtea quęrebant falſa teſtimonia, quibus eũ accuſarent. Sic om̃is Calũniator ſuã Auen prius parturit & ꝓximo imponit, poſtea quærit, vt iuſtus aut ſecurus perſiſtere poſſit, de quibus prouer. xxx. Talis ē via mulieris adulterę, quę comedit & tergens os ſuũ dicit, Nõ ſum operata malũ. Hanc parturitionē doloris, & cõceptionē laboris, ſolemus germanicę ſic eloqui, Du richſt eyn vngluck an, da vuirſtu zuſchaffen haben, Et ꝓuerbialiter, Du prockiſt eyn, vnd vuirſts ſchuerlich auſeſſen. Igitur & difficulter & periculoſe incipiũt inprudẽtes Auen operarij, hoc ē qđ parturiũt dolorem, & multo labore ſudoreq; inceptũ conantur tueri, hoc eſt qđ concipiunt laborem, Quare optime docet malum ceptũ ante conſiliũ p̃bere dolorem, & conſiliũ poſt cœptũ laborem, Vtrũq; em̃ genus temeritatis & ſtultitię debetur his calumniatoribus impijs, tã factũ ante conſiliũ, q̃ conſiliũ poſt

factum

factũ, vt cum peruersis omia sint peruersa, verũ hũc conceptũ laboris intelligimus simul fieri cũ partu doloris. Sic em̃ dicũt impij calũniatores dum aggrediũtur malũ suũ, Agamus, vbi factũ fuerit, erit, quod respõdebitur, aut quo defendetur, sicut Iudęi Matt. vltimo, quando custodibus pecunia corruptis ne Christi resurrectionis veritas reuelaretur, dixerunt. Et si hoc auditũ fuerit a pręside, nos ei suadebim⁹ & securos vos faciem⁹, vide, vt ibi concipiũt laborem, dũ onerãt se futuris inueniẽdis malitię patrocinijs. Ita hic Absalom & sui parturiunt audacter Auen suam, quo aũt consilio eam tueantur, nondũ parturiũt, sed concipiũt facientes sicut prouer. xiiij. dicitur. Sapiens timet & declinat a malo, stultus transilit & confidit. Quid aũt ex eo conceptu pariant. Sequitur,

Et peperit iniquitatem, quod hebraice mendacium falsum & inane dicitur, qd᷑ ad ꝓpositũ optime quadrat. Talia em̃ sunt consilia, defensiones & excusationes impiorũ post factũ scelus, merę scz & frigidissimę tergiuersationes, mendaces illusiones & vanę deceptiones, quibus se adornent, populo suadeant, & oppressum fœdent, deinde vani & irriti conatus pro sua temeritate stabilienda, in quibus omnibus multum laboris & operę perdũt, & omia tandẽ frustra tentant, vt hæc etiã nostri sęculi exemplis videmus contingere. Hoc aũt loco magis falsum & vanũ intelligimus partũ q̃ iniquũ vel mendacem, loquitur em̃ de vano conatu & irrito consilio, q̃ deceptus est falsusq; Absalom, qñ collecto Israele toto Dauid quęrebat perdere, Ibi em̃ cõsiliũ suũ & partus adeo euanuerũt & in irritũ ierunt, vt & super caput ipsius reciderint & quod in Dauid moliebatur ipm̃ cõtereret, vt sequitur.

Lacum aperuit & effodit eum & incidit in foueam quã fœcit.

Allegorissat propheta, quo vt supra docuimus, simul & rerũ quandam allegoriam ostendit, queadmodũ Crux Christi est vita allegorica, apparens occidere dũ viuificat, Ita hic Absalom lacũ aperuit & effodit, vt Dauid in eũ vrgeret, ignarus q̃ hoc ipo Dauid liberaret & sese perderet. Tangit aũt illud quod Absalom cogitauit multitudine fretus, Dauid vt vnũ & solitariũ ab omibus derelictũ virũ opprimere. Hic est enim lacus mortis, quẽ illi parauit & effodit, Sed ecce hoc ipm̃ contigit ei, qui derelictus ab omibus, solus in quercu pendens confossus est, & proiectus in foueam grandem in saltu, cõportato super

Impiorum consilia.

eũ aceruo lapidũ magno nimis vt scribitur. ij. Reg. xviij. Hæc est forma illa, quã hic recitat & in allegoriam trahit, Nõ enim Absalom eam foueã Dauidi pararat, sed mortem quã passus e ipse illi intentabat, Ita & vsu humano dicitur nobis paratũ fuisse malũ, in qđ ceciderit imprudens aduersarius noster, etiã si tale quid ille non pararit, Quare puerbialis est hic versus, & gnomę vulgaris sicut illa, Lex nõ est ęquior vlla, Qꝫ necis artifices arte perire sua.

Dicũtur hæc (vt dixi) in consolationẽ oppressorũ, vt sint securi, malũ qđ eis intentatur, venturũ in calũniatores ipsos, simul in terrorem calũniantibus & persecutoribus, quorũ nimia psumptio & securitas est deterrenda, & illorũ infirmitas corroboranda.

Vide aũt, q̃ exprimat ardorẽ & anhelantẽ furorẽ impiorũ, qꝫ non simpliciter dixit, lacũ fœcit, sicut infra dicit, foueã quã fœcit, sed lacũ aperuit & effodit. q. d. illud puer. i. Pedes eorũ festinant vt effundant sanguinẽ, ita sunt negociosi & operosi in parando & fodiendo lacu, Nihil non tentant, omĩa explorant, non contenti qꝫ aperiũt, effodiũt etiã pfundũ faciũt, vt q̃tocius & profundissime perdant innocentem, Sic Iudęi q̃q̃ festinarent ad Christũ occidendũ & omĩa in hoc pararent, non tamen simplici mortis genere contenti fuerũt, sed velut profundissimã foueam effodientes ignominiosissimã crucis mortem procurarũt, Ita omĩs calũniator nõ habet satis, perdidisse q̃tocius proximũ suũ, nisi quãtũ põt, turpissime perdat. Hanc ignominiam mortis per effossionẽ parati laci indicat, quia tãto a luce & spe repandi longior est, quo pfundius immergitur, Nullus eñ impius tam stultus est, qui velit videri innocentem sine causa perdidisse, imo quo est malignior, eo magis quærit videri iustissima causa agere, & illũ turpissima causa pdi, ideo effodere illi necesse est lacũ iam paratũ & apertũ, Et tñ foueam sibi nec aperuisse nec effodisse, sed fœcisse dicitur, qa nec mortẽ nec ignominiam suã quęsiuit, incidit potius imprudens.

Iterũ hic solœcismus est, Incidit in foueã, fœcit, vbi nostri addunt, quã, ego, aũt quia, vt supra. Et qđ aperuit nos habemus, parauit dicitur in heb. parua hęc, qa vtrobiqꝫ intelligitur, lacus prius paratus, q̃ effossus contra oĩm sensum, quia id qđ dictũ est, intelligi voluit.

Conuertetur dolor eius in caput eius & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Non est hic Auen, sed Amal, quod laborem ꝓprie nō dolorem significare diximus. Cōuertetur (inq̄t) labor eius in caput eius, Et iniquitas, vocabulū est, qđ nondū habuimus scz hamas, qđ ꝓprie significat rapacitatē, violentiam, seu iniuriā, quę vi irrogatur, tyrannidem, quo mō Accipitres rapiūt auiculas, Nā ab hoc nomine accipitrem nocturnum vocari dicit Reuchlin a rapiēdo, Respicit aūt ad illud qđ ī principio dixit Ne qn̄ rapiat sicut leo animā meam, parauerat em̄ Absalom collecto om̄i populo vi rapere & vorare Dauid, & ip̄e raptus ac deuoratus ē miser, Et ita recidit labor & studiū eius in caput eius, Videturq́; idem esse sensus cū versu pręcedente, cuius allegoriam apertis verbis explicat, nisi in hoc differat ab illo, qđ pręcedente versu opus ip̄m designatū sit, ip̄a scz mors & perditio, fouea & lacu expressa. In hoc autē consiliū & sapientia, quibus fouea & lacus illi parabantur & effodiebant̄, vt intelligamus deū adeo pro calūnia pressis, contra calumniatorū vim sollicitū esse, vt & malū qđ intentant, & consiliū quo nitūtur in eos retorqueat, ne deficiamus in spe. Hic est em̄ diuini iudicij modus incōprehensibilis, q̄ impios nō nisi ꝓprio eorū cōsilio capit, & in perditionē a se repertam inducit, sic Goliath occidit ꝓprio gladio, sic Iob. v. Qui dissipat cogitatiōes malignorū, ne possint implere manus eorū qđ ceperant. Qui app̄hendit sapientes in astutia eorū, & cōsiliū prauorū dissipat, per diem incurrent in tenebras, & quasi in nocte, sic palpabūt in meridie .i. tunc sunt stultissimi & cęcissimi, qn̄ sunt sapientissimi & videntissimi.

Graui ergo Epitasi laborē appellat, eorū cōsilia, astutiā, sapientiā, reuera aliud nō habēt ex his nisi laborē, fructus em̄ & finis nō sequit̄, resistente eis deo, Sic Iudęi qui Christū perdere moliti sunt, quid fęcerūt, nisi q̄ frustra laborauerūt, & vt p̄s. ij. dixit. Meditati sunt inania? Hic aūt nō solū laborem vocat, sed etiā in caput ip̄oꝝ reuersum dicit, q̄a hoc ip̄m cōsiliū q̄ Absalom fretus multitudinē populi collegit, sibi exitio fuit, futurus tutior, si in vrbe manēs iuxta cōsiliū Achitophel. xij. illa milia virorū misisset, Sed vt ait scriptura, dn̄i nutu dissipatū ē consiliū achitophel vtile, vt induceret dn̄s sup Absalom malū. Cōsolatur itaq; nos scriptura dū impiorū ferociā aliud nō esse docet, nisi magnū quendā, sed inanē conatū verius q̄ factū, & talē qui in eos ip̄os sit conuertendus, sicut fluctus & tumor maris videtur velle obruere litus, sed in seip̄m mox ruens euanescit suis minis ludibrio expositis.

Tropus hic scripturæ familiaris est, In caput, in verticem conuerti, seu cadere seu descendere, Sic Ecclesiastici. xxvij. hos versus æmulans dicit. Qui in altũ mittit lapidem, super caput ei⁹ cadet, & plaga dolosa, dolosi diuidet vulnera, & qui foueã fodit, incidet in eam, & qui statuit lapidem ꝓximo suo, offendet in eo, & qui laqueum alij ponit, peribit in illo, facienti nequissimũ consilium, super ip̃m deuoluetur, & non agnoscet, vnde adueniet illi, eodem tropo, &. ij. Reg. i. Sanguis tuus sit super caput tuũ, oĩaq; fere tum mala tũ bona imprecari solent in caput, Deutro. xxxiij. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, ꝙ caput scz sit primũ & dignius membrũ totius corpis, simul tamẽ indicat ꝙ desursum a deo descendat vtrũq;, tam vindicta impiorũ q̃ salus piorũ, Ideo a deo ordinante descendit iniquitas eius in verticem eius, & labor in caput eius, videtur aũt Tautologice idẽ esse, Conuerti laborem in caput & descendere iniquitatem in verticem, ideo repetitũ, vt firmitatis & certitudinis indiciũ sit, vt supra dictũ est, Nam impij insensati, minas dei etiã rident, quasi vel non futuras vel diu differendas, ideo fortiter inculcanda sunt eis mala.

Confitebor dño scd́m iustitiam eius, & psallam nomini dñi altissimi.

Concludit psalmũ & orationẽ pulchra sententia, quasi dicat, Hæc oĩa mihi dicta & orata sint sup maledictis, calũnijs, iniurijs Semei & hominũ, pro ignorãtia & iustitia mea tuenda scd́m conscientiã, & quantũ est in conspectu hominũ, Cæterũ non in eam confido, nec talem iudico, qua stare coram deo possim, sicut Apl'us. i. Cor. iiij. Nihil mihi conscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum. Et qui gloriatur in dño glorietur, non eñ qui seip̃m cõmendat, ille probatus est, Sed quẽ deus commendat, Ita & ego aliam habeo iustitiam, in qua glorior, nẽpe iustitiã dei, misericordiã & gratiam, qua ignoscit mihi peccata mea & iustificat in conspectu suo, de qua iustitia neq; me iacto neq; mihi confiteor, quasi sit mea. Confiteor aũt & confitebor in æternũ pro ea dño, cuius ipsa solius est, Quare per iustitiam meam dño & populo quidẽ libens seruierim & impijs restiterim, At in iustitia dei mihi profuerim.

Mire eodem versu eisdemq; verbis, & gratias agit & iustitiã laudat, & naturam eiusdem describit, Esse scz eam donũ gratuitũ dei, pro quo sit laudandus & cantandus, Quare secundũ

8 psal.

iustitiam eius hic intelligendum omnino, vt sit idẽ qđ ꝓpter iustitiam eius, vt sit sensus, Laudabo dñm in ęternũ, quia ipse est qui iustificat, qđ nisi faceret, nec iustitia mea sc̄d'm cõscientiã meam subsisteret. Et hunc sensum iuuat qđ sequitur, velut repetito dictũ, Et psallam nomini dñi altissimi, Nam nomẽ dñi supra diximus esse, laudem qua prędicatur, bonus, misericors saluator &c̄. Et in hoc nomine credens, iustificatur & saluatur, Talis em̄ est deus, qualis creditur cuiqꝫ, Damnati vero & impij nullũ ei nomen tribuũt, illi qđ nihil boni de eo sperant, hi qꝛ non indigent, vnde ꝓuer. xviij. Turris fortissima nomen dñi, ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Et Ro: x. Om̄is qui inuocauerit nomen dñi saluus erit.

Ab hoc igitur nomine cũ veniat iustitia & salus ac lęta conscientia, dum fortiter in ip̄m creditur, non aũt ex nostris viribus aut operibus, recte docet, non nisi nomini dñi iustitiã dei tribuendã, & eidem psallendũ, prędicandũ, celebrãdũ, quo & alij per hanc confessionẽ & predicationem idem nomẽ cognoscentes, credant & salui fiant, prope idem dicit p̄s. l. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Et iterũ. Exultabit lingua mea iustitiã tuam, vbi impij iustitiã suã exultant, vt sepius iam dictũ est.

Quare confiteri & psallere hoc loco non priuatũ gratitudinis officiũ solũmodo significant, sed etiã publicũ verbi grãe ministeriũ, quo nomen dei hominibꝰ manifestaꝛ.

Vtilis & necessaria erit huius psalmi oratio, si aduersus diabolũ oretur, siue in hora mortis, siue qua alia desperatiõis tentatione, nam ipse est ꝓprię diabolus .i. calũniator, qui nos accusat & conscientiã etiã in his confundit, quę rectę gessimus & deo placẽt, tum q̃ male egimꝰ supra modũ magnificat, vtrobiqꝫ onerosissimus & importunissimꝰ Semei, Aethiops tetersimus, maledicens, insultans, vrgens in hæc verba. Ecce p̄mũt te mala tua, Egredere egredere vir sanguinum, Reddit dñs tibi vniuersum sanguinẽ domus Saul. Et reliqua q̃ ex hac historia licet cuilibet ad tropologiam trahere, In quibus Dauid nostrũ omniũ exemplum est, docens nos ea quidem sustinere debere, sed simul expectare benedictionem dei, pro maledictione & afflictione ista.

¶ PSALMVS OCTAVVS.

Ad victoriã pro torcularibus Psalmus Dauid.

Nouus hic titulus, quid per torcularia sua velit, tāta varietate disputatū est, vt ego me fatear confusum nescire, quis inter tot melius senserit. Tres em̄ sunt in vniuersum psalmi, qui torcularia in titulis pr̨efixa habent, hic octauus, Dauid inscript⁹, Octuagesim⁹, Asaph, & octuagesimus tercius, filijs Coreh, nec est verisimile (in qđ hebr̨eoꝝ pr̨estantiores cōcedūt) Dauidem, hunc psalmū in torcularib⁹ Palestinoꝝ cōposuisse, qn̄ eadem ratiōe & Asaph & filios Coreh, suū ibidē cōposuisse sequeret̄, Nec legitur, Dauid fuisse in Torcularib⁹ Palestin̨e, sed in Geth q̄ postea, literarū simili prolatiōe, Gaza dicta est, ciuitate Palestin̨e, etiam si Geth, significet Torcular, qđ hic, al Githith, super torcularibus dicitur, Nec mihi satisfacit, qđ alijs videt̄ hunc p̄s factū, vt caneretur in festo tabernaculorū, vbi collectis frugib⁹ & vindemijs finitis, deo gratįe agebantur.

Proinde, quandoquidē literā qųerimus, prope in Lyranā eo sententiā, qui Githith, arbitratur esse instrumēti musici nomen propriū, Aut concedendū est priscis patribus, qui mysteria secuti, per torcularia, intelligūt martyria, passionesq; Christi & Ecclesįe, Siquidē & nōnulli alij psalmi, notantur aliquo insigni, pr̨eter vsum, vocabulo (vt videbimus suo loco) q̄ moueremur ad spiritū qųerēdū. In his, relicto cuilibet suo iudicio Torcularia, mystic̨e, esse passiōes recte dicitur, vt Isa. lxiij. Torcular calcaui solus, qđ om̄s de passiōe Christi intelligūt. Verū B. Aug: satis erudite, per torcular intelligit ministerium verbi dei in Ecclesia, in qua sententiā plures scripturæ consonant, vt Isa. v. Et torcular extruxit in ea, Sicut em̄ boues ī area terentes, significant predicatores. i. Cor. ix. Ita & calcantes in torculari eosdem significant, Hinc, vinacia & palea triticū & vinum, in scripturis passim, significāt populos verbo dei vel eruditos vl' induratos, de qbus nō est nūc locus dicendi.

Et h̨ec sentētia ad scopū psalmi facit, in q̄ describitur, nomen dn̄i in terra magnificatū, populus Chr̄o subiectus & destructus inimicus, Iam qn̄ ex ore infantiū & lactentiū perfecisse virtutem & exaltasse gloriam suam dicitur, ipsam sane p̄dicationem Euangelij & verbi crucis denotat, qua hæc om̄ia facta sunt & fiunt. Certe verbum Crucis sicut torcular conterit & humiliat homines mundi, & in vnum corpus multos colligit, sicut vinū in lacum, Atq; ita prophet̨e visum est, de spirituali quodam Torculari canere, Neq; sic tamen alienū est a proposito, passiōes intelligi per torcularia, q; verbū crucis & crucifigat veterem hominem & pro se cogat varias sustineri passiones.

Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra: Q m̃ eleuata est magnificentia tua super celos.

Hi duo versus sunt, vnus in heb, & alterũ nomẽ est sacrũ Tetragrãmaton, alterũ Adon ꝓphanũ & cõe etiã hominib⁹, permisit aũt interpres sibi, vt dñs noster ĩ nominatiuo diceret, vbi Hierony: in vtõ, Dñe dñator nr̃ rectius transtulit. Admirabile, quod Adir hebraice dicitur, magnificũ, magnũ, excellens, sonat, Vnde Hiero: ꝙ grande est nomen tuum. Magnificentiã vero Hierony: gloriam reddidit. In heb. aũt ꝓprie laudem & confessionẽ significat, A quo, nomina, Iuda & Iudęa, a laudando & confitendo dicta, Geñ. xlix. Iuda te laudabũt fratres tui, Nam qđ hic transtulit, Q m̃ eleuata ẽ magnificentia tua super cęlos, p̃s. cxlviij. dixit. Confessio eius super cęlũ & terram. Et oĩno videtur, vtroq; versu idem significare, siquidem & illic dicitur. Exaltatũ est nomẽ eius solius, qđ hic, admirabile est nomen tũũ, dicitur. Et illic confessio eius super cęlũ & terrã, Hic, magnificentia super cęlos.

Ex p̃dictis aũt notũ esse relinq̃, ꝙ nomẽ dei sit nõ vnũ sed multa, scz qcq̃d boni dici põt, vt sit idẽ, qđ bona fama, gl'a, opinio, p̃dicatio, qua p̃dicat̃, credit̃, cognoscit̃, sperat̃, diligit̃, timet̃ (.i. vere colitur & honorat̃) solus potens, sapiens, bon⁹, iustus, verax, suauis, simulq; pereat, hoĩm gloria & opinio, ne quis vltra potẽs, sapiẽs, bonus sit, sed inueniant̃ oẽs (vt Ap̃s̃us ait Ro: iij.) peccatores & vacui gloria dei, qui impie erãt iusti & pleni gloria sua, sicut p̃s. ix. Increpasti gentes & perijt impi⁹ nomẽ eorũ delesti inęternũ. Nemo em̃ nũc est potens in potẽtia sua, sed infirmat̃ & patit̃ om̃is, qui credit in Chr̃m, nec vindicat, nec liberat seip̃m etiã si possit, sed deo dat gloriam, expectãs illi⁹ potentiã liberatricẽ & vindicẽ, sic Paul⁹ gloriat̃ in infirmitatib⁹ suis, Nemo est sapiens in sapientia sua, sed stult⁹ fit coram se & hominib⁹, data soli deo gloria sapientię, qui cum vbi ꝓbatus fuerit, sapientię gloria hereditabit in cęlis. Ita nemo Christianus est iustus iustitia sua, sed deo data iustitię gloria in oculis suis & hominum, cum iniquis reputatur, vt in humilitate iudicium eius subleuetur. Isa. liij. & iustificetur per fidem & spem expectans iustitiam dei, quę eum commendet, Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, Hoc est quod pronomen, Tuum, respicit, opponit enim nomen dñi

Nomẽ

Tuum XP̃

119

nominibus & glorię hominū, quod tūc magnificatur, exaltatur, diligitur, qn̄ nostrū nomen redigitur in nihilū, & oditur tam a nobis q̄ om̄ibus.

Hūc sensum & p̄s. cxij. ponit. d. A solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomen dn̄i. Et iterū. Excelsus super oēs gentes dn̄s, & super cęlos gloria eius. Et Malach. i. A solis ortu vsq; ad occasum, magnū est nomen meū in gentibus. Idem. Nomen meū magnū & horribile in gentibus. Idem Isaias xi. dicit, Non occident nec nocebūt in vniuerso monte sancto meo. Cur nō occident? Quia (inquit) repleta est terra scientia dn̄i, sicut aqua maris operiētis, quasi dicat. Cognitio dei & magnificatio nominis eius, q̄ per Euangeliū velut mare inundans mundū replebunt, facient, vt sint inuicem mites & innoxij, quia nec pro sapientia, nec pro potentia, nec p iustitia certabūt, cū hæc non sua, sed dei esse sciant. Eiusdē. ij. Et incuruabitur om̄is sublimitas hominū, & humiliabitur altitudo virorū, & eleuabitur dn̄s solus in die illa, & idola penitus cōterentur.

Placet aūt, duo illa vocabula, dn̄e & dn̄s noster, in hūc modū distingui, vt priore, summa diuinitas representetur in se ipsa manens, Posteriore vero, regnū & cura ei⁹, quo nostri dominatur ac regit per verbū fidei, quod per Christi incarnationem impletur, qui est ppitiatoriū nostrū, in quo habitat omnis diuinitatis plenitudo corpaliter, per hunc em̄ trahimur ad patrē, regnamurq; in mūdo, sicut dicit Iohan. vi. Nemo venit ad patrem nisi per me, Proinde nō sine causa pronomen, Noster, cū dominatore magis, q̄ cū dn̄o copulatū est. Igitur prius notus in Iudęa deus, & in Israel magnū nomen eius, Nūc aūt magnū est nomen tuū in vniuersa terra, in om̄ibus gentibus, Ita vides quo titulo cōuenit hic v̄sus q̄ p̄dicatiōis torculari nomē dn̄i magnificatū, gentes in toto mundo humiliauit in vnā fidem & gratiam Christi.

Verū hoc maioris est momenti, cognoscere quid sit quod sequitur. Qm̄ eleuata est magnificentia tua super celos. Hebrę⁹ & Hierony: habent. Qui posuisti, non, Qm̄ eleuata est, Video ab om̄ibus ferme per hanc gloriam seu magnificentiā, seu laudem dei intelligi Christū filiū dei, qui assumptus in cęlum, sedensq; ad dexterā dei, Spiritū sanctū misit, q p Apl'os nomē dei magnificauit in toto mundo. Et horū sententia mihi q̄q; nō displicuit, q̄ versus huius particula hęc velut causam reddit prioris, scz Nomen dei esse magnificatū, quia Christus ascēdit in cęlū, Nō em̄ nisi Spūsancto misso potuit clarificari Chr̄us, vt Ro:

vt Ro. i. Qui declaratus est filius dei per spiritũ sanctificatiõis ex resurrectione mortuorũ. Et Ioh. xvi, Ille me clarificabit, qa de meo accipiet, At spiritus mitti non potuit, nisi Chro a mortuis resuscitato, in cęlũ assumpto & in regnũ omniũ gentium constituto, sicut Iohan: vi. Spiritus nondum erat datus, quia Ihesus nondũ erat glorificatus. Sic ps ij. quoq; predicare se dicit pręceptũ dei (quod vtiq; per spiritũ sanctũ impletũ est) postq̃ se super montem Zion sanctũ dei regem constitutum dixit.

His aũt videtur nonnihil officere, q; Christũ laudem seu cõfessionẽ dici, nõ apte quadrare videtur, ad similẽ huius v̄sum ps cxlviij. Confessio eius super cęlũ & terram, Neq; cũ illo ps cxij. Excelsus super omes gentes dñs, & super cęlos gloria eius, q; confessio nõ hic tm̃ super cęlos, sed & super terram exaltata pphetetur, & nullus per confessionẽ eo loci Christũ intelligit, sed hęc non debent quenq; mouere, quia Christus Isa. xlvij. gloria dei dicitur, Dabo (inquit) in Zion salutem, & in Hierusalem gloriam meam, Quare sicut Aplus eũ audet appellare iustitiam, virtutem, sapientiam, gloriam, redemptionem, sanctificationem dei, q; per ipm nos deũ iustificamus, potentem, sapientem, gloriosum agnoscentes & confitentes. Et rursum nos dum hoc sacrificio iustitię, sapientię, virtutis &c. Deũ honoramus & colimus, meremur ab ipso rursus iustificari, roborari, sapientes fieri, sicut dicit. i. Reg. ij. Quicũq; me honorificauerit, glorificabo eũ, qui aũt contemnũt me, erũt ignobiles, Quia hoc ẽ sacrificiũ laudis, q̃ ps xlix. dicit sese honorificari, & ipm esse, iter ad salutare dei videndũ, Nec em̃ hoc sacrificium offert, nisi qui nomie suo perdito in fide inuocat nomẽ dñi, hoc est, sapientiam, virtutem, iustitiã dei (vt dixi), interim patiens se infirmũ, stultũ & malũ haberi, nesciũ vindictę, iudicij, gloriæ, vt eodem nomine glorificetur deus & nos, eadem iustitia iustificetur deus & nos, eadem sapientia sapiens sit deus & nos. Et hoc est qd Petrus ij. Pe. i. dicit nobis maxima & pręciosa donata in Christo, vt essemus diuinę consortes naturæ, & in quæ (vt. i. Pe. i.) desyderant angeli pspicere.

Ita & eundẽ Christũ recte per confessionem super cælos eleuatam intelligimus, sed & simul discimus, quo fructu nobis ascenderit, Expedit enim (inquit) vt ego abeam, si non abiero paraclitus non veniet ad vos. Hoc enim vult propheta ostendere, longe aliam esse laudem dei, qua ipse in nobis & nos in ipso laudamur, q̃ hominum laudem, Nostra laus, quia dei

laus est, seu a deo, non est in propatulo & theatro mundi, nec apparet hominibus, sed neq; nobis, imo sicut vita nostra abscōdita est cum Christo in deo Col. iij. vt sapiamus q̄ sursum sunt, Ita & laus nostra cum eodem assumpta & abscondita est in deo, vt sit in fide & spe, non in re præsente.

Ideo laus dei eadem est qua laudat̄ deus & nos, eademq; gloria & magnificentia, Sicut p̄s. ciiij. Vt gloriemur in laude tua. Et xix, Nos aūt in nomine dn̄i dei nr̄i magnificabimur. Et p̄s xxxiij. In dn̄o laudabitur anima mea, Quia dū nos exuti nomine nostro in ignominia patientes sumus, vere sumus humiles illi quos respicit deus, & animę illę esurientes quas saturat deus. Conueniebat aūt ꝓphetę, vt summario vocabulo laudis seu gloriæ vteretur, qui in tp̄e nondū reuelatę veritatis loquebatur. Quæ aūt hæc laus esset & quid contineret, Apostolorū erat in lucem proferre, Hij em̄ docuerunt ꝙ qui laudari recte & pie velit, deum solum super om̄ia laudet, deū aūt super omnia laudat, qui soli deo, Iustitiā, sapientiam, virtutem, & om̄ia bona tribuit & refert accepta, quod nō facit, nisi qui fide spe & charitate viuit, pressus in mundo, impotentia, stultitia, peccatis coram se & hominibus, cū hęc nemo fœliciter ferat nisi fide & spe imbutus.

Est ergo summa huius versus hæc, ꝙ inter deū & homines quoddā mutuū est, per Christū mirabili & suauissimo cōmercio contractū. Homines in terra nihil habent preciosius nomīe dn̄i, hūc em̄ laudant, p̄dicant, confitentur coram hominibus, vt solū potentem, sapientem, sanctū, iustū &c. Atq; hoc ē nomen dn̄i esse magnificū, admirabile, celebre & magnę opinionis in terra, hoc em̄ per Christi aduentū factū est. Rursus Christus ipse eos, qui sic se prędicant, confitentur coram hominibus, & nomē eius cognoscunt, pręcingit se & trāsiens ministrat eis, laudat, p̄dicat, cōfitetur corā patre & angelis eius ī cęlis, & cognoscit nomē eoꝝ, ipseq; eorū gloria & laus ē in cęlis sicut ipsi sunt gloria & laus eius in terra. Hoc est qđ dicit, Qm̄ eleuata est gloria tua super cęlos, vt oīno gloria hæc dei intelligatur, qua nos corā ipso ī Christo sumus laudabiles & gloriosi, & nomen eius admirabile, qua ipse in nobis coram hominibꝰ laudat̄ & glorificatur, In hoc mutuo nominū & laudis multæ conciliantur & intelligūtur autoritates scripturę, Huc pertinet illud p̄s. lxxi. Et honorabile nomen eoꝝ coram illo. Rursus p̄s. xc. Protegam eum, quoniam cognouit nomen meū, Sic

sponsa in Canticis, Dilectus meus mihi, & ego illi. Et psalmo cx. Confessio & magnificẽtia opus eius. Rursus. Et laudis eius plena est terra, pleni sunt cęli & terra gloria tua. In hoc eñ mutuo, consistit iustitia dei qua iustificamur, dum illũ nos pręidicamus & honoramus, reddentes eo ipso qđ debemus. Et rursus ille nos honorat, reddẽs eo ipso mercedẽ quã meruimus. ex gra.

Verũ (sicut dixi) ꝗ facile est dicere & intelligere hoc mutuũ laudis inter deũ & nos, tam arduũ est idipm̃ pręstare, Difficile eñ est vniuerso nomine exui pręsentis & futuri sæculi, & nihil fieri tam coram se, ꝗ omnibus hominibus, & tamẽ nisi ita fiat, non potest nomen dñi esse nobis grande in terra, nec laus eius nobis esse super cęlos. Prius aũt est, Nomen dñi magnificare in terra, ꝗ laudem eiusdẽ super cęlos eleuari, Sic dicit B. Virgo Magnificat anima mea dominũ, deinde certa ꝗ & ipsa in cęlis coram deo magnificaretur propter hãc dñi magnificationem dicit. Et exultauit spũs meus in deo salutari meo, Non est enim possibile, vt nõ benedicatur a deo, qui benedicit deũ, nec fieri potest vt diligat, laudet, delectetur in deo, quin rursus deus eũ diligat, laudet & delectetur in eo.

Sed hic forte simplex animus scrupulũ concipiet, qui toties audiuit, non nos esse priores diligendo deum, aut benefaciendo, sicut scriptũ est, Non ꝗ nos priores eũ dilexerimus, sed quia ipse prior dilexit nos. Et Ro: xi. Quis prior dedit illi & retribuetur ei ? Et Iohan: xv, Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos, Ioh. vi. Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eũ. N.B.

Quo modo ergo nos prius eũ magnificamus, vt ipse nos magnificet? Dicetur, scriptura diuina vtrunq; describit, & gratiam dei & fructus gratiæ eius, Ideo prudenter est obseruãda, ne id quod de fructu loquitur, de arbore ipa intelligamus, qđ Cahos si misceatur, sequitur error ille Pelagianorum de lib. arbitrio, qui nobis tribuit initium boni operis, Deꝰ enim solus facit arborem bonam ante nos & sine nobis, quę necessario & prior est fructibus. Verum fructus quoq; necessarium ẽ esse priores premio, Quare hic locus psalmi & siqui similes, non ad gratiam initialem, sed ad finalem, ipsum scilicet pręmiũ qđ redditur primę gratię & suis fructibꝰ, pertinet. Ita vt intelligamꝰ his & similibꝰ locis nos ꝓuocari ad pseuerantiã i bonis fructibꝰ ꝓmissione ista mutuę bñficẽtię dei, sic ꝗ cõuersus Contra Pelagianos.

laudat deũ, hoc est, viuit accepta gratia ad laudem dei in terris. Huncrursum simul & inęternũ laudat deus in cęlis, simul inq̃ & inęternũ, hoc est in pręsenti & futuro, Nam qui deũ glorificat in vita sua, non põt non rursus sentire lętam & quietã in fiducia misericordię dei conscientiã, qua intelligit se deo rursus placere laudariq́ in cęlis, adeo prope est laus cęlestis nostra, nomini dñi in terris, licet coram hominib⁹ ignominia vexemur assidue, Deinde si perseuerat laudãs, perseuerat quoq́ laus eius in deo inęternũ, Sic illud intelligemus Zach. ij. Conuertimini ad me & conuertar ad vos & similia. Verũ eorũ sentẽtia qui posteriorem partem huius versus intelligũt veluti causam prioris, inter quos noster interpres fuisse videtur, dicere oportet, Laudem dei super cęlos esse priorem, nomĩe dñi magnificato in terris, Et id Christũ effecisse suo super cęlos ascensu, vt misso spiritu nomen dñi magnificetur in terris, vt dictum est, Spiritus sanctus (inquit) non erat datus, quia Ihesus nõdum erat glorificatus, Atq́ ita laus dei, non nisi ipẽ Christus personaliter intelligi poterit super cęlos eleuatus, Ac nõ fuerit magni negocij, vtranq́ sententiã simul tueri, nec adeo longe distant, cũ id constet, per Christũ exaltatũ euenisse, vt accepto Spiritu sancto crederemus deo nos esse gratos ac cõmẽdatos super cęlos, & eodem spũ rursus nos dei nomẽ auderemus in vniuersa terra magnificare, quod est aliud nihil, q̃ Christũ exaltatũ nihil nobis profuisse, nisi nobis exaltatus fuisset, idest, nisi ascendens in altum, dona dedisset hominibus, per quę ipm in terra magnificaremus. Hęc sub cuiusq́ iudicio relicta volo.

Ex ore infantiũ & lactentiũ perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem.

Iste versus apte sequitur ad sensum eũ, quo per eleuatã gloriam intelligi diximus Christũ ascendentẽ, q̃q̃ nec ad alterum ineptus est, quare ad vtrũq́ nos eũ accõmodemus in hũc modũ. Nomen tuũ dñe magnificatum est, sed longe alia ratione q̃ apud homines fieri soleat, Nempe hominum mos, si mos dici debet, is est, vt nõ ab humilibus & contemptis velint laudari, sed alta sapientes raris placuisse (vt dicũt) volunt, & a magnis sapientibus, potentibus suspici desyderant, Rursum & illi laudatores, cũ vanissimi sint, non laudant, nisi suo℞met gratia, vt & ipsi laudentur aut lucrũ captent, Ita mutuũ scabũt muli, nec synceri laudantes, nec probi laudati, Sic inq́ est hominum in-

Laus hominum in hoc mundo.

genium, qui specie rerum pręsentiũ mouentur. At tecum tuę res lateãt, solaq; fide intelligantur, non inuenis inter homines pręclaros qui te laudent, quin potius ipsi sunt, qui laudi & glorię tuę pręinsania suę glorię tibi pertinacissime resistunt, ideo contemptos & humiles tu ponis qui te laudent, & nomen tuũ magnificent, qui nomen suũ in terris odiunt, contenti ꝗ tu sis laus eorũ super cęlos, Et vt hoc ostenderes, misso Spũsancto de cęlis, postq̃ assumpseras gloriam tuã, Apl'os apl'orũq; similes, erudi̾sti rudes & simplices homines, ex quorũ ore perfecisti laudẽ tuam.

Magnã nobis quęstionẽ mouet hoc loco autoritas Chr̃i, qui Matt. xxi. hũc versum adducit & aptat pueris, q se in tẽplo laudabant, dicens, Principibus sacerdotũ & scribis pueros clamantes prohibentibus, Nũq̃ legistis ex ore infantiũ & lactentiũ perfecisti laudem? Si eñ de istis pueris ad literam solũ intelligitur ps, vt volũt quidã, iam nec pręcedẽtia nec cõsequentia consonabunt, cũ de nomine dñi in vniuersa terra magnificato ante locutus sit, qđ post passionem factũ est. Deinde si rigorẽ literę sequamur, isti pueri nec infantes nec lactẽtes erãt, qñ verbis formatis benedicebãt & cantabãt, Osanna in excelsis.

Rursus nulla ratione licet Christo dissentire, qui hunc versum illis aptauit, cuius autoritas etiã ipsi psalmo p̃ferenda est, Reliquũ ergo est, Sententiã versus huius esse generalẽ de oĩbus qui sunt simplices & recti corde, qui non alta sapiũt, nec in rebus mũdi sunt prudentes, filij scz lucis, quorũ generatio cum nullius ætatis angustia claudatur, sed in oĩm seculorum tpe, in omniũ ętatũ genere reperiatur, recte pueris quoq; cõuenit, nõ modo, quia ipsi sunt hoc modo simplices & synceri, sed etiã quia sua simplicitate & innocentia hanc fidei simplicitatem in Christo, nobis corporaliter figurãt vt. i. Pe. ij. Quasi modo geniti infantes, lac rationale concupiscite, pueri eñ nec potentia nec sapientia, nec magnitudine, sed impotentia, stultitia, paruitate nos flectunt, delectant, vincũt, Ita Christi laudatores non in fortitudine mundi, non in sapientię humanę verbis, non in magnitudine gygantũ, sed in stultitia verbi, & scandalo crucis orbẽ vicerũt & nomen dñi magnificauerũt in vniuersa terra.

Igitur miracula canit hic versus diuinę virtutis, quę nomẽ suũ in terris potuerit magnificare tam stupendo & incogitabili modo. Primũ in medio corꝝ, qui nomina sua magnificabant insanissime, & pręter ea nomini dñi ꝑnicacissime obsistebãt, Magnũ eñ fuit, etiã regũ & sapientũ & sanctorũ mũdanorum

nomen delere & in nihilum redigere, erecto solo suo nomĩe. Deinde ꝙ is cuius nomen magnificabatur, nusq̃ apparuit, soloq; verbo indicabatur, cũ illi & pręsentes ipsi & suas res p̃sentes ostentare possent, quibus nomina sua statuerent. Tercio quod pene maximũ erat, ꝙ hũc inuisibilem Christũ magnificabant aduersus omnem visibilẽ pompam, non Gygantes, viri famosi, docti, diuites, nobiles, Sed piscatores idiotę prorsus ĩfantes & lactentes, sine vlla potentię aut sapientię specie, cũ illis adhęrerent turbę, maximarũ buccarũ viri sapientissimi, eloquẽtissimi, potentissimi.

Proinde in heb. dicitur, Ex ore infantiũ & lactentiũ perfecisti virtutem, vt sit maior miraculi expressio, Virtutẽ aũt, alij laudem reddiderunt, offensi forte absurditate, ꝙ ex ore virtutem perfici, non ita quadret, vt laudem, cõi sensui legentium seruientes. Et licet virtus hoc loco queat intelligi, idem qđ virtutes prędicatas per synecdochen & idiotismũ hębręũ, meo tñ sensu, apti⁹ intelligitur, id qđ est robustũ, potens, validum, vt sit sensus, perfecisti ex ore infantiũ virtutẽ, idest verbũ dei p̃ualidũ, cui non possent resistere & contradicere oẽs aduersarij, sicut & alio p̃s. Audient verba mea, quoniã potuerũt (.i. quia valida, firmaq; facta sunt) vt simul intelligamus Christum in mundo oĩa fœcisse non nisi verbo Euãgelisantiũ, quod sua infirmitate oĩm potentiã, sua stultitia oĩm sapientiã, suo scandalo, oĩm religiones subuertit, quia qđ infirmũ est dei, fortius est hominibus, Et qđ stultũ est dei, sapientius est hominibus. In hũc modũ, Lucas in actis frequenter memorat verbum dei creuisse valde & confortatũ fuisse, velut huius versus rem mõstrans.

Atq; hic cõueniendi sunt Ecclesiarũ Christi rectores, vt his verbis sese erudiri intelligant officiũ suum. Virtus eñ Christi & Ecclesię, non hic ex mundo accersitur, non inuocat auxilium brachij secularis, nõ intentat ignem aut mortem, nõ fidit in armis regũ & principũ, Sed ex ore infantiũ perficitur, sine dubio docens, ꝙ qui aliter nomen dñi studuerit magnificare in terra, q̃ per os infantiũ, hic potius blasphemet, & nomen suũ magis q̃ dñi magnificare cõuincatur, Q uales sunt, qui Turcas & infideles, aut hereticos, hodie, nõ verbo dei, quod ignorant, sed bello & mundano tumultu, aut censurarum strepitu petendos esse insaniũt, scz, q̃ per os infantiũ victa sunt, per hęc, ipsi vincere pręsumunt, & blandũ os infantium in buccas gygantum truculentas (.i.) verbũ dei suaue in suarum traditionũ tyranni=

des mutant. Iam siquis est qui hoc malũ intelligit & relinquit, is deinceps discat, quid & quo modo agat, vt recte populos regat.

Primũ (inquit) Ex ore Grande monitoriũ, sed fidele ijs, q in Ecclesia verbũ tractãt, Tũc em̃ recte tractatur quãdo discernitur os a verbo, vt verbum sit non eius qui prędicat, imo nec prędicet, sed sinat Christũ per os suum loqui, sicut Paulus i. Cor. xiij. An experimentum quęritis eius, qui loquitur in me Christus? poterat em̃ hic dicere, Infantes perfecerunt laudem, sed reprehendendi eramus nos temerarij fabulatores, qui insalutato, Spũsancto, quicquid in mentem, imo in buccã venit, populo effundimus, Quin, alij de industria scrutantur & quęrunt, ne solita pdicent, hoc est ne Christus verbũ suum, sed ipsi verbũ suũ doceant, Ideo & sequitur, vt non solũ nõ destruãt inimicũ & vltorem, sed potius fortificent & faciant irrisorem, Huc pertinent & illi, qui sibimet conscij magnę doctrinæ suæ, periculũ sibi somniant longe maximum, si nõ alios doceant, causantes sese talentũ sibi datũ in terra defodere, & cum seruo pigro duram sententiam dñi expectare, adeo ridiculis nugis diabolus ludit horũ phantasias, Quos hoc versu oportet instructos scire, Nos non esse qui docemus, nec verbũ nostrum docendum, sed solũ os nostrũ posse verbo eius seruire, si ipse voluerit & vocauerit. Tu (inquit) perfecisti laudem, nõ illi nõ, nos. Sic & in Euangelio tradidit quidem dñs talenta seruis, sed non nisi vocatis, Expecta ergo & tu donec voceris, interim ne ambias nec te ingeras, nõ em̃ te rũpet scientia tua, Currebãt (inquit) & ego non mittebam eos, ꝓphetabant, & ego non loq̃bar eis. Mltos hęc tẽtatio misere vexat, ita, vt eos & ĩstituti sui sine fine pigeat & pœniteat, diabolus hæc facit, vt inquietet eos qui bene cœperũt, & tandem tedio consumet, Igitur qui vocatur, prębeat os & recipiat verbũ, sit organũ & non autor. Qui non vocatur, oret dñm messis, vt mittat operarios & perficiat virtutẽ ex ore infantiũ.

Secundo. Infantium & lactentiũ, hic verbi minister docetur, vt infans sit cum infantibus, & iuxta Paulum, fiat oĩbus omnia, vt omnes lucrifaciat, oĩno cauens ne quenq̃ despiciat ac fastidiat, sicut infantes prę simplicitate sua prorsus nullum nouerunt personarum respectum, sed sunt omnibus æquales & ijdem. Quid enim periculosius in verbi dei ministro, quã si alius sit magnatibus & diuitibus, alius infimatibus & pauperibus, qui in hoc mittitur? vt omnibus seruiat, nulli

De gloriosis doctoribus NB

Vocatio certa expectanda.

NB

adulctur, nullũ faſtidiat, Vix inuenias in ſcripturis, contra qđ ęquę pugnet ſpũs, atq; contra perſonarũ iniquũ reſpectũ, qđ difficile ſit perſonas & laruas contẽnere & homines in deo inuiſibili amare & quęrere. Deinde & hoc docentur, vt ſint blandi, non contumelioſi, & vt Tit. i. dicit, non pręfracti, non pcuſſores, nõ iracũdi &c. Tales em̃ nõ ſunt infantes & lactentes, Sed & oſtentatio hoc verbo reprehendit eorũ, qui ambulant in magnis & mirabilibus ſuper ſe, docentes, ſublimia & difficilia, q̃ ad rem nõ pertinẽt, quę populus nec capit, nec ſi caperet fructũ acciperet, & oĩno om̃is doctrina humanitus cõcepta & tradita quocumq; adulterio ſenſus carnalis aliena a diuinitus inſpirata.

Tercio perfeciſti, nec ſatis ẽ ſcz, etiã dei verbum docere, niſi recte doceatur, ſicut Timotheũ inſtituit Paulus, vt recte verbũ dei tractet. Sunt em̃ multi anxij & vani prędicatores æſtuantes & tumultuãtes, qui ignorãt aliud eſſe plantare & rigare, & aliđ incrementũ dare, ſtatim vt dixerint, om̃ia facta velint, non tam volentes audiri, quia verbum dei dicũt, q̃ quia ipſi ſunt verbi dictores, organum magis q̃ ſonum commendari petentes, Horũ portio eſt, qui meditatis ac conceptis a ſe verbis, pmittunt ſibijpſis, nũc hos, nunc illos pungere & mordere ac ſtatim conuertere, vbi fit miro dei conſilio, vt nihil minus impleant, q̃ quod cogitauerunt. Sentit em̃ naturaliter anima hominis v̄bũ arte ſuper ſe compoſitũ eſſe, & ſtercore humano, vt apđ Ezech. eſt, opertũ, ideſt humano affectu pollutũ, ideo nauſeat ſuper illo, & potius irritatur q̃ conuertitur. Tunc aũt potius mouetur, qñ nullam induſtriam dicentis, ſed liberũ verbum audierit. Liberũ em̃ & ſyncerũ vult in publicum pferri & tangere quos prędicator ipſe neſcierit, ſicut in hanc rem multa legimus exempla. Itaq; noſtrũ ſit, os tantũ accõmodare verbo, dei ſit, perficere & incrementũ dare, Sic Chriſtꝰ Matt. xxi. miſſis diſcipulis aſinam & pullũ prędixit, quos illi non viderũt nec nouerunt, & tamẽ ibant ad incognitos adducendos, Quare ſtulta iſta fiducia poſita, quaſi nos quicq̃ valeamus verbo cooperari in auditore, potius oratione ſatagamus, vt ſine nobis ſolus ipſe perficiat in auditore, qđ loquitur in doctore, Ipſe ẽ em̃ qui loquitur, & ipſe eſt qui audit, & om̃ia in oĩbus opat, Nos vaſa & inſtrumenta eius ſumus, nec accipere nec dare qcq̃ potentia, niſi ipſe det & accipiat, vnde p̄s. lxvij. Vigilãti v̄bo dicit, aſcendiſti in altũ, accepiſti dona in hominibus, cũ Apl'us Ephe. iiij. dicat, Dedit dona hominibus.

Quarto

Quarto, si tales fuerint verbi ministri, sine dubio efficax & potens erit verbũ, nec frustra ꝓferetur, sicut Isa. lv. dicit. Verbũ qđ egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuũ, sed faciet quęcũqȝ volui (Nota quę ego volui non q̃ minister) & prosperabitur in his, ad quę misero illud (nõ vtiqȝ in ijs ad q̊s minister sua temeritate torserit aut direxerit). Proinde horrẽdũ & periculosum est vtrinqȝ, siue docere verbũ hominum sub titulo verbi dei, siue verbũ dei etiam purũ, torquere ꝓ affectu ꝓprio, quorũ vtrũqȝ monstrũ validissima tyrannide Eccl'iam hodie occupauit, Sit ob hoc timidus & humilis quicunqȝ populo Christi in verbo preest, & magis orationis puritate q̃ industrię virtute studeat liberũ verbũ & solũ simpliciter tradere, cõmendans deo, tam suam linguã, q̃ auditorũ animas, statutũ est em̃ in Ecclesia dei non esse magistrũ nisi illum, qui dicit. Vnus est Magister vester Christus. Et p̃s. lix. Deus locutus ẽ in sancto suo (.i. in sanctuario suo, qđ est Ecclesia) vbi autẽ loquitur homo vl' Satanas, sine dubio ibi lupanar & synagoga Satanę est, Quale em̃ est verbum, talis populus, talis deus, talis cultus, talis fides, talis conscientia, talia opera & oĩa, Adeo in homine omnia aguntur verbo solo.

Quocirca ego metuo ne libri illi infiniti tam Iuriũ q̃ Theologię, qui hodie extra Euãgeliũ in Ecclesia regnãt, sint phialę illę aureę plenę iracundię dei, quę effusę in terrã, mare, flumĩa, solem, aerem &c̃. multa mala hominib⁹ inferre scribũt' Apo: xvi. Quę em̃ ira & plaga dei grauior q̃ inter Chr̃ianos, Chr̃m non doceri, nec fidem eius agnosci, interim, Decretis, decretalibus, Sextis, Clementinis, Extrauagantibus, Moralib⁹, Summistis miseras animas occupantibus & opprimẽtibus?

Porro quod diximus, Neminem debere in Ecclesia docere nisi vocatũ a deo, ne quis desyderet, quæ sit ista vocatio dei, id obseruet, si quis p̃ter, ĩmo cõtra voluntatẽ suã, per maiorũ suorũ, siue Ecclesiasticorũ, siue sęculariũ autoritatẽ, i officium verbi vocatur, Nam non est ptãs nisi a deo. Rõ: xiij. Ideo q̃cquid potestas vtraqȝ mandat, non est dubiũ, quin deus mandet, Inde non legimus in veteri testamento vllam historiã fœliciter gestam, nisi primũ consulto deo, & siue per angelũ siue per hominem accepto responso, q̃ em̃ infœliciter pugnarint filij Israel. citra dei mandatum legimus Numeri. xiiij. Idem in Machabęis videmus. Non dubites, si te dñs volet, quęret te, & poti⁹ de cęlo angelũ mittet qui adducat te. Atqȝ hac causa fieri crediderim, Cur hodie nec pontifices, nec sacerdotes, nec reli-

i

giosi doceant in Ecclesiã verbum dei, ꝙ nullus ferme amplius sit, qui vocantem deũ expectet, sed vniuersi ambiant, dignitates, ꝑbendas, ocia & saturitatem ventris, vt iam, nec solos Monachos, sed & pontifices & sacerdotes faciat desperatio (vt dicunt) & quędam ignauia spiritus. Hãc itaq; vocationẽ dei nõ meli⁹ intelliges, ꝙ si obserues historias scripturę & oĩm sanctorũ in Ecclesia. Magna eñ semper foecerũt, qui vocante deo docuerũt, vt, S. Aug. Ambro. & ante eos Paulus Aplus atq; ne iterũ cuipiam scrupulũ iniiciam, de iis loquor, qui ad docendũ verbũ dei veniũt. Horum inq̃ est, q̃ maxime obseruare, vt mittente deo veniãt, sicut Ro: x. dicit. Quõo ꝓdicabũt, nisi mittantur? sicut scriptũ est, q̃ speciosi pedes Euangelisantiũ Et Malach. ii. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus dñi exercituũ est. De reliq̃s vero qui vel ad Episcopatus vel Canonicatus, & id genus alia sacerdotia veniunt, in quibus non est officiũ verbi, non arbitror esse necessariam vocationẽ. Q̃nquidem in his hodie vix aliud, ꝙ priuatũ studiũ seruiendi deo, quęritur, In quo iuxta Paulũ i. Cor. vii. Vnusquisq; propriũ donũ habet, alius sic, alius vero sic.

Non tamen abiiciendi sunt, siqui pio studio, animosi, rerum, famę & vitę contemptores ambiunt docere verbum (q̃q̃ hæc rara sit auis) imo sunt cõmendandi, vt Aplus. i. Timo. iii. dicit. Fidelis sermo, Siquis Episcopatũ desyderat, bonum opus desyderat, Nam quare dixerit sermonem fidelem, & episcopatũ bonũ opus vocarit, sequitur, Oportet eñ Episcopũ irreprehẽsibilem esse vnius vxoris virũ, sobriũ, ornatũ, prudentem, pudicũ, hospitalem, doctorem. Et reliqua. Hæc (inquit) q̃a sunt Episcopi, siquis desyderat, certe bonũ opus desyderat. Requirit eñ id officii contemptorẽ gloriæ & vitæ & omniũ rerũ, quia veritatis ministeriũ est, quę ꝓdixit, dicens. Et eritis odio oĩbus hominibus ꝓpter me, qđ cũ vix ferant, qui per vim attrahũtur inuiti, frustra speratur laturus, qui sua sponte ambit, aut nõ singulari gratia intus mouet vt ambiat.

Sequitur in versu, ꝓpter inimicos tuos, idest aduersarios seu (vt iam sępe trãstulim⁹ id nominis) tribulatores tuos. Quod & si de deo incarnato apte dicitur, cum deus ipse tribulari non possit, nec aduersarios pati, tamẽ, vt pergamus cępto sensu, quo ad personam patris, de Christo hęc omnia dici intelligimus. Consolamur hoc verbo, scz audientes spiritum sanctum diffinire, aduersarios non esse nostros, sed dei aduer-

sarios. Eius enim aduersarij sunt, cuius verbum & opus persequũtur. Atq; vt nos non sumus qui loquimur & operamur, sed deus in nobis, ita nec nos sumus qui patimur aut contẽnimur, sed deus in nobis. Sic Ap'lus audet Ephe. iiij. Et nolite contristare spiritũ sanctũ dei, quo signati estis in diem redẽptionis. Et Zach. ij. Qui tetigerit vos tanget pupillã oculi mei, licet hoc, iura Ecclesiastica pulchre ad solos sacerdotes detorserint, quasi laici nõ sint organa Spiritussancti. i. Reg. ij. Qui contemnũt me, erunt ignobiles. Quid ergo timemus aut inquieti sumus, si verbo vel operi nostro aduersentur homines impij? Sinamus eos furere, imo pro eis sollicitu oremus, vt apertis oculis videant, non in nos, sed in deũ ipm sese incurrisse.

Quid aũt est propter aduersarios perfectam esse virtutem ex ore infantium? Nempe q perseuerat in consolando infirmitatem nostram cõmendaturus miraculum diuinę virtutis, quasi dicat. Excitabitur aduersus infantes imbelles, Pharao robustus, & linguam suam magnificabunt filij hominum, nec deerunt Magi Iannes & Mambres, qui signa faciant, & oĩno p̃ualidi erunt aduersarij, tã vi q̃ astu, qui resistãt veritati, propter hos, inq̃, ne proficiant, sed vt Ap'lus ait. i. Timo. iij. Amentia eorum nota fiat, dabis eis os & sapientiam, cui non possint resistere & contradicere omnes aduersarij eorum. Semper enim Gygantes & cadentes (vt hebręus habet) sunt super terram viri famosi a sęculo, qui violentia freti irruunt & opprimũt veritatis imbelles & simplices infantes annũciatores, Sed hoc permittitur, vt ostendatur virtus verbi, quã perficit ex ore ipsorum, dum per impotentes confundit potentia, per stultos cõfundit sapientes, & per eos qui nihil sunt, eos qui omia sunt, destruit, vnde sequitur.

Vt destruas inimicũ & vltorem. Hiero: sic. vt quiescat inimicus & vltor, hoc est, vt cesset, desinat, & sabbatisset ab opib⁹ suis malis. Est eñ verbũ hebręũ, a quo sabbathũ, idest requies venit, vt indicet inimicos & vltores cessaturos esse, vel vt amplius nõ sint iuxta ps. ciij. Deficiant peccatores a terra & iniqui vt nõ sint, vel quia mutandi sunt in amicos & patientes, Iuxta prophetiã Isaie. ij. Cõflabũt gladios suos in vomeres & lanceas suas in falces, allegorice, linguas nocentes in salutares.

Synecdochen habet inimicũ & vltorẽ, idest oẽs qui sunt inimici & vltores. Inimici sunt, qd' contraria sapiũt & agunt, vltores, qd' pro suis statutis aduers⁹ ĩfantes dei ĩsaniũt, &, vt ps ij. dicũt, Dirũpam⁹ vĩcula eorum & p̃ijciam⁹ a nobis iugũ ipsorum

At ibidem sequitur, quõ destruantur. Tũc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, q̃ q̃ ego credo hoc p̃s magis describi destructionẽ salutarem in spiritu, qua (vt dixi) destruitur impius vt pius fiat, Hoc em̃ est propriũ negocium Christi in Ecclesia, hoc & opus spiritus est, qđ verbo pacifico Euangelij magis q̃ impetu furoris perficitur, Cuius indiciũ ẽ, ꝙ hęc om̃ia fieri dicit nulla arte alia, q̃ ꝙ ex ore infantiũ ꝓpter inimicos perficit virtutem. Et opera digitorũ suorũ ostendit vt dicetur.

Exprimit aũt proprie ingeniũ & mores aduersariorꝝ verbi dei. primũ ꝙ sunt caro & sanguis, & vt dicit p̃s. cxv. Om̃is hõ mẽdax, veritatis, p̃sertim ei⁹, quę mortificat, impatiẽtes sunt. Prudẽtia em̃ carnis inimica est deo, legi em̃ dei nõ est subiecta, nec em̃ põt Ro: viij. Deinde vbi veritas dei dicta per infantes fuerit, illi velut lęso suo sensu, in quo sibi placent, iam nõ solũ sunt inimici, sed p̃texto nomine specioso veritatis, armantur zelo quoq; in vltionem sui sensus, non quiescẽtes donec veritatis Apostolos ꝓ gloria dei & zelo veritatis, atq; vt hodie nouo titulo tonant, pro honore sanctę Ecclesię occidant aut opprimant, adeo promptũ & pronũ, imo necessariũ est, inimicũ veritatis dei simul fieri vltorem mendacij sui. Qđ malũ cũ in causis om̃ib⁹ etiã ꝓphanis celeberrimũ videamus, tamẽ in causis dei & rebus fidei, vbi species longe diuinissima põt accõmodari, secure & facile triũphat.

Esto ergo eruditus & certus, quisquis vocatus aut conatus fuerit docere verbũ, sese aduersarios habiturũ, qui non modo sua nõ audiant, sed etiã si illorũ offenderit studia (sicut oportet) acerrimos vindices & persecutores, Non mentientur hæc verba spiritus, quę infantes cõmittũt cũ inimicis & vltoribus, portentosum satis certamen, sed tñ sic diuinitus dispositũ, fœliciterq; processurũ, si credat, non suis, sed dei cõsilijs rem geri solũq; curet, vt os suũ p̃beat loquenti, & sit organũ dumtaxat verbi, perficiens perficiet virtutem, & destruens destruet aduersariũ, Proinde qui sic docet, vt non inueniat inimicũ qui resistat, & vltorem qui persequatur, quia extra regulã huius versus docet, non p̃sumat se verbi dei esse perfectũ & plenũ p̃dicatorẽ, sin irruerint inimici & vltores, dixerintq;, Dirũpamus vincula eius, & proijciamus a nobis iugũ eius, aut illud ꝓphetarũ crimen obiecerint, quod est onus verbi dñi? Et illud Zedechie percutientis Micheam (iij. Reg. vlt). Me ne dimisit spũs dñi & locutus est tibi? Et tu solus es oĩm sapientissimus, hic

bene ſperet, ſciens iuxta hunc verſum, ſe infantem & lactentem
eſſe, illos vero Nimrothos & Gygantes, Sic em̄ videmus pro=
phetis Chriſto, Apoſtolis & om̄ibus verbi miniſtris cōtigiſſe,
Quorū exempla velut nubes denſiſſima nos debet animare,
quę videmus cū hac ſcriptura ad apicē & iota vſq; cōcordare.

Ex quo ſequitur, Q iura hominū atq; adeo muta illa &
ſomniculoſa Theologia Sententiaſtrorum, nūq̄ fuerit virtus
oris infantiū & lactentiū, nec cū huius verſus elogio quicq̄ ha=
buit cōmune, qđ eorum nullus adhuc repertus eſt, qui pro ea
aliquod inſigne malū paſſuſſit, niſi forte muliebre aliquod in=
ter rixandū conuiciū, neq; em̄ pro opinionibus adigūtur ad
ignem vel mortem, donec eruperint, & in ſacras literas tranſ=
poſiti, verbum dei tractare cœperint, Quin potius inſignibus
ornantur, loco & nomine donantur, in foro ſalutant̄ & Rabi
vocantur, & ſunt Magiſtri noſtri Eximĳ. Non habet iſta do=
ctrina inimicos & vltores, niſi quo modo vel Pilatus & Hę=
rodes inter ſe aut Phariſei & Saducei, Nā & Thomiſtas, Sco=
tiſtas, Modernos, tū Sacerdotes, Ep̄os & religioſos hodie nul=
lum fuerit negociū, conuenire aduerſus Chriſtum licet inter ſe
im̄ortali diſſidio pugnēt, ſicut p̄s. ĳ. ꝓpheta non im̄erito ad=
miratur. Reges terrę cū eſſent inimiciſſimi, tn̄ aſtitiſſe. Et prin=
cipes ſacerdotū, factiōib⁹ mutuis diſſotiatiſſimos, tn̄ aduerſus
dn̄m & Chriſtū eius conueniſſe. Hæc dicta volo ĳs, qui v̄bū
dei pure proponūt tradere, vt ſciant ſeſe huius verſus lege tāto
plures & maiores inimicos & vltores habituros, quo corrup=
tius eſt ſeculū iſtud nouiſſimū, & ſpecioſior ſpecies, titulorum,
nominū, dignitatū, officiorū, rituū, ſub nomine Chriſti inua=
luit. Stat fixa ſententia, Ex ore infantiū nō perfici, viſi virtutē
q̄ habeat aduerſarios & deſtruat inimicū & vltorem. Non em̄
ĳs prędicatur, qui iam ſunt amici, ſed inimicis, verbū Crucis eſt
& ſcandali, ſi non mortificat aut offendit, verbum crucis eſſe
deſĳt.

Qm̄ videbo cęlos tuos, opera digitorū tuoꝝ, lunam & ſtellas, quę tu fundaſti.

Q; ſollicitus eſt optimus ſpiritus dei nos inflare, ſupbos,
animoſos, & vt ad vocem alludamus, ſpirituales reddere, hoc
eſt ventoſos, tumentes, plenos aduerſus inimicos & vltores,
ſed non niſi in fiducia ſui, dixerat, infantes & lactentes eſſe, q̄rū
eſt infima & impotentiſſima forma, vt quę indigeat in oībus
iuuari, omni paſſioni per ſe expoſita. At eoſdem nūc appellat

i iij

12

cęlos dei, formam scz rerū omnium supremam & potentissimā, vt quę, lumie, motu, fulgure, tonitru, pluuia, & alijs opationibus nihil non possit & faciat in omibus sibi inferiorib9, Neq; em̄ cōuenit satis, vt hoc loco cęlos visibiles ītelligam9, Quę em̄ esset iactantia maximi pphetę tam gaudiosa se visurum esse cęlos, quos & bestię agri & volucres, aut vt multū demus, impijssimi homines vident? Ac forte non sine causa adiecit pronomē, Tuos, quo se ostenderet, non de quibusuis cęlis loqui, sed de ijs, qui sint non hominib9 cęli, sed deo soli, vt in quib9 ipse solus habitet, quos sol9 nouerit, qui sibi soli seruiāt, Nam hi visibiles cęli, & nostri cęli sunt, vt qui nobis q̄q; ad corpalia seruiūt, nobis cogniti. Quod si hęc parū mouēt, moueat Apl'us Heb. ij. qui ingressurus huius psalmi interpretationem, vocat orbem terrę futurum dicens, Nō em̄ angelis subiecit orbē terrę futurū de q̄ loqmur. ¶ Q; q̄'ego, si qs contenderit, non resistam, hunc versum intelligi de cęlis nouis & terra noua, quę creabūtur in die nouissimo, sicut Petrus pdixit. ij. Pet. ij. vt in fine mundi destructis inimicis & vltoribus vniuersis, transeuntibus cęlo & terra, in nouam faciē omnibus mutatis, electi videant & lętētur, sicut dicit Isa. lxv. Ecce ego creo cęlos nouos & terram nouam, & non erunt in memoria priora & non ascendent super cor, sed gaudebitis & exultabitis vsq; i sempiternū, in his quę ego creo, Et hūc sensum iuuat verbū futuri tpis, Qm̄ videbo, Cur em̄ visurū se diceret, nisi futuros & alios cęlos significaret? Sed & Apl'us heb. ij. cū inducit ps. ci. de mutandis cęlis sicut amictū &c̄. videtur hunc ps de futuris cęlis intelligere. Qui huic sensui volet consentire, dicet in pcedenti versu descriptū totius Ecclesię vsq; ad finem mundi negocium, qd' aliud non est q̄ perfici virtutem ex ore infantiū, & destrui inimicū & vltorem, adeoq; & ipm peccatū & peccati vindicem, mortem, vt. i. Cor, xv. Nouissimus destruetur inimicus Mors. Et his destructis cęli noui videantur.

Licet hæc sententia pulchra & vera sit, tn̄ & priorē nō deseremus, arbitrantes, duas summe contrarias formas in verbi ministris depingi, Quarum altera est, qua hominibus paret, hæc nominibus infantiū & lactentiū significatur, scz impotētia, stultitia & inanitas, quā. i. Cor, iiij, latius explicat, dicens, puto enim q̄ deus nos Apl'os nouissimos ostendit, tanquā morti destinatos, quia spectaculū facti sumus, mūdo & angelis & hominibus, Nos stulti pter Christū, vos aūt prudentes in Christo, nos infirmi, vos aūt fortes, vos nobiles, nos autē ignobiles, vsq; in hāc horā, & esurimus & sitimus & nudi su-

262.

8. Psal.

mus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, laborantes manibus nr̃is, Maledicimur & benedicimus, Blasphemamur & obsecramus, persecutionẽ patimur, & sustinemus, tanq̃ purgamenta huius mũdi facti sumus, oĩm peripsima vsq; adhuc. Ecce forma infirma Apl'orum, talis em̃ in oculis hominũ est & esse debet Apl'us Apl'orumq; successor. At rursus .ij. Cor: vlt. Formã, qua ĩ oculis dei erat, quãta copia effundit, inter cętera dicens: Tametsi nihil sum, signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in om̃i patientia, in signis & prodigijs & virtutibus, Et .i. Cor. i. Nos p̃dicamus Christum Crucifixũ, Iudęis scandalũ, gentib⁹ stultitiã, ipsis aũt vocatis Iudęis & gentibus Christũ dei virtutem & dei sapientiam. Et .ij. Cor, vlt. Christ⁹ non infirmatur in vobis, sed potens est in vobis. His om̃ibus declarat q̃ magna sit forma in oculis dei ministeriũ verbi, cũ sicut Cęli pluat doctrinã salutarẽ, tonet minis, choruscet miraculis & signis, illuminet p̱missis &c̃.

Esto ergo sensus hui⁹ versus. Ex ore infantiũ perficies virtutem, & destrues inimicos & vltores, quod erit mirabile in oculis oĩm hoĩm, neq; credibile, vt fastus & potentia mundi tantę infirmitati cędant, fiet tñ. Qm̃ cęlos tuos videbimus. Et qui in carnis infirmitate p̃dicant, virtute tñ spiritus signa facient & p̃ualebũt, & qui in oculis hoĩm sunt despecti, corã te, & q oculos tuos habent, sunt sup̱ omnẽ potentiã & gloriam. Atq; ordinẽ vide, Prior est forma infantiũ, posterior cęlorũ, vt ostẽdat Apl'm seu verbi ministrum, gloriosa forma nihil valere, nisi prius valuerit ignominiosa. Cum aũt nũc summis virib⁹ detestent̃ formã priorẽ, tm̃ diuitijs, luxu, fastu, pompa p̃stantes, quid mirũ, si nec posteriore valeant, nec verbo nec signis aliq̃d potẽtes: Vnde Impator ille, cũ Papa ei suos ostẽdisset Thezauros adijciens. Nũquid Impator nos possumus dicere, aurũ & argentũ nõ est mihi, respõdit satis oportune & salse, sed nec illud quod sequit̃, potes mi pater dicere. Surge & ambula. Nã sacerdotia dũtaxat dispensare & iurgia mũdi curare, quę hodie sunt Apl'icorum negocia, quis nõ vel Turca vl' Scyta possit attẽtare: Infœlicissimũ sane aduentũ dei in carnẽ, si ob hoc venit, vt hãc ptãtem pontificib⁹ daret, quã a seip̃o tãtis repulit studijs, sed sine, sic meret̃ nr̃a ętas administrari.

Mouet forte simplicem lectorem, q̄ visurum se cęlos dicit propheta, cum tamen noui testamenti tempus non viderit, At in persona populi dei loquit̃, qui tũc visurus erat, postea vidit, & nũc videt, visurusq; est in finem mundi. Neq; enim

tam curat exprimere, quo mō ipse videat, q̄ quo modo manifestandū sit quod visurū se dicit. q. d. Cęli tui reuelabūtur & mittentur ī omnē terrā, oīm oculis expositi, vt videre possim eos, si viuerem, nūc vero audio eos & fide sola cerno. Eodem tropo & eadē psona loqt̄ Iacob Gen̄ xlix. Expectabo salutare tuū dn̄e. idest. scio manifeste venturū. Et p̄s. xcvij. Viderūt oēs termini terrę salutare dei, quod est dicere (vt Isaias loquitur) Reuelabitur gloria dn̄i. Et Simeon lumen ad reuelationē gentiū, idest vt reueletur gentibus, Quare hoc suo visu, non nisi manifestam Apostolorū & successorū ostendit oīm oculis p̄sentiam & notitiam. Atq̧ hoc est, ꝙ ꝓpheta exultat, delectatus scz in reuelandis verbi & gratię sacramentis, per Ap̄los & successores eorū.

Opera (inquit) digitorū tuorū, sumpta ex hominib⁹ artificibus metaphora, qui opera sua digitis efficiūt, p̄sertim electiora & teneriora, Nam quę manib⁹ aut pedibus faciūt, crassa sunt & parū artis referentia, oīnoq̧ similia bestiarū operibus His docetur Noui testamenti predicatores esse longe p̄ veteris testamenti sacerdotibus synceriores, ꝙ spiritū a litera plene seperarint, & purissime tenerrimeq̧ tradiderint, quē illi īuolutū rudioribus legis vmbris velut crassiore opere tradebāt, Nihil em̄ ad perfectū duxit lex, ait Ap̄lus, Constat aūt satis ex Euāgelio, digitū dei vocari Spm̄ sanctū, qui siue ip̄e ꝓpter diuersitatem donorū (de quibus i. Cor. xij.) pluraliter digiti dicat̄, sine ipsa dona, nihil refert. Cęli em̄ formantur spiritu sancto, formantur & donis spiritus sancti.

Et illud q̄q̧ perseuerat qd̄ p̄s primo diximus, verbū Asa significare operationē manentem, seu facturam, vt est domus aut vestis, quod hic clare intelligitur, dū opera (Heb Maese) appellat Apostolos & verbi doctores p digitos suos, factos, In quo & altera dignitas Ap̄licę formę cōmendatur, Qui & si coram hominibus sint peripsima, dei tn̄ sunt tenerrima, electissima, gratissima opera, deformātur ab hominib⁹, sed formantur ad eo, illis sunt patientes, īmo passio, huic aūt opus, ī quo iterū fortissima datur consolatio verbi ministris, vt sint fortes animo, sciētes sese esse digitorum dei opera exquisita in omnes volūtates eius. Opus em̄ est robusta consolatione, ijs, qui aduersus totū mundū singuli & soli mittūtur pugnaturi, Vnde & Christus Act. i. p̄cepit Ap̄lis, vt sederent in ciuitate donec induerentur virtuti ex alto, & expectarent ꝓmissionem patris. q. d. nō ibitis donec opa digitorū meorū facti fueritis.

Simul

Simul indicat ea dictione prosperitatem verbi, si ministri sint opera digitorũ dei, Nã Exo. viij. in tercio signo defecerũt magi dicentes. Digitus dei hic est, Sic & Act. vij. Non poterãt resistere sapiẽtiç & spiritui, qui loquebatur. Itaq̃ cçteris oibus resistit diabolus, mũdus & caro, Sed digitis dei qui spiritus & impetus est, nemo resistit, perflat auster hortũ sponsç, & fluũt aromata illius Can. iiij. Flabit (inquit ps. cxlvij) spiritus eius & fluẽt aquç. i. cõuertent̃ & mollescẽt ppl'i, Ita in digito dei, nec aliter eijcit Christus dçmonia. Igitur q̃ infirma, infœlix, stulta est forma Ap'l'ica in infantibus & lactentibus descripta, tã potens, fœlix, sapiens est in cçlis & operibus digitorũ dei cõmendata, vt faciat q̃ nemo credat fieri posse, adeo oĩa sub contrarijs formis aguntur, quç dei sunt, Nam & Moses & Aaron in prioribus duobus signis velut infantes & impotentes habiti sunt, sed in tercio & sequentibus, sicut cçli & digitorũ dei opa prçualuerunt,

Lunam & stellas q̃ tu fundasti. Quçritur quid sit, qđ solis nõ meminerit, qui cçlorũ gloria est? Forte q̃ totũ psalmũ de ipso Christo canit, qui est sol istorũ cçlorũ, vt ps xviij. Soli posuit tabernaculũ in eis, quia de ipso superius dixerat. Eleuata est gloria tua super cçlos, & deinceps latius eundẽ ꝓprio pconio decantabit, dicens. Quid est homo q̃ memor es eius &c. dignior enim & copiosior illi debebatur pdicatio, q̃ lunç & stellis, ideo seorsum erat canendus, q̃q̃ & in hoc satis indicatus est, q̃ fundatas stellas & lunam dixit, Cum fundamentum Ecclesiç & iustorũ, procul dubio aliud nõ sit, q̃ qđ positũ est, qui est Ihesus Christus, sol iustitiç, quõ & Isaiam. xxviij. adducit Petrus. i. Pe. ij. Ecce ponam in Zion lapidem summũ, angularem, ꝓbatũ, electũ, pciosum. Et qui crediderit in eum, non confundetur.

Poterat ergo dicere, lunam & stellas, quç tu illustrasti, seu ꝑ solem lucere fœcisti. Siquidem a Sole vniuersi luminis fonte, aiunt, lunam & stellas illuminari, sed maluit dicere, quç tu fundasti, non sine causa, vt ostenderet simul Christũ Solẽ cçlorũ esse & fundamẽtũ & petrã, supra quã Ecclesia çdificata & fundata prçualet, etiã aduersus portas inferi. Matt. vij. & xvi. Et vt sic potius loqueretur, magis quadrabat ad rem, q̃ si de illuminatione locutus fuisset, Quia Christ⁹ quidem illuminat omnem hominẽ venientem in hũc mundũ. Et Euangeliũ pdicat̃ omni creaturç, sicut sol iste illuminat omnia, verum vt cçci non vident lumen omnia illuminans, ita nõ oĩes obediunt

k

Euangelio, nisi qui fide forti fundantur in Christo sole illuminatore, quod iterũ in nostrã consolationem & exhortationẽ dicitur, Quia q̃tũuis insaniant in Ecclesiam & sanctos Christi, nõ p̄ualebunt, Stat em̃ fundamentũ Christus, stat Ecclesia, quia deus eam fundauit super Christũ, nõ cõmouebit, quia qui credit in illũ non confundet. Q ñ ergo de fide Eccl'ię & iustorũ voluit loqui, qua sola fundantur, repugnabat verbũ (fundasti) vt solem adijcere non posset cũ ip̃e non fundet, sed fundamentũ sit.

Illud minutulũ est, Cur potius dicat quę fundasti, q̃ q̃s fundasti, cũ & luna & stellę sint fœminini gñis, Nam hebręus neutrũ genus non habet. Sufficit lunam & stellas significatiõe allegorica esse Ecclesiã & fideles ĩ Christo, qui fide super eum funditi, visibiles, spectabilesq̃ facti sunt toti mũdo. Sic Daniel xij. Qui aũt docti fuerint fulgebũt quasi splẽdor firmamẽti, & qui erudiũt ad iustitiã multos quasi stellę in perpetuas ęternitates. Non hic loquitur de doctrina & iustitia hominũ, vt ferme contaminat hic locus a plurimis, sed de doctrina & iustitia dei, quę est in spiritu, Atq̃ id indicat ipsa allegoria, q̃ cęlos, lunam, stellas appellat, cũ nihil minus appareant corã hominibus, videntur tñ, idest signis & virtutib⁹ ostendũt mũdo, sed nõ credũtur ab om̃ibus.

Obserua distributionẽ, cęlos appellat opera digitorũ dei, lunam & stellas fundata dei, an non cęlos quoq̃ ip̃e fundat? an non luna & stellę sunt opera digitorum eius? Cur ergo sic distribuit? vtrũq̃ certe ip̃e facit solus, & vtrũq̃ ĩ vtrisq̃ opat', digiti eius faciũt tam cęlos q̃ lunam & stellas, & ipse fundat tã lunam & stellas q̃ cęlos, Verũ ideo hac distributione vsus est, ne sicut Corinthij vllus diceret. Ego sum Pauli, ego Cephe, ego Apollo. Non em̃ Ap'li Ecclesiã & fideles fundauerũt, sed deus qui incrementum dat, sunt tñ ministri, per quos (inquit) credidistis, idest fundati estis, Ipsi vero per nullos alios se priores Ap'los fundati sunt, sed sunt opera digitorum dei prima Iuxta illd' p̄s. xxxiij, Verbo dñi cęli firmati sunt, & spiritu oris eius oĩs virtus eorũ, In qua re, quid opus est iterũ admonere, Maiores Ecclesiarũ, vt intelligant nõ satis esse, si fundentur in Christo cũ cęteris, nisi sint opa digitorũ dei, scz vocati & facti ex deo. At nũc quid sunt, nisi opera manuũ hominũ, simulachra gentiũ, aurũ & argentũ? Aures em̃ habent & nõ audiunt verbũ dei, oculos & non vident seipsos. Manus habent & nõ palpant, alijs bene faciendo, Nec est vox in gutture eorũ, non

enim docent, atq; ita obtinuit quoq; vsus, vt vocentur hodie creatura hominis, Et recte. Si enim essent opera digitorum dei creatura hominis non essent, Et dignũ est sęculũ nostrum, has ventosas & audaces adulationes audire, deniq; in p̃fationibus Epl'arũ non seperãt hominis & dei gratiã, dei (inquiũt) & Ap'icę sedis gratia, quasi parũ sit, dei gratia, aut non ꝓphanũ eodem titulo, dei & hominis gratiam ęquare. Abominatio ista in loco sancto stans, etiã placet his, qui eam summis virib⁹ debuerant ꝓpellere, verũ transeat ista iniquitas, dabitur nostris sua moribus ętas, vt pręsint simul gratia Ap'icę Sedis, & indignatõe tribunalis Christi, Ap'ica sedes debuerat agnoscere tãq̃ gratiã sibi factam, si cooperatores mereretur obtinere & compellere inuitos, tanq̃ onus & nõ gratiã impositura.

Quid est homo quod memor es eius, & filius hominis, qm̃ visitas eum?

Primũ, quia varios hic exercitauit locus authores, illud sciendũ ꝙ in hebręo non est coniũctio disiũctiua, in qua re, & si parua, Aug, Cassio & alĳ suã intelligentiã collocãt, dũ dicũt, Aut filius hominis, pertinere ad Christũ ꝓpter disiunctiuã. Et quid est homo, pertinere ad om̃s alios, verũ hebręus constãter habet, Et fili⁹ hominis, dicens, vben Adam, & hũc sequemur autoritate Pauli heb. ĳ. vtrũq; de Christo intellecturi, vbi dicit. Testatur aũt in loco quodã quis. Quid est homo ꝙ memor es eius, aut filius hominis, qm̃ visitas eũ. Q;q̃ si etiam cõiunctio disiunctiua seruetur, non vrget aliũ hominem, alium filium hominis intelligi, ꝙ vsu permissum sit ĳs, qui cum admiratione nimia (vt hic locus) interrogant, Tautologia tum disiũctiua vtant' tũ copulatiua, ad indulgẽdũ affectib⁹, vt ibi, Popule meus quid fœci tibi, aut in quo molestus fui, aut in q̃ contristaui te.

Deinde obseruandũ, Hebręa lingua duobus nominibus appellat hominem, in q̃tũ natura constat, Quæ sunt, Adam & Enos. Terciũ qd' Is dr̃, & sępius ꝓ homine trãsfertur, recti⁹ vir dũtaxat trãsferret', cũ ab eo dicat' Issa vxor seu mulier. q. d. virago vel viracea, qa inqt Gen̄. ĳ. de IS. idest viro suo sũpta est, vñ & Is fere in scripturis, mariti aut magistratus nomẽ est, & omnino magis ab officio q̃ natura sic dicitur, de quo psalmo primo diximus. Enos aũt & Adã sic differũt autore

Eusebio.xi.p̃pa.Euang.iiij. & D. Hiero.in queſt.hebraicis. ꝙ Enos proprie hominem ſignificet ſcd'm animã, Adam ſcd'm corpus.Et hoc recte. Adama eñ hebraice terram ſignificat de qua ſcʒm corpus formatus eſt, vt ſit Adã dictus ab originis & materię ſuę vocabulo, velut terrenus ſeu terreſtris. Ad qd' reſpexiſſe perſpicue cernitur Ap'us.i.Cor.xv.vbi dicit. Prim⁹ homo de terra terrenus. Secũdus homo de cęlo cęleſtis, qualis terrenus, tales & terreni &c̃.Et trãſlator q̊ꝗ p̃s.xlviij. anxie conatus differentiã in aliena lingua reddere dixit.Quiꝗ terrigenę & filij hominũ vbi dicitur, Tam filij Adam, q̃ filij Is.vocans filios adã, filios terrę ſeu terrigenas, obſcuriſſime loquẽs propter intempeſtiuã etymologiã, ſatis tñ indicans, Adã ſonare terram, ac ſi latine hominẽ ab humo diceres, humigenã vel humanũ.

Enos aũt etymologia ſua, Euſebio, ſignificat obliuiſcentẽ, & ſic diſtinguit hũc verſum, ſicut & in hebręo habetur. Quid eſt Enos, qm̃ memor es eius? Et filius Adã, qm̃ viſitas eũ? Io: Reuchlin dicit. Enos ab afflictione, dolore, mœrore dictũ, qd' vna cũ Euſebij ſententia ſatis placet, ꝙ homo iuxta animã ſuã oblitus ſit dei ſui per peccatũ, non ea quidẽ obliuiõe, quę vulgaris eſt, Nam quis tam impius, qui non plurima de deo garriat & cogitet? Quin nemo frequenti⁹ dei memor ẽ, q̃ impij, maledici, blaſphemi, & ſuperbi, qui vt Iſaias (inquit) nominis dñi recordãtur, neꝗ in iudicio neꝗ in ueritate. Hoc eſt nomẽ dñi aſſidue vſurpant, ſed in vanũ. His bonũ eſſet, vt nominis dñi obliuiſcerentur, ſicut bonũ eſt ei ſacris abſtinere, qui non pure ea tractat, Sed obliuiſcentẽ eũ ſignificat Enos, qui in ſpũ & veritate, dei & ſui eſt oblitus. Cui deus iam non deus eſt nec pater nec dulcis, ſed iudex, hoſtis, terribilis, qualis erat Adã cũ fugeret in paradyſo a facie dñi, Nonne hic nimio erat memor dei? Imo nimiũ ſenſit p̃ſentem, maluiſſetꝗ abſentem, quod & omẽs dęmones & damnati mallent, qui contremiſcunt a facie eius aſſidue. Quicũꝗ ergo a deo deſertus, in eius miſericordia non fuerit eruditus. Hic eſt Enos, miſer, mœſtus, pauidus, deſperatus, & plane inconſolabilis. Quis conſoletur eũ, cuius conſcientia eũ contriſtat? At conſcientia lęta non eſt, niſi ea q̃ fidit in dulciſſimã dei miſericordiã, audens eũ patrem cũ omĩ fiducia appellare, nec iudiciũ, nec mortem, nec vllũ malũ, prę hac fiducia metuens. Sicut econtra triſtis non eſt, niſi quæ hac fiducia inanis ſentit illud Deutr.xxviij. Dabit tibi dñs cor pauidũ & animã mœrore conſumptam, Mane dices, quis mihi

det vespere? & vespere, quis mihi det mane? Hęc igitur obliuio facit Enos & hominē, in quā maxime nos protrudunt, traditiones, consilia, solatia hominum, sola aūt fides liberat & memorem rursus dei facit, non nisi misericordiā & charitatem in Christo nobis ꝑponens & cōmendans.

Vide ergo antithesin gnauiter positā. Quid est Enos, q̄m memor es eius. Memoriā dei & obliuionē nostrā pulcherrime componit, & nescio an propheta vere, memorem deum, ideo dixerit, vt Enos Etymologiā indicaret, an Eusebius ex verbo meministi, Enos obliuiscentē etymologissarit. Nam illud, Et filius hominis qui visitas eū, obscuriore vel nulla antithesi dr̄, nisi in hoc spectetur, Q. deus cęli & filius terrę sint duo longe cōtrarijssima, vt alterū ab altero visitari sit mirabilissimū, sicut illud p̄s. cxi. Quis sicut deus noster, qui in altis habitat & humilia respicit?

Igitur grande miraculū est, hominē qui in seipso & oīm oculis derelictus, desperatus, oblitus dei, nihil minus sentit, q̄ deū sui memorem esse deo in memoria, Et cor hominis debet ac pōt hoc capere & credere, deū esse iucundū, beneuolentem, dulcem, quē non sentit nisi iracundū, horrendū, insustentabilem. Quis non miretur? Quis non dicat. Quid est homo ꝙ memor es eius? Opera dei sunt hęc incōprehensibilia, nisi per fidem. Et vestigia hęc non cognoscūtur p̄s. lxviij. Ita visitari filiū hominis, quis credat a deo? cum non sit nisi despectus ab omnibꝰ, nec in eo quicq̄ apparet, nisi ꝙ natus est de muliere, similis naturę substantia. Si em̄ esset filiꝰ Regis, principis, sacerdotis, diuitis, honorati, appareret non difficile, visitari a deo. Nunc nihil vilius dici pōt de homine, q̄ ꝙ sit filius hominis (nisi vellet hominē negare) hic em̄ titulus cōis ē, q̄ cuilibet oīm nouissimꝰ & vilissimꝰ, Et grādis est Tapinosis in verbis istis, Filius hominis, sicut in verbis Pilati q̄n dixit de Christo. Ecce homo, vult em̄ vilissimo nomine eū appellare, qd̓ nemo hominū in altero multū curat, & tn̄ deus ita curat, vt visitet & ad eū veniat, quem vniuersi ne respiciant quidē, vnde in ꝓpheta Isa. lviij. Sublimes hominū oculos in personarū respectu occupatos arguens dicit. Si videris nudū, operi eū, & carnem tuā ne despexeris. Ecce tuā carnem appellat, nudū, famelicū, sitientem, egenū, & quo quisq̄ est nouissimus. Sic scz formā quæ in omībus nobis cōmunissima est, nemo nostrū perpendit, ꝓ qua culpa digni sunt sapiētes illi, vt vniuersalia vel Purphyrij vel Aristotelis somnient, & naturas cōes vanissimo studio, ꝑ

ditoq; labore quęrant, qui vniuersalia ista creatoris in seipsis negligunt.

Emphasin ergo vide, Nõ solũ nouit Enos, sed memor ẽ, nũq̃ obliuiscitur eius, semper bene cogitat de eo, nũq̃ derelinquit, vnde huius rei exemplũ Isa. xlix. describit, Et dixit Zion, derelinquit me dñs, & dñs oblitus est mei. Nunquid obliuisci põt mulier infantis sui, vt nõ misereatur filio veteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tñ nõ obliuiscar tui, Ecce in manib⁹ meis descripsi te, & muri tui corã oculis meis semper, Ita nõ solũ videt aut ad filiũ hominis mittit a longe, sed prope est dñs, & visitat eũ sicut amicus amicũ suũ. Quis (inq̃) credet hęc? at nisi credantur, nõ fiũt. Proinde exui oportet omnẽ laruã, & relinqui aliud nihil q̃ hominẽ & filiũ hominis, si dignus esse velit q̃spiã, memoria & visitatiõe dei, Alta em̃ a longe cognoscit, humilia & afflicta respicit, Homo contra, quiduis magis obseruat q̃ hominem & filium hominis, cũ sit tñ proximus suus & caro sua.

Verũ. Qũo hęc conuenient Christo, de quo diximus ꝓprie ꝓphetã loqui, teste Apl'o ad Hebręos? At idẽ Philippeñ ij. breuiter id ostendit. d. Qui cũ esset in forma dei, nõ rapinã arbitratus ẽ esse ęqualẽ deo, sed exinaniuit se formã serui accipiens in similitudinem hominũ factus & habitu inuentus, vt homo, Nõ em̃ inuentus est vt Rex, princeps, aut aliquid eiusmõi personarũ, sed vt filius hominis similis homini nouissimo. Deinde & maxime assimilatus est peccatoribus, factus Enos, tristis, afflictus, & oĩno sicut vnus ex nouissimis nobis, portans in seipso iram patris ꝓ nobis, & factus vilissimus terrę filius in oculis hominũ, vt non solũ ipi, sed nec vlli mortaliũ videretur, deus esse memor eius, aut eũ visitare, quin ipe de se dixit, periit fuga a me, & nõ est qui requirat animam meam. Et iterũ, factus sum tanq̃ vas perditũ, proiect⁹ sum a facie oculorũ tuorũ, potissimũ aũt respicit ad tempus passionis Chri, Qñ incepit tedere & pauere in horto, tũc em̃ exinanitus, factus est Enos corã deo & seipo, factus filius Adã corã hominib⁹, relictũq; alid' nihil q̃ natura sibi, naturęq; vocabula, Nã sicut dixi Enos ad animã, Adã ad corpus pertinere, ita pronũ seq̃t, Enos pertinere ad hominẽ, vt est corã deo, miser & afflictus, Adam filius, vt ẽ corã hominib⁹ vilis & despectus.

Ecce ergo. Hic est sol iustitię, rex noster, super q̃ miraẽ ingenti stupore ꝓpheta, Nunquid hic illuminabit lunam & stellas & creabit cęlos, imo fundabit? Sic vtiq; sic, Sic lucet his ra=

dijs illustrat mundū, qui eū recipit, ideo em̄ necesse est lunam & stellas fundari, ne hac solis sui luce offensi ruant. Atq; hęc ratio est, cum tam magnifica allegoria, cęlos, lunā & stellas prędicasset, cū iam expectaretur, vt de sole quoq; diceret, repēte videatur aliena loqui, raptus in stuporē, solis huius gloriam ineffabilem demonstrans, magisq; admirāte silentio, q̄ magniloq̄ verbo eū indicās, Ac si dicat, de luna & stellis audistis, porro de sole quid dicam? Stupore superor, sol est, sed quis capiat, cū sit Enos & filius Adam? vere mirabilis & laudabilis deus, qui huius memor es, & eū visitas, q̄to magis mirabilis q̄ hunc solem esse constituisti oīm illuminatorē? illud mirabile, hoc plusq̄ mirabile & hōi incredibile prorsus.

Hic nūc videat q̄sq; sibi, primū, q̄ patiens aut plenus sit radiorū huius solis iustitię, quia em̄ peccatū destruēdū est, quod sine dolore & ignominia fieri nō pōt, ideo Enos & filium hōis fieri quēq; necesse est, vt sit intus dolens & foris confusus, & sic vtriq; nomine naturę suę satisfaciat & respondeat similisq; fiat Christo, qui similis prior factus ē ei. Nos em̄ nihil ita fugim⁹, atq; ne simus, scz Enos & Adā, semp delectati alienis vestiri plumis & laruis, & ea q̄ iustorum & sanctorum sunt nobis vendicare, idest lętitiā & gloriā, verū sol iustitię nō sicut lucet, nec tales illuminat, nec super se fundat.

Deinde vbi talis fuerit, confidat & gaudeat, huius v̄sus solatio cantans & sciens, q̄m dn̄s memor est Enos & visitat filiū hōis, sicut in Chr̄o sole suo ostēdit, Porro q̄uo Christ⁹ hac rōne Enos & obliuiscens dei fuerit & filius hōis, per oīa sil'is nobis, forte p̄s. xx. latius dicetur.

Minuisti eum paulominus ab Angelis Gloria & honore coronasti eū.

Nostri adijciūt huic versui, Et constituisti eum super opera manuū tuarū, quę est in heb. sequentis versus p̄ticula prior, hebręus sic habet. Et minuisti eū paululū ab Elohim, qđ Hero: transtulit, a deo, Et satis constat, Elohim in scriptura, non tātū deo, sed & principibus & iudicibus aliquando, q̄ vicarij dei sint, accomodari, vt Exo. xxi. Offerat eum dn̄s dijs, & applicabitur ad ostiū. Et Gen̄. vi. Vidētes filij dei, filias hoīm, q̄s oīno filios patriarcharū intelligimus, ipsos q̄q; Gygantes, q̄ q̄ siquis pertinaciter neget vspiā Elohim hōibus tribui, nescio q̄ ratiōe conuincerem, cum his duobus locis & alijs etiam deus queat

intelligi, verũ autoritatem aliorum interim sequamur receptiorem, q̃ vt liceat cõtradicere.

Noster sane interpres videtur potius ab angelis, q̃ a deo reddidisse, ꝙ forte ineptius esset dicere deo. Tu minuisti eum a deo, cũ oĩno aliam minuentis & aliam eius a quo minutus est personam, sermo exigere videatur, Sed hoc offendiculũ facile tollit vsitatissimus tropus scripturę, quo ad secundã personã loqui solet in tercia. vt. ij. Reg. xiiij. Quę ait ad Dauid. Recordetur Rex dñi dei sui, ita hic potuit intelligi locutus. Minuisti eũ paulominus a deo. idest, a te, ꝙ maior sit reuerẽtia, in tertia persona q̃ secũda ad maiores loqui.

Sũt aũt huius medij versus singulę dictiones a multis tractatę, difficultatẽ prestiterũt Angeli, & aduerbiũ paulomin⁹, & verbũ minuisti, & pronomen, meum, Nec defuerũt qui de humana natura ad angelos compata, conati sunt intelligere, sed nos modo consequentia cogimur p̃cedentibus copulare idq̧ vnico & simplici sensu, ideo ex oĩbus quę placent & cõgruũt accipiamus, relictis cęteris apud suos.

Explicat aũt iste versus oĩno p̃cedentem, in quo dictũ est, Christũ Enos esse in memoria dñi, & qui contemptus fuit hominibus, visitetur a deo, ideo sensus est. Dereliquisti eũ paulo tpe, sed cũ gloria magna suscepisti eũ, quo ostendisti, q̃ non fueris eius oblitus, nec eũ despexeris, vt p̃s. xx. Q m̃ nõ spreuit neq̧ despexit deprecationem pauperis, Ideo oĩno pronomẽ, Eũ, referre debet, non filiũ dei s̃zm diuinitatem, qđ faciũt, qui per incarnationẽ eũ intelligũt, hoc loco ab angelis minoratũ, sed s̃zm humanitatem, in qua Enos, tristis & dolens factus, dũ nostros ferret languores, videbatur in obliuiõe esse corã deo, & desertus, sicut reuera fuit q̃tũ erat in sensu suo ipsi⁹ & hoĩm. Nam oĩno de passione Christi hic p̃s loquitur, & gloria per passionẽ obtentata, vt clare Apl'us Heb. ij. dicit. Eum aũt qui minoratus est paulominus ab Angelis, videmus Ihesum per passionem, gloria & honore coronatũ &c̃. Et paulominus nõ ad dignitatem, sed ad tempus pertinet. Idem ẽm aduerbium p̃s ij. habuimus. Cũ exarserit in breui ira eius (.i. cito & post modicũ exardescet ira eius). Et oĩno nihil de substãtia, differentia, dignitate naturarũ hic agit, sed de duratiõe passionis.

Iam verbũ minuisti, quia non reddidit hębraicum, nobis sonat, ac si eũ, qui magnus est, quispiam ĩminuet, quo modo patientia, dignitas, opulentia alicuius auferens minuit, Iohã. Reuchlin interpretatur, defecit, defuit, diminutum fuit, vt. iij. Reg. xvij,

Reg.xvij.Nec lecythus olei minuetur. Et infra. Nec Lecythus olei est īminutus. Ex quo patet hoc loco significari, Christum derelictū a deo, vt qui cessarit eum tueri & ei defuerit sicut in cruce clamauit, Eli Eli lama azabthani? Nā hoc paululū intelligit, scz horam illam de qua dixit, sed hęc est hora vestra & potestas tenebrarū, Itaq; cū ad hanc vsq; horam esset potens in opere & sermone, subito & paruulo tpe, nēpe triduo, minutus est & desertus a deo in hac potētia, subiectus infirmitati & morti quoq; & inferno, nā qd sit a deo relinqui, suo loco dicemus. Quare eandem ferme sententiā hoc versu de Christo quā Isaias. liiij. de toto populo dei ponit dicens. Ad punctū in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meā parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui,

Scz hęc omīa in robustissimā consolationē nostram, vt discamus ex modica tribulatiōe tpis huius, lucrū facere ęternę salutis, nec cū anxiamur, arbitremur, inęternū nos derelinqui ab eo, quem audimus esse memorem Enos & visitare filiū hominis, q̄tūlibet minuet nos paulo minus, veniens visitabit, & gloria honoreq; coronabit modicū passos, vt, i. Pe. i. Modicū nūc si oportet contristari in varijs temptationibus, Eiusdē. ij, vlt. Deus aūt omīs gratię qui vocauit vos in ęternā suā gloriā in Christo Ihesu, modicū passos, ipse perficiet, confirmabit, consolidabitq;. Et Paulus. ij. Cor. iiij. Id em̄ qd in p̄senti est. i. (momētaneū) & leue tribulatiōis nostrę, supra modū in sublimitate ęternū glorię pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quę videntur, sed q̄ non videntur, Verū fide hic opus est. Est em̄ mirabile in oculis nostris, dū agitur. sicut hic ꝓpheta quoq; miratur. d. Quid est homo, qd in hebręo potest dici, Q; homo, qm̄ memor es eius, Nā dictio ma, hebraicis valet, aliqn̄ quęsitiuum quid, aliqn̄, Q;, vt p̄s, cxviij. Q̄uo dilexi legem tuā dn̄e, pro, q̄ dilexi. Et infra. Q; dulcia faucibꝰ meis eloquia tua, Et p̄s. lxxxiij. Q; dilecta tabernacula tua, īmo & hoc p̄s. Q; admirabile est nomen tuū. Hoc em̄ fefellit interpretē, quo minus Isaię. xxxvij. clare redderet hebręū. Et dixit Ezechias, Quod erit signum, quia ascensurus sum in domū dn̄i. Nō em̄ quęrit ibi, sed miratur signū quod ei datū erat, dicens. Q; signū, quia ascendā. q, d. Nōne hoc grande & mirabile signum? ita non inepte hic diceretur. Q; homo, qm̄ memor es eius, qd sic redderetur, Nonne mirabilis est ille hō? Nōne mirabilis ille filiꝰ hominis? memor es eius dū obliuisce-

ris, visitas eum dum derelinquis, verũ hoc facis, vt in breui eũ deseras in æternũ exaltaturus.

Hoc sensu habito perspicuũ fit, hebræũ, me Elohim, aptius transferri a deo q̃ ab angelis, ꝙ Christũ a deo canit memoratũ & derelictũ, visitatũ & desertũ, minutũ & auctũ, non tamẽ ob id reijcienda est vsitata translatio, siue Apl'us aut quisquis alius hebraice scripserit Epistolã ad hebræos siue græce, cũ constet Apl'm raro citare hebraicã ꝓprietatem, sed frequentissime lxx. etiã in alijs Epl'is, vt Ro. iij. ex p̃s. xiij. & v. facit. Atq; illud maxime conuincit autorem eiusdem Epl'æ legisse & scripsisse ab angelis, non aũt a deo, ꝙ accedens ad huius psalmi testimoniũ dicit, Non em̃ angelis subiecit orbem terræ futurũ, de quo loquimur, Tunc mox inducit hunc p̃s, Christo hõi esse subiectũ probans, neq; em̃ liceat cogitare Apl'm voluisse dicere, Non em̃ deo subiecit orbem terræ futurũ, Sequendo itaq; hebreũ sensum non possumus Christi minoratiõnẽ compatiõe angelorũ intelligere, cũ vt & Erasmus bene infert, non solum Angelis minor sit factus, qui nouissimus virorũ, & (vt dixi) ꝑter Enos & filiũ hominis reliquũ non habuit. Ex Apl'o hebræorũ non liquet quid velit.

Quare cũ Chr̃us fuerit mĩorat⁹ a deo nec ãpli⁹ cũ eo fuit ĩ virtutibus, triduo passionis suæ. quid mirum, si & ab Angelis volẽte deo, desertus sit? sicut dicit, An nõ credis, q̃a possum mõ rogare patrẽ, & exhibebit mihi plusq̃ duodecĩ legiões Angelorũ? Ne aũt leue putes ab angelis nos esse minutos seu relictos, consyderandũ ꝙ vniuersam nostram salutem ministerio angelorũ deus curat, sicut p̃s. xc. scriptum est. Q̃m̃ angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in om̃ibus vijs tuis. In manibus portabũt te, ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuũ. Et p̃s. xxxiij, Immittet Angelus dñi in circuitu timentiũ eũ & eripiet eos. Sic filios Israel Angelus eduxit ex Aegypto posuitq; se inter eorũ & Aegyptiorũ castra, Et angelus (inquit) meus p̃cedet te. Sic Lot de Zodomis eripuerũt, & tres pueros in camino ignis angel⁹ seruauit, Atq; in lib. iudiciũ quoties quæso Angelorũ officiũ memorat̃ ꝓhõib⁹ sicut & ĩ Zacharia & Daniele, vt recte Paul⁹ heb. i. dixerit esse eos spiritus administratorios missos ꝓpter eos qui hæreditatẽ accipiũt salutis, Non igitur mirũ ꝙ ꝓ nouo miraculo & stupore ducit ꝓpheta, oẽs veteris sæculi patres fuisse adiutos & seruatos ab angelis, Et eos in hoc vno Christo cessare, eũq; minui ab eorũ solatio, Simili affectu p̃s. ij. loquit̃. In te sperauerũt prẽs nr̃i & salui facti sunt,

In te sperauerũt & nõ sunt cõfusi. Ego aũt sum vermis & non homo, opprobriũ hoĩm & abiectio plebis, ac si dicat, illi fide sua obtinuerũt salutẽ in aduersis, nec vnq̃ ad mortẽ vsq; sunt relicti. Ego aũt relinquor vsq; ad mortẽ, & spes mea post mortẽ demũ veniet. Talis eñ passio decet nouũ testamentũ, ideo Christ⁹ Caput, p̃cedit, & prior oĩm relinquit̃ & minuit̃ a deo & angelis, Sequũtur eũ oẽs qui credũt & inuocãt nomẽ eius, Quare sicut B. Aug. ad Honoratũ tractãs p̃s. xx. recte docet ĩ ipo differentiã Noui & veteris testamẽti, q̈ in hoc aliq̃n quidẽ relicti sũt patres vsq; ad periculũ vitę, sed nũq̃ ad mortẽ vsq;, illo aũt sicut oues occisionis ęstimant̃ oẽs, & in mortẽ deserũt̃ ignominiosissimã. Ita & hoc p̃s eandẽ nouitatẽ passionis celebrat ꝓpheta, & prę antiqua admiratur. Immo nõ modo angeli ei nõ astiterũt ac ministrauerũt sicut solent, sed & quicquid nomine Elohim põt significari, principes, reges, sacerdotes, seniores, & qui prius ei adhęrebant.

Gloria & honore coronasti eũ, pulchre reddit cõtraria cõtrariis, Gloriã Enos, honorẽ filio Adã, coronam minuto ab Angelis, quę vt intelligamus, vocabula primum declaremus, Gloria hoc loco ꝓprie ponit̃ Cabod qđ Δοξαν gręci dicũt, de qua p̃s. iii. Tu es gloria mea. & p̃s. vii. Gloriã meã ĩ puluerẽ deducat, Ea est, nõ mõ pompa nominis, seu, vt dicũt, fama cũ laude celebrata, volentes gloriã a laude seu fama discerni celebritate, quasi gloria sit claria a claritate dicta, verum est & ipsa Augusta maiestas rerũ pulcherrimarũ & maximarũ, q̃s possidemus, & ex quib⁹ tũ ista fama celebrat̃, tũ nosipsi gloriamur & superbimus, vnde dñs Matt. vi. Dico vobis nec Salomon in omi gloria sua vestitus fuit sicut vnũ ex istis. Quid hic gloriam nisi pompã & maiestatem abũdantiãq; rerũ appellat, q̈bus Salomon erat celebratus apud oẽs gentes? vnde & in heb. gl'a a v̄bo venitq đ grauescere significat, vt p̃s. iiii. vidimus.

Honor autem quod hadar hebręis sonat, mirum q̃ varie & inconstanter sit passim versum, nunc pro decore, nunc pro honore, nunc pro pulchritudine, nũc pro magnificentia, nũc pro splendore, nunc pro dignitate. p̃s. ciii, dicitur. Confessionem & decorem induisti. p̃s. xcv. Confessio & pulchritudo, quę duo nomina p̃s. xliiii. sic redduntur. Specie tua & pulchritudine tua. p̃s. cxliiii. Magnificentiã glorię sanctitatis tuę. p̃s. cix In splendorib⁹ sanctorũ. Prouer. xiiii. In multitudine populi dignitas regis. Hæc oĩa loca habẽt idẽ nomẽ hadar seu hęder, quę ab eodẽ v̄bo veniũt, hadar, qđ autore Reuchlino significat, decorauit, honorauit, glorificauit, Ex q̈b⁹ seq̄t̃ honorẽ

hoc loco propriissime redditum hebręo nomini, significare pompam alterã magnatũ, quę consistit in multitudine eorũ, qui eos reuerentur, suspiciũt, adorant, subiiciuntur, seruiunt, obsequũtur, assistũt. Hiem sunt decor, ornamentũ, splendor, magnificentia, pulchritudo, dignitas regis, vt gloria & honor sint velut contrarię pompę. Gloria ꝙ a rege exit & diuulgatur ad alios. Honor, ꝙ ad eũ hac gloria moti, multi veniũt & agnoscũt. Ex hoc Leui. xix. dicitur. Honora personam senis, Et mutuo se augent hę duę pompę. Gloria em̃ multos allicit vt honorent. Allecti vero vt honorent, mox gloriam augent, Ideo canimus deo gloriam & honorem in sęcula sęculorum, qđ in sempiternũ augeatur & maneat. Sicut econtra duo illa mala q̃ꝗ se mutuo augent, quę sunt Enos & filius hominis, qui eũ oblitus ẽ dei, & miser ac tristis factus statim & filiꝰ Adã deseritur, quia de quo nihil dicitur, eundẽ & nemo honorat, sicut in seipso nihil est, ita ab om̃ibus deseritur.

Coronasti, metaphorice dicitur a corona, quæ vndiqꝫ perfecta est & totũ cingit, pro eo qđ ẽ, circũdedisti eũ. i. Reg. xxiii In modũ coronę cingebãt Dauid & viros eius. Et p̃s. v. Sicut bonę voluntatis tuę coronasti nos, Igitur Christus factus pro nobis Enos, desperatus & afflictus vndiqꝫ & in om̃ibus, nunc habet oĩm rerũ imperiũ multa laude & fama celebratũ, delectatus & securus in om̃ibus, Factus filius Adam contemptus & inhonoratus, nũc honoratur, adoratur, quęritur ab oĩbus, Et qui minutus fuit ab om̃ibꝰ, nũc his vndiqꝫ ex om̃i creatura cingit, vt nõ sit creatura q̃ hoc ignoret, aut nõ honoret, Euangeliũ em̃ prędicatũ est om̃i creaturę in gloriã eius, Rursum in nomine eius om̃e genu flectitur, cęlestiũ, terrestriũ & infernorum. Ista em̃ corona glorię & honoris, idest vniuersę creaturę, nulli vnq̃ alteri concessa est neqꝫ conceditur. Ex parte em̃ illi glorificantur & honorantur, & nullus habet om̃ia nisi ille qui minutus est paululũ ab om̃ibus, ex nulla parte gloriam & honorem habens, ĩmo ex om̃i parte afflictionẽ & irreuerentiam, vt pro hoc merito coronetur in ęternũ gloria & honore. Verũ ista corona gloriæ & honoris nondũ est completa, vt Paulus dicit. i. Cor. xv. Nũc aũt nondum videmus ei om̃ia subiecta, oportet em̃ illũ regnare donec ponat om̃es inimicos suos scabellũ pedũ suorũ. Hoc agitur scz vsqꝫ ad extremũ iudicium, interim manent, qui non glorificent nec honorificent eum, & coronę huius plenitudini resistant.

Constituisti eũ super opera manuũ tuarũ, Omnia subiecisti sub pedibus eius.

Sic versus iste in heb. absoluitur, in quo gloria & honor Christi exponitur. Gloria est qđ oĩm rerum dñs est, atq; ita vides gloriã esse maiestatẽ rerũ possessarũ (vt diximus) Honor est oĩa ei esse subiecta, omnia eũ agnoscere, ad eũ conuerti, ex nutu eius pendere, & satis pulchre aperteq; vtraq; pompa, tã glorię q̃ honoris hoc versu cõponitur, dũ simul dñs & subditi describũtur per verba constituisti & subiecisti, quorũ vno dñs & gloria, altero subditi & honor monstrantur. Eadẽ duo & ps. xliiij. sic habentur. Alterũ illo Specie tua & pulchritudĩe tua, intende, prospere ꝓcede & regna, ꝓpter veritatem & mansuetudinẽ & iustitiã deducet te mirabiliter dextera tua. Alterũ isto. Sagittę tuę acute, populi sub te cadent in corde inimicorũ regis, Hic est ergo princeps regũ terrę, & dñs dominantiũ, Cõfer eos huic regi, super quę nã sunt constituti? Certe super opa manuũ dei, sed nulli oĩa subiecta sub pedib9, Parum sonat, opera manuũ dei ad sensuales illos titulos regnorũ, prouintiarũ, populorũ, & spectacula insigniũ imaginũ monumentorũ, quibus reges & principes mundi iactantur, paruo titulo Christi regnũ & sine insignibus p̃dicatur infinitũ & ęternũ, opa (inquit) manuũ tuarũ, Non eñ terrę aut cęli nomine potuerũt comprehendi. Quicquid eñ creauit deus, Christo subiectũ est, vt. i, Cor. xv. Qui dixit oĩa nihil vtiq; excepit, p̃ter eũ, qui subiecit ei oĩa.

An aũt frustra dixit, oĩa subiecisti, & tñ non dixit, Constituisti eũ super oĩa? Omisit eñ in subiectione opera dei, & in constitutione, oĩa, cũ tamen coniũcta vtrinq; velit intelligi. An in detestationẽ fastus & ambitiõis sic loquitur? vt nec ille, cui vere omnia subiecta sunt a deo, titulũ iactet se esse constitutũ super omnia, & maior sit possessio q̃ titulus, cũ contra homines, non raro solis rerũ titulis vehatur, rebus satis exiguis dominantes, Illud certe Ap̃lico more pensandũ est, ꝙ Chrm describit, non ambiuisse hũc principatũ, sed a deo cõstitutũ, vt disceremus non assumere honorẽ, nisi vocati, sicut Aaron heb. v. Et quod mireris tam ingens imperiũ Christo his verbis tribuitur, & tamen ambitio singulis pene syllabis coarguitur, nullũ hic inflatũ verbũ, queadmodũ decreta hominũ solent dicere. Cuncta per mundũ nobis &c. Et iura tam cęlestis q̃ terreni imperij Petro clauigero suo commisit. Sic tument Bullę,

134

inflatoq; rotant turgentia gutture verba. Hic aūt cōstituisti (inquit) & (eū) & super opera manuū tuarum, vide vt pressis, verecūdis, tenuibus, solidis tñ verbis, inęstimabile regnū Chri tractat, q̄q̄ pro cōstituisti in heb. habetur, dn̄m fecisti, quō Petrus Act. iiij. loquit. Hunc Christū & dn̄m fœcit &c. sicut soli. Gen. i. dicitur, vt p̄esset diei, seu vt p̄s. cxxxv. Solem in ptātem diei.

Et pulchre opera manuū tuarū dicit, sine om̄i specie cōmendans possessionē Christi. Hominū em̄ mos est his tantū imperare & pręesse, quę digna, magna, multaq; sunt, & oīno ex quibus ipsi lucrū, honorē, voluptatēq; capiant, Ea q̄ sunt vilia, indigna, & quæ egeant ipsorū ope vel opera facile permittūt vt alijs subsint. At Christus oīm dn̄s, quęcūq; opa dei censentur, siue sunt infirma, egena, contēpta siue potētia, opulenta, honorata possidet. Non est rex, qui personarū respectu captus regnet, Sed quicquid creatura dei est, suū agnoscit sine vlla differentia, proinde Christi regnū tale est, vt nō mō nulli alteri possit conferri, sed & si conferri posset alteri, nullꝰ queat repiri, qui susciperet, Nemo em̄ ē eorū qui vel ambitiosissimi sūt, qui optet pręesse infirmis, egenis, ignominiosis, & ex qbꝰ nihil sibi ꝓuenire possit, Om̄es em̄ offendit verbū hoc, opera manuū dei, & om̄ia, nec delectantur scire, quid ista vocabula significent.

Ex his fuerūt & pontifices olim, qui om̄ia sibi arrogarunt, sed non id quęsiuerūt, vt opera manuū dei, & om̄ia regerent, sed om̄ia quę sibi placerent, & quędā opera dei q̄ ipi elegerāt, Cętera quibus & prodessent nihil curantes, q̄tūuis inter opera dei & om̄ia censerentur, purissimus ergo sit oculus necesse est, & ab om̄i personę ac laruę specie alienissimus, qui opera manuū dei recte debet intelligere, In hoc em̄ nomine nō differunt Papa & laicus, Impator & mendicus, hostis & amicus, sapiens & indoctus, sanctus & peccator, sanus & egrotꝰ, viuus & mortuus, Idem dn̄s oīm & ęqualiter om̄ia sunt illius.

Gaude ergo o Christiane & quicūq; te opus dei esse agnoscis, tibi hęc & magno solatio dicūtur, si credis vere Christū esse super omnia dn̄m constitutū. Si em̄ inimici tui vel a longe in te mala consultant, in quē rogo cōsultant? In te an in Chr̄m? Eius em̄ sunt & illi & tu, Noli timere, ipse pręsens est illic & hic, videt quid contra te moliantur, & maiore cura super te vigilat q̄ tu super teip̄m. An putas rem possessam habere posse super

8 . Psal:

seipsam maiore sollicitudine q̃ habet ipse possessor? Quid aurum in arca vel pera pro se cogitat? Nõne paterfamilias arcam quoq; ei prouidit, & oĩ hora latronũ & furum insidias sollicitus obseruat? An aurum rapitur sibi ipsi, an possessori suo? Et fur vtrũ offendit grauius? aurũ an possessorem? An putamus auarũ hominem vri de rapina suarũ rerum, & Christũ non vri de quacũq; lęsione rerum suarũ? Et quõ obediet patri subiicienti oĩa sub pedibus? Q, si te occidãt, exurãt, lędant, criminentur, eiiciant (modo sis ei tu subiectus) Rogo cui damnũ faciunt? cuius rem perdunt? tuam an Christi? Ve incredulitati nostrę q̃ p̃ sua impietate, hæc solatia & tantã securitatem non potest intelligere, Non enim deest protector & possessor nobis, sed deest fides, quę credat nos esse possessionem illius, Verbum em̃ maximę fidei audis cũ dicitur, Oĩa subiecisti sub pedibus eius, & constituisti eum super opera manuũ tuarũ.

Si dicis, Metuo, ne me perdat ipse dñs meus, cum sum peccator magnus nec meritus ab eo possideri hac fœlicitate, Nõ perdet te si confitearis te esse suũ, & eũ esse dominũ tuũ, ipsius enim sunt & sancti & peccatores & omnia opera manuũ dei, Oĩs lingua (inquit Philip. ij.) confiteatur q̃ Ihesus est dñs & hoc ad gloriam patris. Et Ro: x. Si confessus fueris ore tuo q̃ Ihesus est dñs, & corde tuo credideris q̃ deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Hac (inq̃) confessione & fide, si peccator es, non modo iustus, sed & saluus eris, dicit hic Apl'us. Eos potius damnabit, qui cũ sui sint, eum nolũt recipere in dominũ, sicut Lucę. xix. dicit. Verũtamẽ inimicos meos illos q noluerunt me regnare super se, adducite huc & interficite ante me, hi enim nolunt & cogũtur ei esse subiecti. Non enim habemus regem qui exactor sit, sed saluator, potissimũ eorum qui oppressi sunt vel pęnis vel peccatis, Nam in his pręter titulum operis dei vix reliquũ est. At opera dei sunt eius ꝓpria possessio, quare si peccas & cadis, ne desperes de Christo, non enim extra eius imperiũ rues, nisi desiueris esse opus dei. Q, si imperium eius agnoscis. Et cũ illo Sapiẽtię. xv. ei dixeris. Etiã si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam &c̃. non potest ipse te dimittere, nec tu sine fiducia misericordiæ eius dimitti. Agnoscet ipse te suam possessionem, si agnoueris eum tu dominũ tuum. Nam hoc ẽ, quod impiis Isaię primo

exprobrat. Cognouit bos possessorem suũ, & asinus præsepe dñi sui, Israel aũt me non cognouit, & populus meus nõ intellexit. Igitur, Constitutus est nobis super omnia, vt in oĩbus nos possit iuuare, & ad eũ nos queamus cõfugere, siue in peccatis, siue in morte, siue in vita, siue in iustitia. Siue viuim⁹ (inquit Ro. xiiij.) siue morimur dñi sumus, Nemo sibi viuit, nemo sibi moritur, Qui viuit, dño viuit, Qui moritur, domĩo moritur.

Oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi. Volucres cæli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Hi duo versus occasionem dedisse videntur interpreti nr̃o & alijs, vt de puro homine psalmum intelligerent, & Elohim angelos transferret, In qua sententia sunt & magni aliquot patres, quod ex Geñ. i. cap. homini formato deus tria hæc animãtiũ genera legitur subiecisse, Et habent sane pro hoc sensu nõ parũ speciei, Q, videlicet oĩa illa subiecta, videt explicare propheta his versibus, esse aliud nihil quam bestias terræ, cæli & maris, neque magnũ videatur Christo tributũ, si imperiũ harũ bestiarũ ei tribuatur, quandoquidem & humani reges, etiam hominib⁹ præsint. Verũ fortiter obstat Paul⁹, nõ modo ad hebræos, si forte quis eam neget esse Pauli, Sed &. i. Cor. xv. Omnia (inquit) subiecit sub pedibus eius, Cũ aũt scripturæ & verbi dei, oporteat esse vnũ simplicem, constantemque sensum, ne (vt dicunt) sacris literis cereũ nasum faciamus, Iustũ est Pauli sensum præferri oĩm aliorũ patrũ sensui, siue Amb. Aug, Athanasij, Hierony. Quæ ideo dico, ne quis more scolasticorũ doctorũ statim pro oraculo sequatur, quicquid in aliquo Illustriũ patrũ legerit, vt quidam solent qui hac ratione nobis scripturam in meras lacinias sensuũ secuerũt, vt tot sententias prope habeamus quot syllabas, Et nescio probandũ ne improbandũue sit studiũ Magistri Sententiarũ & Gratiani, quo egerũt, vt oĩa omniũ assuesceremus vorare, sicut ĩmunda animalia, nec findentes vngulam, nec ruminantes lingua, Id studij enim (meo iudicio) fons ẽ, tot questionũ, opinionũ, rationũ, & bellorũ, quæ iam plus trecentis annis per scholas grassantur.

Permittendi sunt itaque S. patres suo quoque sensu abundare, & pro affectu suo in literis sacris extra ordinem luxuriare, sed Theologo purã, germanãque intelligẽtiã scrutanti, necessariũ est consultis ipsis sacris literis de omnibus iudicare, sicut Aug,

in multis

in multis locis docet, & Paulus pręcipit, omia probate, quod bonū est tenete. Quare hi duo versus nō modo Christo parū tribuere videntur, sed etiā puro cuiq homini, qn̄ Gen. primo etiam dominiū terrę ei tribuitur, & omniū arborū, herbarum, lignorū, qđ hic ne Christo quidē tributū legimus. Et fateor nō nihil difficultatis locus habet, Aug, cū suis ad allegoriā fugit, sed non effugit, Cū em̄ p̄miserit omnia & opera manuū dei, non cōstat ratio, cur ea explicaturus solū oues & boues, & pisces & volucres, siue iusti siue peccatores per hęc allegoricę intelligantur, recenseat. Non em̄ hi sunt omia illa, quę Christo subiecta sunt, sed in omibus eisdem cōprehensa, Cur ergo p̄ cęteris explicantur? Cur nō fuit satis dicere, omia, & opera manū dei? Oportet em̄ oues, boues, volucres, pisces, ⁊ pecora, hic ad literam intelligi. Ego confiteor meā ignorantiā, nec quid dicam habeo, mouebo tn̄ aliȷs cogitatiōes, qn̄ aliud nō possum.

Quid si ꝓpheta voluerit potissimum ea explicare, q̄ puro homini sunt subiecta, propter contentiosos ceruicososq, p̄sertim Iudęos, qui maxime oīm regno Christi resistunt? ne quis ogganire queat, Deū non posse sibiȷpsi contradicere, qui iam olim hęc (Gen. primo) subiecerit homini puro, tēporali ditione regenda, Ac per hūc scripturę pretextū, aut omia Christo subiecta neget intelligi & illa, aut Christi vniuersale dominiū calūnietur, sed p̄ueniretur huic versutię, ꝙ sic sunt omia Chro subiecta, vt etiam ea q̄ olim hominibus subiecerit deus, non modo nolit excepta, sed vna cū hominibus eidem subiecta, Idq adeo, vt si homies nolint Christo esse subiecti (sicut sunt in veritate) sciret tn̄ ea, q̄ ipsis subiecta sunt, ei subiecta, habereq eū potestatem in omia q̄ sunt eorū sine vlla resistentia, q̄tūlibet ipsi resistūt, Deinde nō est vlla offensio quę magis pugnet aduersus fidē dominiȷ Christi, q̄ ipsa impiorū, p̄sertim Regū & magnatū, in his rebus homini olim datis, opulentia, vt necessariū fuerit, hęc ꝓprie explicare Christo esse subiecta, neqs scandalisatus non crederet, si videret impios, p̄sertim magnos nō subditos ei. Omia em̄ alia facile est credere Christo subiecta pręter ea q̄ impiorū sunt, Hæc em̄ in ptāte eorum plene posita videntur, de quo & p̄s. cxliiȷ. Boues eorū crassę, promptuaria eorū plena. q. d. ꝓpheta. Ne offendare frater, ꝙ omia Christo subiecta esse dixi, cū in solis impȷjs eius inimicis videas contrariū, cæterorū em̄ nihil videtur resistere, scito ꝙ & ipsorum quęcūq habent sunt Christo subiecta, Et ad hanc sententiā iuuandam valet, si per Epitasin eleues illud adiectiuū, vniuersas

m

q.d. nihil est rerum etiam rebelliũ impiorũ, non tantũ sponte subiectorũ, qđ nõ sit ei subiectũ. Et hoc Aplus quoq;.i. Cor. xv. q̃ritur, dicens, Nondũ videmus ei om̃ia subiecta. q.d. Sũt omnia subiecta, sed nondũ impletũ est, nec videmus resistentibus scz impijs, Quare volucres cęli, pisces maris per auxesin additi sunt, ac si dicat oĩa hominis sunt subiecta Christo, siue q̃ ipẽ possidet, siue quę ei Gen. primo subiecta sunt, Ipse ẽ dñs omnium.

Nec id forte nimio abhorrebit, siquis & alteram fiduciam Iudęorũ prosterni hoc ṽbo putauerit, quę fuit, ꝙ sacrificijs & holocaustis animaliũ velut suis rebus deo seruire se credebãt, sicut. S. Stephanus Act. vij. eos refellit ex Isaia. lxvi. ꝙ ei tẽplũ ędificare p̃sumerent, cũ ipsius iam essent om̃ia ex quib⁹ templũ esset extruendũ, Ita & hic liceat opinari, qñ ꝓpheta nouũ regem sola gloria & honore colendũ docet, nõ esse ꝙ p̃sumãt sese animalibus occisis ei seruituros. Cui em̃ sunt oĩa subiecta, etiã oues & boues, & om̃ia q̃ hoĩ vnq̃ data sunt, subiecta sunt. Quid ergo dare poterũt illi, cuius sunt om̃ia quę habẽt? similem em̃ eorũ fiduciã & simili causa, similiq; sententia dãnat, & p̃s. xlix. Non in sacrificijs tuis arguã te.i. nõ est mihi aduersus te causa, ꝓpter sacrifitia tua, Quare? quia holocausta tua in cõspectu meo sunt semper (idest, nõ est qđ ea mihi offeras, iã sunt em̃ corã me) Non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos, qm̃ meę sunt oẽs ferę syluarum, bestię in montib⁹ milliũ. Cognoui omnia volatilia cęli, & vniuersitas agri mecũ ẽ, Si esuriero, nõ dicã tibi, meus est em̃ orbis terrę & plenitudo eius. Nũquid mãducabo carnes taurorũ? aut sanguinẽ hircorũ potabo? Tũc sequit̃ verus cultus, Imola deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo vota tua, Inuoca me in die tribulationis & eruã te, & honorificabis me. Et in fine. Sacrificiũ laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendã illi salutare dei.

Vide an ne hic Asaph hũc p̃s fere totũ ex hoc p̃s. viij, suxerit? De laude em̃ dei in tribulationibus agit (sicut hic p̃s) contemptis sacrificijs pecorũ, quę dei potius dicit esse, q̃ hoĩm, q̃bus Gẽ.i. data sunt, vt scz & hic om̃ia Christi esse scirent, nec posse amplius ei seruiri ijs, quę illi sua esse putẽt. Adijciamus & de superstitione aliquid ac libertate Christiana, Qñ em̃ generalis est hęc sentẽtia, Christo oĩa esse subiecta & post legẽ ꝓ-

mulgata, necesse est, vt regulet omia pticularia, teperetq; vniuersa legis pcedentis edicta, quare nō solū p sedādo scandalo quod impiorū opulentia statuit, nec tm̄ pro tollenda fiducia, quā legis donatio & sacrificia in rebus istis donatis inflant, sed etiam p vendicanda libertate spūs, quā legis Cerimonię, ęque stulta fiducia, aut infeliciore cōscientia opprimebāt, debuit imperiū Christi pronūciari & valere credi, siquidē cerimonię legis potissimū cōstiterūt in animaliū differētia, in victus, vestitus, locorū, aquarū, regionū, cęli & oīno i reb9 hisce, quę homini subiecta sunt. Gen̄.i. In hāc rem Apl'us q̄q;.i.Cor.x. cū p libertate Christiana aduersus cerimonias dixisset. Omēqd venit(.i. vēdit) i macello, mādućate, nihil interrogātes pp̄ter conscientiā, subdit p causa generalissimā sententiā ex ps. xxiij dicens. Dñi em̄ est terra & plenitudo eius, Ita & hic videt gn̄alem sententiā dominij Christi aduersus pertinaciā cerimonialem Iudęorū torsisse ppheta, vt sub Chr̄o, cui omia subiecta sunt, omia libera esse doceret & licita, siue malint pisces, oues, boues, volucres cōmedere siue abstinere, Dn̄s est (inquit ipse Christus Marci.ij.) Filius hominis, etiam sabbati. Quare dn̄s? nisi vt in arbitrio eius sint oīa. Quare dn̄s animaliū & bestiarū terrę, maris, cęli? nisi vt in arbitrio eius sint omia. Ita sub Chr̄o oīa possidente, libera licitaq; sunt omia, q̄ in cęlo, terra, mari sunt, In quib9 tn̄ hodie maior est per hoīm decreta captiuitas q̄ vnq̄ olim sub lege fuit.

Hæc sub cuiusq; iudiciū relata dictaq; volo, Ex quibus si vera sunt, & hi duo versus clari sunt & ratio aperta est, Cur potissimū has res ex oib9 explicarit, q cōueniebat liberrimo oim imperio Chr̄i, oia libera asserere, tutaq; facere, & nos ī eo recte instituere. Id reliquū est, Q; vbi nos pecora campi, apti9 heb, Bahemoth Schadai, idest bestias agri habet, pecora em̄ latine domestica animalia significant, quę per oues & boues satis exp̄sserat. Et vbi nos habemus, qui perambulant semitas maris videtur hebręus, non de piscibus sonare, sed de aliis quęcūq; versantur in mari. Geminam em̄ inductionem hi duos versus videntur mihi continere, in hūc modū, prior, Oues & boues vniuersas, insuper & quicquid animalium versatur in agris, posterior, volucres cęli & pisces maris, & quicquid versatur in semitis marium, vbi id obseruabis, q ex Genesi. Volatilia & aquatilia omia ex aquis producta scribuntur, Ideo volucres cęli cū piscibus maris, inductiōe posteriore coniūgit.

Quęrat aūt quispiam, Cur semitas maris tribuat piscibus & ĳs qui in eo versantur, cū nihil minus in mari q̄ semitę, sicut & in aere appareat? Forte ꝙ mare totū sit puium, in quo quelibet bestia suū iter faciat & tamē nūq̄ cōis & regia via perseueret, neq; eadem via sępius ibi teritur, verū hęc leuicula.

Habemus itaq; Christū passum coronatū, prędicatum ac creditū in hoc psalmo descriptū egregie, quē Titulus torculari suo nobis indicauit a principio, Ideo vt denuo inculcet eius legitimū cultū, qui alius non est q̄ fides, laus, predicatio, confessio, repetit versum primū dicens.

Dn̄e dn̄s noster, q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra.

Magnū est em̄ & arduū hunc Enos & filiū Adam credere tantę & glorię & dignitatis esse, Ideo repetendum & assidue id inculcandū monet, Stat em̄ sententia, Deū esse memorem, visitatorem, coronatorem, sed eorū dūtaxat, qui obliuione, ignominia, solitudine sunt extreme in nihilū redacti, qualē em̄ exaltasse Christū hoc psalmo scribitur, tales & semper exaltaturus eodem exemplo cognosci voluit, in quo satis demonstrauit, in quos nam oculi sui sint aperti & firmati, Nēpe oculi dn̄i super iustos (.i. eos qui sunt nihil in hac vita, tam sibi q̄ hominibus) Quia humilia respicit in cęlo & in terra. Atq; hęc ipsa misericordia eius facit, vt magnum sit nomen eius in vniuersa terra.

¶ PSALMVS NONVS.

Ad Victoriam pro occultis filij p̄s Dauid.

Quā ta, deus bone, est huius tituli exponēdi varietas, ali⁹ mortem Absalom, alius mortem Goliath, alius instrumentū musicū, alius iudiciū dei occultū, alius Iuuentutē, alius Cantorem psalmi, alius aliud, de quibus oībus qui volet Lyram, Burgen̄. & Reuchlin videat.

Ego quātū ex scopo psalmi capere possum, sequar Burgensis titulū, non interpretationem, qui dicit, Almuth, qđ pro occultis transfertur, hebraice iuuentutem significare. Est em̄ psalmus iste oīno generalis quedā gratiarū actio, exultatio, exhortatio, oratio, plena iucundis affectib⁹, de victis vincēdisq; assidue inimicis, quę non possit cōuenire, nisi populo in medio inimicorū agenti, pugnanti, vincenti, triumphanti, tam de pteritis q̄ pręsentibus & futuris loquēti, quare de populo Chri,

prętertim Martyribus & eorũ persona psalmũ esse dictum nõ dubito, Quod vt aliquãtulũ demonstremus, titulũ hebraicũ tractemus, qui sic habet, Lamnazeah almuth laben, Mizmor ledauid, Lamnazeah ad victoriam sonat satis expositũ supra. Mizmor ledauid, psalmus Dauid, Reliquũ ẽ, almuth laben, Si, almuth, cũ Hieronymo diuidas in duas dictiones (quod Lyra negat) sonat, super mortẽ, seu ad mortẽ. Et hinc alij mortem Goliath, alij Absalom hic somniant. Si vnam dictionem serues, est nomen abstractiuũ a verbo Alam, quod abscondit significat, a quo verbo Adolescens & adolescentula vocãtur Elem & Alma, qđ in tabernaculis & abscondito educarentur, cũ periculosissimũ sit teneram ętatem vagari in mundo & illecebris exponi, Inde & Almuth, iuuentutem, adolescentiã, & eam scz ętatem significat, quæ hac ratione absconditur, & in occultis religiose educatur, Sic Iacob scribitur, vir simplex morans in tabernaculis. Geñ. xxv. Contra Esau vir gnarus venãdi & agricola, Atq; ab hac cõsuetudine, obtinuit vsus, vt adolescentulę vocentur hebraice, Almoth (.i. absconditę) vt Isa. vij. Ecce Alma concipiet &c.

Dauid aũt dedita opera hoc titulo, prodigiosam iuuentutem signat, dum iuuentutem laben. i. filij seu filio, signat, cum adolescentes seu adolescentulas habere sit patris aut aui, aut ad summũ fratris siue tutoris cuiuspiam. Quis est em̃ filius, qui vt filius possit dici habere adolescentes & adolescentulas, quos in abscondito erudiat & educet? Proinde Christum manifeste indicat, qui nouo miraculo carnalem generationem sua natiuitate finiens, filius tantũ est, nulli⁹ sẽm carnem pater, & tamẽ spiritualem generationẽ noua per baptismũ natiuitate incipiẽs pater est multorũ filiorũ & filiarũ, quos in abscondito fidei educat, erudiens, ne sapiãt ea quę patent, sed ea quę latent, sicut ps. xxvi. Abscondes eos in abscondito faciei tuę a conturbatione hominũ. Quare vero similius est Almoth vtroq; significatu in vnũ coacto significare nouam creaturam Euangelij, prolem gratię, Iuuentutem baptismi, populũ noui testamẽti, ac vere absconditas filij. i. fideles & obedientes Christi, quorũ vita sub morte, salus sub cruce, gloria sub ignominia latet, Sic em̃ abscondit eos mũdo, Quos Dauid vir plenus spiritu, cõcepit significari adolescentibus & adolescentulis domi & abscondite educatos. Est enim & hæc inter cętera Iudaici populi laus, q̃ a mercatorũ & negociatorũ studijs semper fuit alienus, suis ac domesticis contentus prouentibus, sicut & patres eorũ,

Quãdoquidẽ vt polytropi illi & vagabundi homines, multorũ quidẽ hoĩm vident mores & vrbes ciuilesq; (vti putant) & vrbani reddũtur, ita multorũ q̃q; pessimorũ exẽpla & hauriũt & inuehũt alĳs, qđ Corinth⁹, Syracusa Tyrus, Alexãdria satis ꝓbauerũt, vt Romã taceã, & adhuc ꝓbant in hodiernum diẽ. Emporia famatioria, vt nõ iniuria Cananęos(.i. negociatores) potissimũ de terra expulerit deus. Satis ciuilis est, q legẽ dei sui nouerit, & deo pure seruierit, ad qđ maxime opus est, p̃sertim adolescentiorib⁹ secessu abscõdito & fuga hoĩm, Gentilis ille ait, Quoties inter homines fui, minor redĳ. Et ille. Amici fures tp̃is, Ac.d. Bern, Nũq̃ minus solus sum, q̃ dum solus sum. Nõ ꝙ velim ętatem istã solitudini deputare, cũ & exemplis horrẽdis, & illustriũ patrũ autoritate ꝓbatũ sit, solitudine nihil periculosi⁹ esse adolescẽtiori ętati, rursus idẽ periculũ cõuersatio turbę. Quid ergo ? hoc consultũ ẽ, vt Mgr̃m domesticũ ac familiarẽ habeat, sub cuius conspectũ oĩa dicat, faciat, omittat ĩ timore, atq; id demum est, Almuth esse, idest, domi bene instituĩ, tũ vbi instituta fuerit & foras in officium vocat̃ regendi populi, tũ illud p̃stet affectu, qđ prius effectu, tũ sit Almuth in sp̃ũ, quæ fuit Almuth in lr̃a, iã per seip̃m ea q̃ patent, contẽnens & cõtemnere docens, q̃ huc vsq; alterius magisterio contẽpsit, ĩmo contẽnere docta est. In hanc Almuth olim instituta sunt Monasteria & vniuersalia studia, Neq; hoc abiecero, ꝙ abscõdita ista nõ mõ intelligãt̃ ꝓ parte ista Eccl'iæ, sed etiã cõtraria inimicorũ, ꝙ videlicet decãtet, nõ solũ populi sp̃ũalis & absconditi statũ & opus, sed & sp̃ũalem, & q̃ in abscondito cõtingit victoriã de inimicis, ꝙ illi sp̃ũaliter pugnẽt & hi sp̃ũaliter vincãtur, q̃ impleant̃ figurę bellorũ vet. test. vbi corpaliter cęsi fuerũt inimici, qa ibi erãt aperta serui.i. Mosi figuralis & externa facies, populi, belli, victorię, sicut hic abscõdita filĳ.i. sp̃ũalis & interna plenitudo populi, belli, victorię.

Esto itaq; Almuth populus Christi, cuius vita abscõdita ẽ cũ Christo in deo, qui nõ ambulat in his q̃ patent, sed ab ĳs q sic ambulant multa patitur, & victor in oĩbus hæc suo Chr̃o cantat de inimicis suis in abscondito & sp̃ũali bello victis, vt vtrinq; sint abscondita tam apud victos q̃ victores vtriq; in spiritu agentes.

Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

Lętabor & exultabo in te, psallã nomini tuo altissimi.

Ordinem psalmorũ a primo vsq; ad octauum dedimus ps sexto, tentandũ forte nunc quoq;, qua ratione octauus sequatur septimũ, & hic nonus octauũ. Manifestũ ẽ autẽ, septem priores psalmos esse passionũ & tribulationũ tam Christi capitis q̃ Christianorum membrorum descriptiones, inter quos nullus est, qui laudibus & confessionibus gestiat. Octauus em̃ primus omniũ incipit nomen, laudem, gloriam, honorem exultare, nec habet vllam quęrelam, nec agit causam cũ aduersarĳs, sed fructũ passionis pręcedentium summario colligit, recitans q̃ nihil promoueãt persecutores & q̃ fœliciter habeat passus. Atq; id, vt in capite omnium patientiũ Christo inchoaret, optime cõueniebat, ideo optimo ordine octauus & post tribulationũ psalmos sequitur, & Christum canit loco primo inter gaudentes & passionũ victores. Oportet enim tribulatos interdum consolari, vt possint sustinere, ideo & psalmos nũc lętos, nunc tristes, vario ordine misceri, vt hęc ipsa diuersorũ psalmorũ mixtura, & cõfusa ordinatio (sicuti putatur) exemplar esset vitę Christianę, quæ inter varias tribulationes mũdi & consolationes dei exercetur.

Inchoata itaq; lętitia ps octauo Christi capitis oĩm passionum victoris, recte subsequitur hoc nono & corporis sui Ecclesię lętitia, de suarũ quoq; tribulationũ victoria, vt quẽ secuta est psalmis pręcedentibus via passionis, eius sit & sotia cõsolationis, exemplo & (vt dicitur) velut digito monstratura confirmaturaq; id quod ps pręcedente dictum est. Ex ore infantium & lactentium perfecisti virtutem propter aduersarios tuos, vt destruas inimicũ & vltorem, pergit inq̃ ostendere hãc virtutem oris infantilis & Christum super om̃ia constitutum, vt non inepte hunc psalmum queas pręcedentis exemplũ existimare expressum, cum in eo aduersariorum, inimicorum & vltorũ destructio & magnificatio nominis ac laudis dei, sic tractetur, vt aliud fere nihil tractetur, Quia em̃ Dauid virtutẽ ex ore infantium perficiendam cognouisse cernitur ps. viĳ. nũc ne sine mẽte sonũ dedisse putaret (vt Mõtanus ꝓphetas incusat) ostendit se nosse quoq; rem & vniuersum negocium eius virtutis.

Verba ista, Cõfitebor & psallã. ps̄. vij. versu vltimo illo Confitebor dño sz̃m iustitiã eius, & psallam nomini dñi altissimi, satis exposita sunt. Lętabor & exultabo. ps̄. v. vbi dicit, Et lętabuntur omẽs & gloriabuntur in te omẽs. Quod enim hic Exultabo, illic eiusdem verbi futuro gloriabuntur, dixit, Porro Hiero. illic laudauit, hic gaudebo reddidit, tãta ẽ difficultas vbiq; constare sibi interpretem, Atq; quod illic facturũ se in media tribulatione pollicetur, hic liberatus, profuso gaudio facit. Tribulatus em̃ sola dei laude sustentatur, quã finito malo reddat, sicut dicit. ps̄. xli. Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in deo, qm̃ adhuc confitebor illi salutare vultus mei. Et ibidem. Qm̃ transibo in locũ tabernaculi admirabilis, vsq; ad domũ dei, in voce exultationis & cõfessionis sonus epulãtis, Nec moueat qđ verbis futuris vtitur in rem pręsentẽ, Ita em̃ moris est, narraturis, cantaturis, acturis, vt dicãt, Cantabo, dicam, faciam &c̃. cũ iã incipiãt.

Vide ergo, qui confiteri, narrare, lętari, exultare, psallere se dicit, q̃to ęstu & cumulo iucundissimoꝝ prorũpit affectuũ, & emphaticus est totus, non simpliciter dicit confitebor, sed in corde & toto corde, nec simpliciter iam narrat opera, sed mirabilia dei, eaq; omnia, adeo gestit, sicut Iohannes in vtero, & exultat spiritus eius in deo salutari suo, qui fœcerit ei magna & mirabilia illa, q̃ sequũtur, In quo verbo certe argumentũ huiꝰ psalmi aperitur, scz ꝙ mirabilia dei canit. Mirabilia vero, ꝙ ꝑ eos qui nihil sunt, conuertit eos, qui oĩa sunt, & per Almuth in fide abscondita viuentes, mũdo mortuos, humiliat eos qui in gloria florent, mũdo spectabiles, tam magna faciẽs sine vi, sine armis, sine ope, sed sola cruce & sanguine.

Illud qđ oĩa mirabilia dicit se narraturũ, qũo conueniet cũ illo Iob. ix. Qui facit mirabilia & inscrutabilia, quorũ non est numerus? Aut quis enarret omnia mirabilia dei? dicemus hoc hyperbolico illo affectu dici, quo ps̄. vi. dictũ est. Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, Quod videlicet tantus ei sit ardor in dei magnalia, vt quantũ est in votis, omnia velit, etiã si non possit enarrare. Amor em̃ non habet modũ neq; finem i. Cor. xiij. Charitas oĩa credit, oĩa suffert, oĩa sustinet, sic & oĩa potest & facit, deus aũt spirituũ ponderator est, potest etiam ꝙ ideo oĩa dixerit, quia solũ opera dei proponat cantare, & aliđ nihil iuxta illud, ps̄. v. Docebo iniquos vias tuas, & ps̄. xvi. Vt non loquatur os meũ opera hominũ. Narrabo itaq; oĩa mirabilia, .i. quicq̃d narrauero deinceps tua mirabilia erũt.

H Diui H

288

bilia erũt. Eodem tropo p̃s. vi. audiuimus dici. Inueterau in= ter om̃es inimicos meos. i. eos qui sunt oẽs inimici mei.

In toto corde, ex superioribus intelligendũ relinquo. Sũt eñ vt p̃s. xi. dicetur. Qui loquantur corde & corde. i. duplici diuisoq; corde, vt qui deo confitentur donec benefecerit eis. Alij vero lingua quoq; mentiti sunt ei, & cor eorũ non fuit rectũ. p̃s. lxxvij. Qui & loquũtur pacem cum proximo suo, mala aũt in cordibus eorũ, viri sanguinũ & dolosi, his nunq̃ contingit, vt mirabilia dei cognoscant, nedũ aliq̃n enarrent. Igitur toto corde confitetur dño, qui neq; in prosperis seip̃m iactat, nec in aduersis contra deũ murmurat, vtrobiq; ęquabi= lis in syncęra laude dei, qđ nisi cũ Christo crucifixis & passiões expertis, nõ est possibile.

In conuertendo inimicũ meũ retrorsum, Infirmabũtur & peribũt a facie tua.

Hic incipit mirabilia dei enarrare, scz inimicorũ conuer= siones. Satis iam superq; commendata est figura hębręę linguę oĩm frequentissima Synecdoche, quã alij singulare ꝓ plurali, alij collectiuũ pro distributiuo vocãt. In cõuertendo (inq̃t) inimicũ, & mox infirmabũtur, scz idem inimicus seu inimici. Deinde qđ grãmaticos offendit, In conuertendo inimicũ, in secũda persona reddi poterat, Dũ conuertes aut cõuertisti in= imicũ meũ, sic eñ cępit & ꝓsequit in secũda ꝑsona psalmũ.

Heroicis aũt & militaribus verbis vtitur, vt possit rudibus videri de carnalib9 bellis & inimicis loqui, dum inimicos cõ= memorat, deinde retro fugatos, infirmatos quoq; & occisos, perditosq;, verũ hęc om̃ia, vt Aug. hoc loco ait, beneficiũ nõ pena, & tãtũ beneficiũ, vt huic compari nihil possit. Ego autẽ cõuersionem retrorsum, simpliciore sensu, intelligo aliud ni= hil q̃ fugam inimicorũ, qua verso dorso reuertũtur vnde ve= nerant, sicut Exo. xiiij. dixerũt Aegyptij, fugiamus Israelẽ, dñs eñ pugnat pro eis contra nos. Qui locus vel exemplum vel speculũ fuit, quo ꝓp heta erudiretur ad hanc ꝓphetiã forman= dã. Nulla eñ vi hominũ, nullis armis, sed solo respectu suo Aegyptios perdidit, sicut ibidẽ dicit. Respiciens dñs super ca= stra Aegyptiorũ per colũnam ignis, interfecit exercitũ eorũ, & subuertit rotas curruũ, ferebanturq; ĩ profundum. Sic p̃s. ciij. Qui respicit terram & facit eam tremere Abacuk. iij. Aspexit & dissoluit gentes & contriti sunt montes sęculi. Et. cxvi. Montes sicut cęra fluxerũt a facie dñi, a facie dñatoris vniuersę

terrę, ita qđ & hic dicit. A facie tua, tollit suspitionem armorũ & viriũ carnaliũ, quib⁹ homines confidũt & pugnãt, vt oĩno spũali virtute, atq; de cęlo intelligãtur, fuga, impotentia & casus inimicorũ Ecclesię ꝑuenire, sicut & Iudi. v. de cęlo pugnatũ est contra eos, stellę manentes in ordine suo aduersus Sisarã pugnauerũt, Nisi ꝙ hoc p̃s, nõ corpalis, vt in illis figuris cõtigit, sed spũalis, fuga, infirmitas, casusq; inimicorũ describitur, vt dixi, de plenitudine em̃ loquit̃ & abscõditis figurarũ.

Quę est ergo fuga spũalis inimicorũ? quę debilitatio? quis interitus? E spectro isto hostiũ cadentiũ nobis liceat ea cape. Primum est fuga, deinde impotentia qđ a verbo ruere in heb. venit, vt sit lapsus quo hostes fugiẽtes & cęsi cadũt ac moriũt̃, vltimo perditio & interitus, quo oĩno desinũt esse, vt nec eorꝫ memoria supersit, Quibus omibus aliud nihil q̃ conuersio & iustificatio impiorũ describitur. Fuga em̃ terror est & amissa fiducia cõscientię, agnitio peccati, virtus legis cognita, quã sequitur mox debilitatio, lapsus, tumult⁹, & fœlicissima cędes, quã nos contritionẽ vocamus, odiũ scz peccati, ac iam mors ipsa malorũ affectuũ. Tũc em̃ mox displicent q̃ placuerũt, & placent q̃ displicuerũt, cedimus & damus terga, his quę prius insensata fronte persequebamur. Post hæc sequitur abolitio penitus & perditio qñ cõuersa per gratiã dei volũtas, ne signũ quidẽ prioris vitę reliquũ in nobis est, ambulãtib⁹ scz in nouitate vitę sʒm virtutẽ resurrectionis Ihesu Christi, vt Ro. vi. docet Apl'us, vt hęc exemplo ipsi⁹ eiusdẽ Apl'i liceat cernere, qui inimicus Ecclesię acerrimus, & fugiens, repenteq; infirmatus dixit, Dñe quid me vis facere? tandem perditus oĩno, adeo nihil reliquũ habuit inimicitię, vt summis viribus pro Eccl'ia dei p̃ cęteris abũdantius laboraret.

Verũ, quibus viribus hęc victoria pariatur, signat cũ dicit, A facie tua, in quo tangit̃ officium verbi per qđ reuelatur diuina volũtas, misericordia, iudiciũ &c. de quibus statim dicet. Nõ em̃ alia re, q̃ solo verbo dei, ista fuga, debilitatio, perditio impiorũ perficitur, in quo reuelatur gloria dñi, cui si cooparatus fuerit deus, & sese cordibus impiorũ per incrementũ notũ fœcerit, Sequitur hęc victoria, Ideo nõ frustra voluit magis a facie tua dicere, q̃ vlla alia re aut verbo, vt incrementum verbi efficax ostẽderet. Quis em̃ a facie Apl'orũ cõuerteret̃, cũ essent persona contẽptibiles? Quot vero audiunt verbũ dei, qui ꝑdurant tñ in impietate sua? At vbi facies dñi ipsa reuelata fuerit per spm̃ intus docentẽ, ibi cõuersio retrorsum, infirmatio

perditio simul sequũtur, sicut Isa. v. dicit. Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonũ, & frendet & tenebit predam & amplexabitur, & nõ erit qui eruat. Et Mich. v. Et erũt reliquie Iacob in gentibus, in medio populorũ multorum, quasi leo in iumẽtis syluarũ, & quasi catulus leonis in gregibus pecorũ, q cũ transierit & cõculcauerit & cęperit, nõ est q̃ eruat & exaltabit manus tua super hostes tuos, & oẽs inimici tui interibũt.

Quare syncerissima gratitudine, Almuth ista, hęc mirabilia nõ sibi, sed soli deo tribuit, & si ministerio suo coopata sit. nõ tñ a verbo suo, sed a facie dei perfecta dicit, Sicut & Paulus i. Cor. iij. Neq; qui plantat, neq; qui rigat aliquid est, sed q incrementũ dat deus, dei cooperatores sumus.

Cur aũt in futuro loquit, fugabis, infirmabis, perdes, cum de pręteritis glorietur & confiteatur?

Forte, vt simpliciter dicamus, quia pphetiam de futuris texit, ideo & futuris mixtim & pręteritis verbis vtit, vt ẽ mos constans fere oĩm pphetarũ, p̃sertim psalmographorũ, Cum reuera & res ita geratur ab initio, q Ecclesię inimici & vincũtur & victi sunt & vincent, atq; ita stet, q verbũ dñi manet ineternũ, & veritas eius in sęculũ sęculi, oĩm q; sęculorũ hõib9 cõueniat, semp idẽ operãs, sed ĩ noui testamẽti exordio abũdãti9.

Adde adhuc vnũ, vt psonarũ differẽtiã obserues, Almuth & inimicorũ ei9, scz illã eẽ infirmã, stultã, cõtẽptã, hos aũt esse potentes, sapientes, honoratos, & oĩno mõtes mũdi, vt ex Abacuk. iij. diximus. Aspexit, dissoluit gentes, & cõtriti sunt mõtes sęculi, Incuruati sunt colles mundi ab itineribus ęternitatis eius (.i. mũdi ei9) Hoc est vt Isa. xl. Omnis mons & collis humiliabit, seu vt eiusdẽ. ij. clarius dicit, Et incuruabitur oĩs sublimitas hoĩm & humiliabit altitudo virorũ. Et eleuabitur dñs solus in die illa. Et p̃s. ciiij. Tãgit mõtes & fumigabũt. Hanc (inq̃) personarũ compatione, nisi obserues, nõ satis intelliges q̃ sunt mirabilia, quę narraturũ se dixit. Quid em̃ mirabili9, q̃ vt Petrus indoctus idiota & piscator cõuerteret princeps sacerdotũ, pharisęos, deinde reges gẽtiũ, atq; adeo ipsam Romã quã in flore magnitudinis & virtutis suę aggredi, subijciendã sibi rudi & pauperi piscatori, tam stultũ ac ridiculũ apparet, vt vix aliud magis ridiculũ toti mũdo & impossibile p̃sumi potuisse videat. Et tñ qđ oĩm fidẽ tãto interuallo superauit, & creditũ & factũ est, licet pertinacissime resisteret ac multo tandem martyrũ sanguine vinceret. Et prohdolor hodie tãta mirabilia, in quãtã abiere obliuione, imo ignorantiã & incõsyderãtiã? licet adhuc in oculos nostros impingãt.

Q m̄ fœcisti iudiciũ meũ & causam meam, Sedisti super thronũ, qui iudicas iustitiam.

Perierunt inq̄ inimici mei, quia tu iudicasti causam meã, quæ rogo consequentia? Dixi, ꝙ personarũ differentia magnificat mirabilia dei, dũ em̄ feces Israel (vt Isa. xlix. appellat) & reliquię Iacob, paupesq; terrę, pugnãt aduersus mõtes mũdi, vt dictũ, nec spes nec species erat, causam hanc pauperũ ꝑualituram, aut esse aliquẽ qui iudiciũ faceret inopis, Nam & Pilatus alioq̄ vir satis ciuilis, vt apparet, hac vna specię falsus, Christũ damnauit inique & scienter, cogitans, non referre pauperẽ perire, nec esse qui vindicet. At p̄s. clix. Ego cognoui qm̄ faciet dñs iudiciũ inopis & vindictã pauperũ, Dei em̄ nostri solius hęc est gloria, ꝙ humilia & afflicta respicit ac vindicat, Suntq; eius hęc opera ꝓpria, & ideo mirabilia, vtrunq; ergo ad mirabilia dei pertinet, ꝙ facit iudiciũ inopis & perdit superbos, vt illos iustificet, hos cõdemnet, & vt Isaias dicit. xiiij. faciat. Erũt capientes eos qui se ceperant, & subijcient exactores suos, gloriosissimũ em̄ victorię genus est, ex inimicis reddere amicos, & ex persecutorib⁹ seruos, sicut Ecclesia fœcit ex regib⁹ & principibus mundi.

Sedisti super thronũ iudex iustitię, sic em̄ heb. habet. Reddit aũt ratione, quare dixerit causam suam iudicatam, quia (inqt) causa mea toti mũdo inuisa, & omniũ hominũ iudiciũ iniquũ est, cũ om̄is homo sit mendax & hostis veritatis, quã ego loquor & sequor, adeo vt & hi qui de sapientia, iustitia, & religione maxime omniũ gloriantur, montes scz mundi, maxie oĩm me persequantur, qui ignorãtes iustitiã tuã, & suã quærentes statuere, tuę iustitię nõ sunt subiecti, atq; hac specie efficiunt, vt om̄ibus hominibus in sui affectũ & mei odiũ cõmotis, sibi audeãt polliceri, te quoq; iniquitatis iudicẽ fore, meã causam damnaturũ & suam ipsorũ iustificaturũ, Verum tu es iudex iustitię, tuũ est tribunal, tuũ iudiciũ, tuus thronus & tuũ regnũ, ideo scio & certus fui & semꝑ sum, ꝙ vindicas causam meam, & inimicũ conuertis retrorsum, ꝓsternis & perdis &c̄.

In hunc sensum & p̄s. xcij. dicit. Dñs regnauit decorem indutus est. Et iterũ. Parata sedes tua ex tũc, a sęculo tu es. Et seq̄r. Eleuauerũt flumina fluctus suos, Mirabiles suspensurę maris, mirabilis in altis dñs. Vna est em̄ cõsolatio oppressorũ, scire, ꝙ Christus sedet rex & iudex oĩm. Sic Petrus. i. Pe. iiij. contra blasphemantes sanctimoniã fideliũ dicit. Qui reddent rationẽ

292

ei qui paratus est iudicare viuos & mortuos, q̄q̄ hoc p̄s de extremo iudicio ꝓprie nō loquatur, terret tñ eo iudicio, vt videbimus, sicut & Petrus hic facit.

Ex his nūc colligi pōt, quosnam dixerit inimicos suos, cū em̄ causam suam vindicatā a deo iactet, euidens est se passum & oppressum fuisse ab iniquis, multis, magnis, astutis, coram quibus adeo impotens, derelictus, contemptus fuerit, vt causa sua a nullo homine, sed a solo deo sit suscepta. Nō em̄ gloriaretur in deo vindice, nisi desertū & solitariū sese sensisset coram hominib9, Atq; ita versus hic, nobis nihil quęrentibus, per se aperit & describit vtriusq; partis conditionē, illius quę dei est, afflictam & derelictā, huius q̄ mundi est potentem & multis stipatam, Tantis videlicet per totā scrip. exhortationibus cōsolamur, si ꝓ veritate patiamur, nec sic tñ audemus Christum cōfiteri libere & publice.

Illud grāmatici viderint an latine dictū sit, Fœcisti iudiciū meū & causam meā, mihi facere causam & iudiciū, idioma hebręū videtur pro expedire causam, sicut vernacula germanica sonat, Latini em̄ agunt causas, & ferūt sententiā. Hic aūt faciēdi verbū, qđ Asa diximus esse, habetur, vt ptibus inter se contendentibus & causas agentibus, dn̄s iudex, lite dirempta statuat & faciat iustitiam & pacem. Vtrūq; aūt nomen hebraice iudiciū significat, mispat & din, quorū vnū reddidit iudiciū, alterū causam, forte, ꝙ in qualibet causa duo sunt officia iudicij. Alterum iustificandi innocentis, alterū damnādi nocentis. q. d. Ius vtrūq; meū est, meę causę iustificandę & illius damnādæ

Sedisti super thronū, periphrasis esse videtur, pro eo ꝙ est rex, iudex factus es, qđ p̄s. ij. Ego autē constitutus sum rex ab eo, quo mō & p̄s. cix. dicitur. Sede a dextris meis, Quod alijs v̄bis p̄s. xcvi. dicit. Dn̄s regnauit. Hoc em̄ cœptū ē, assumpto Christo in cęlū, sicut prędictū est Isa. ix. Super soliū Dauid & super regnū eius sedebit, vt corroboret illud in iudicio & iustitia, amodo vsq; in sempiternū, Hiere. xxv. Ecce veniēt dies dicit dn̄s. Et suscitabo Dauid germen iustū, & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudiciū & iustitiā in terra, & hoc est nomē quod vocabūt eū dn̄s iustus noster. Ex his verbis patet, nulli mortaliū in vniuersis sęculis tribui posse gloriam iustitię & sapientię. Quotquot em̄ reges fuerunt, quos sapientes & iustos iactant libri hominū, stulti & iniusti om̄es fuerunt, Nam & si humana & politica seu sapientia seu iustitia claruerunt, coram deo tñ, & in his q̄ dei sunt, vani, mendaces, iniqui reperti sunt.

quod luce clarius est, tam in republica Romana q̃ Iudęorũ. Nonne Romani pulcherrimas leges condiderũt? Nõne iustitia gentes frenabãt superbas? At cur Christũ & christianos tam atrociter persecuti sunt? Scz iustitia eorũ species fuit in oculis hoĩm, in re corã deo nihil. Sic audet Apl'us. i. Cor. ij. Nos loquimur sapientiã dei in mysterio abscõditã, quã nullus principũ huius sęculi cognouit, vbi sapiens? vbi scriba? vbi inq̃sitor huius sęculi? Solus itaq; Christ⁹ sic sedet ĩ solio & regno, vt iustitię rex & iudex sit in his quę dei sunt, ideo & solus regnat, nec regni eius erit finis, sicut em̃ iudiciũ iustitię ei⁹ cõpat ad iudiciũ iustitię hoĩm tãq̃ ad iniquitatẽ, Ita & regnũ eius ad regnũ hoĩm cõpat tanq̃ ad seruitutẽ ac captiuitatẽ, Ipse em̃ solus ꝓprię & super om̃ia regnat, om̃ia põt & om̃ia iuste vult, ideo gaudent oẽs iniqui e in mũdo pressi.

Et quid est aliud vniuersus iste tumultus regnorũ & magistratuũ mũdi, in quibus iudicia & iustitię celebrant̃ de rebus tp̃alibus, pecunia, honore, voluptate & similib⁹, nisi quędam fabula seu comœdia? Nã in his oĩbus peccatũ nõ tollitur nec iustitia cõfertur, sed tollendi peccati & cõferendę iustitię, simulachra & imagines exhibent̃, & sunt tñ tam stulti quidam, qui hos ludos seria ducãt. Verũ Christi regnũ semper in scripturis cũ iudicio & iustitia cõmendat̃, ꝙ veterem hominem cũ actibus suis iudicet & mortificet, & nouũ hominem iustificet, ideo soli ei attribuit̃ a Hiere. ꝙ ipse iudiciũ & iustitiã faciat in terra, aperte pronũciãs, cęteros oẽs in terra, nec iudiciũ nec iustitiam facere, sed vt dixi, tm̃mõ simulare, Quare longe sublimius iudiciũ & iustitia in sacris literis, q̃ ĩ ꝓphanis & iurib⁹ accipiẽda sunt. Iudiciũ em̃ est mors peccati, Iustitia vita ęterna ĩ Christo, quę sunt diuini muneris, nõ humani.

Proinde verba hui⁹ versus quendã in sęculares Iudices & reges stomachũ habent, quasi per antithesin dicat. Quid illi iudices & reges inflantur, qui cõtra me ꝓ sua causa iudicant? Tu vere sol⁹ es rex & iudex oĩm, cui illi cõparati, picti reges sunt, quia tu iuste iudicas, etiã ea peccata quę illis iustitię videntur, Sed quęres quo negocio, quo exercitu, q̃ iuris ꝓcessu? quib⁹ aduocatis? q̃b⁹ testib⁹? causã eius & iudiciũ eius fecit? Seq̃t̃.

Increpasti gentes & periit impius, nomen eorũ delesti in ęternũ & in sęculũ sęculi.

Putabam audituros nos esse fragorem armorũ & quadrupedantem aliquem tumultũ equorũ & equitũ. Et ecce, sonum & increpationẽ verbi facit tanti negocij machinam, Increpat solũ, & facta sunt oĩa, Quis non miretur? Hoc est, quod ex ore infantiũ & lactentiũ perficit virtutem, Hoc est, qđ spũs veritatis arguit mũdũ de peccato, de iustitia & de iudicio, Solo verbo facit omnia, Et qñ de gentibus potissimũ loquitur, Et increpatio ista, si per quenq̃, vel primo, vel maxĩe per Apl'm Paulũ gentiũ doctorem completa est, dignũ est, hũc exempli vice pro hoc versu adducere, qñ non est dubiũ id qđ hic dicit̃ per ip̃m gestũ esse, Vide q̃ increpat Ro. iij. Oĩes peccauerũt & egent gloria dei. Et rursus. Causati sumus Iudęos & Gręcos oĩes sub peccato esse, Et. ij. Inexcusabilis es omnis homo qui iudicas, eadem em̃ facis q̃ iudicas. Et v. Vbi peccatũ & mortẽ in omnes transijsse clamat, Et in quo (inquit) Oĩs peccauerũt. In vniuersum, tota illa ep'la meo iudicio totius sacrę scripturę, tũ cõmentarius tũ Epitomę, imo lux & apocalypsis, quẽ non reũ statuit mortaliũ? Q̃ta fiducia vniuersos increpat, qđ nullus alius liber scripturę tanta copia, tanta luce facit? vt huic versui glosa non inepte daretur ista. Increpasti gentes, scz per Apl'm Paulũ, verbo quidem multas alias, literis aũt maxime Romanos.

Vsus est aũt hoc loco magis verbo Increpasti, q̃ alio quopiam, q̃ simplex verbi prędicatio significaret, quia hoc ad rem conueniebat, vt exprimeret modũ vniuersi negocij, quo conuertit inimicũ, & vindicat causam Almuth. Increpare em̃ est arguere, reum facere, terrere, qđ maxime fit, vbi cõscientia cuiusq; verbo dei conuenitur. Ibi incipit fuga, ibi ponitur pręsumptio & fiducia sui, & prorsus elanguet ac concidit omne robur carnis, qđ non fit, vbi simplex dictio nõ mouet, Multi em̃ audiunt, sed insensati non mouentur, Ideo in increpatiõe, non modo verbũ, sed virtus quoq; verbi & energia cõmendatur, vbi & audiunt & terrentur auditis, vt illi Act. ij. ad vocem Petri compũcti dicebant. Quid faciemus fratres &c̃.

Ac vide spiritum, nõ dolosum quidem, sed insuperabilem bellatorem, verbo pugnat, sed cui nemo resistat, Cur ita? Homines contra homines pugnant armis & viribus corpalibus, vbi neutri neutris fiduciã cordis auferre possunt, ideoq; & neutri neutris cędunt, atq; si etiam corpus, non tamen animum morituri relinquunt, Nec vllus repertus est hominum, qui alterius hominis animum vincere potuerit.

143

At spiritus in sua pugna corpus & vires eius omittit, ad conscientiam apponit vocem solam, & mox ruit omne prҿsidiū, oīs fiducia, oīs virtus. Quis nō hæc narret mirabilia? quis em̄ stet ad vocem hanc Pauli Ro. ij. Reuelatur ira dei de cælo super omnē impietatē hominū eorū, qui veritatem dei in mēdatio detinent? Quis consistit? quis confidit? quis audet? cui diuina maiestas nunciatur irata? Aut quis nō conuertitur retro, cadit, perit, cuius conscientia verbo dei increpata sibijpsi malo testimonio dissentit? Victo aūt hac arte animo homīs, & obtentis penetralibus regnis. Quid est reliquū in homine, qđ victū non est? Et adeo potens est illa victoria, vt etiā inter homines videamus contingere, ꝙ ferre neq; iudicium neq; increpationē, neq; famam, neq; periculū possit, quem conscientia vexet, verūq; sit prouerbium illud. Conscientia mille testes. Et illud triuij, Conscius ipse sibi de se putat omnia dici. Ideo recte sequitur.

Et perdidisti impiū, sic em̄ hebrҿus habet. Hac em̄ increpatione tactus, statim intelligit suam miseriam, sic Paulus increpatus de cҿlo, statim de impio Christi aduersario factus pijssimus discipulus, dixit. Dn̄e quid me vis facere? Non sustinet hanc increpationē spiritus hominis, sed sicut fulgure perstrict⁹ subito īmutatur & vertitur. Sic p̄s. xvij. Ab increpatione tua, ab inspiratione spiritus irҿ tuҿ. Non est necesse iterum admonere figuram Synecdochen, impiū pro impios, cū sit tam frequens, deinde iucundiorem locutionem etiam in nostra vernacula habet, vt vulgo dicitur, deus adiuuat fortiorem. i. fortiores, quare ne tedio sim, deinceps non admonebo, satis habens ꝙ semel admonuerim, esse eam fere vnam oīm vsitatissimā in sacris literis.

Impius hic Rascha ille est, quē p̄s. i. & v. satis exposuimus, esse eū, qui fide inanis multa specie fulget & nihil minus q̄ impius esse apparet, Et hic est inimicus ille qui Almuth maxime persequitur zelo dei & iustitiҿ, cuius conuersio & difficilior & mirabilior est, nec verbo nudo possibilis, nisi increpationis incrementū accesserit.

Nomen eorum delesti. Ecce quod dixi, impios esse qui pulchro nomine vehūtur, dictum est em̄ p̄s. v. & viij. qūo nomen in scrip. significet famam, nomen habent qđ viuant (vt Apo. iij. dicit) & sunt mortui, Quo nomine inflati securius persequūtur, & fœdo nomine conspurcāt Almuth aduersariam, Deletur ergo nomen eorū, qn̄ increpati verbo spiritus,

seu potius

296

9. psal.

seu potius spiritu verbi, positis veritatis, sapientię, iustitię, fiducia, opinione & nomine, infirmantur, stulti & peccatores fiũt, gratiã Christi in humilitate & solatiũ cõmuniõis Almuth filij in tremore quęrentes, vt iam nomen stulti & peccatoris non erubescant.

Ingternũ & in sęculũ sęculi, hoc indicat, qđ increpatio efficax est, vbi semel tetigerit cor, sic mutat hominẽ, vt ingternum non possit de suo nomine gloriari & vanus fieri, sed etiam si cadat aliqñ, tñ opinionẽ rectã de deo nõ amittit, semp sciens, solius dei esse & opus & nomen bonũ.

Inimici defecerunt frameę in finem, & ciuitates eorũ destruxisti, perijt memoria eorum cum sonitu.

Totũ hoc, versus vnus ẽ hebręis, Hiero: sic. Inimici cõpletę sunt solitudines in finem, & ciuitates subuertisti, perijt memoria eorũ cũ ipsis. Obscurus plane versus, Cõstructio & ambigua & insolita videtur, quod inimici defecerũt phrameę, latinis ita sonet, vt nescias vtrũ singulare aut plurale, & an genitiui vel nominatiui sin, inimici & phrameę, Ego citra temeritatẽ pono meũ sensum & iudiciũ, vocabulũ, phrameę, qđ pcul dubio hębreę originis ẽ a vbo pharam, qđ scindere significat, vnde a scindendo, phrameã dicũt gladiũ seu cultrũ, quasi framea sit idem qđ scissoriũ (vt ita dicam9). Hoc inquam vocabulũ frameę redditũ est hebręo nomini, chęraboth, qđ pluralis nũeri est, a chęręb, qđ gladiũ significat, hoc noster interpres sequit̃, vel a verbo charab, qđ vastare, desolari significat, a quo Hieronymus trãstulit, solitudines. Quare me iudice sensus est.

Inimici defecerũt phramee seu solitudines. i. vastationes inimici vastatę sunt seu cessauerũt vastare, vt sonet aliquid tale quale dicit̃ ps. lxvij. Cępisti captiuitatem. Et Isa. xxxiij. Ve qui prędaris, nonne & ipse prędaberis? Qui spernis, nõne & ipse sperneris? cũ consũmaueris depdationẽ, deprędaberis, & cũ fatigatus desieris contẽnere, contẽneris, Et consonat fere hic versus cũ eiusdem Isaię. xiiij. Et erit in die illa, cũ requiem tibi dederit deus a labore tuo & a concussiõe tua, & a seruitute dura, qua ante seruisti, sumes parabolã istã cõtra regem Babylonis, & dices, quõ cessauit exactor? quieuit tributũ? cõtriuit dñs baculũ impiorũ, virgã dominãtiũ, cędentẽ populos in indignatiõe, plaga incessabili, subijcientẽ in furore gentes, persequẽ.

rem crudeliter. Et infra, Ex quo dormisti, nõ ascendit, qui suscidat nos.

Igitur, siue phrameę siue vastatiões dicas, ipsas persecutiões significat Ecclesię, qbus eam sciſſerũt, persecuti sunt, & vastauerũt principes huius mũdi, pſertim Iudęi, quę penitus cessauerũt, vbi increpatis gentibus, impij perierũt & nomen eorũ deletũ est inęternũ. Cõsequens est em̃, vt persecutio cesset qñ persecutor amplius nullus est, quare hęc syntaxis, Inimici defecerũt phrameę, vbi genitiuus primo loco ponit̃, similis est illi ps. iij. Dñi est salus, Ita hic, Inimici desertę sunt vastationes, hoc ẽ, Inimicus desijt vastare, sicut dñi est salus. i. dñs saluũ facit.

In finem, vero exuberantis affectus causa dicit̃, quo exprimit vastationem inimici sic desijsse, vt non sit spes aut timor resuscitandam, desinũt em̃ impij, qñq; vastare, sed nondũ statim finis, manente em̃ odio, redeũt ad furorem tpe & occasiõe datis, At qui spiritu increpante salubriter pereunt, in alios homines mutati, quia diligũt, non possunt vnq̃ inęternum ad persecutionem reuerti, quin ipsi patiũtur potius cũ illis, Atq; ita desijt in eis vastatio vsq; in finem, vt nec odiũ qui fons est persecutionis reliquũ sit, sed om̃ia in amorem, qui fons est pacis & quietis, sint mutata, quo sensu & ps. ij. dictũ est, tanq̃ vas figuli confringes eos.

Sed qũo destruxit ciuitates: vim verbis facio inuit⁹, & tñ nõ patitur consequentia nec spiritus, in quo loquitur ppheta, vt de corpali vastatione intelligatur, Almuth em̃ abscondita & spiritualis triũphatrix loquit̃, cuius arma sunt, verbum & fides, deinde gentes sola increpatiõe dei perdidit, deleto nomĩe eorũ, & vastatione eorum finita, Quare & ciuitates eadem increpatiõe destructas oportet intelligi, Simili sentẽtia dicit Micheas. v. vbi de reliquijs Israel in medio gentium victricibus dixerat, Et exaltabitur, inquit, manus tua super hostes tuos & oẽs inimici tui interibũt, subdit, Et erit ĩ die illa dicit dñs, auferã equos tuos de medio tui, & disperdã quadrigas tuas, & perdã ciuitates terrę tuę, & destruam om̃es munitiones tuas, Et mox, euellam lucos tuos & conterã ciuitates tuas. Ex quo loco adiuti cũ mãifeste de opere spũali loquatur, dicemus & hic euerti ciuitates, qñ verbũ fidei inter homines prędicatum, venit non mittens pacem, sed gladiũ, & separat patrem aduersus filium, nurũ aduersus socrũ suã, vt cõfuso mundi sensu sint inimici homines domestici eius, Sic em̃ subuersę sunt fœliciter ciuitates hostiũ. Et ciuitates potissimũ nominat, ꝙ in his sit primo

plurium hominū congregatio, in quorum publico verbum dei prędicandū fuit. Deinde ꝙ in eis sit ciuilior hominū sensus.i. maior prudentia carnis, q̄ inimica dei est, ideo mundū in suis pręstantioribus & capitibus & quibꝰ maxime valet, aggressus est Christus verbo suo, Ciuitatibus em̄ subuersis, & reliquum vulgus mūdi subuersum est, Sed & B. Aug. & si nomen ciuitatis trahat in tropologiam, tñ verbum destruxisti, de spūali destructione intelligit. Dixi aūt & antea in sacris literis oportere magis obseruari verba q̄ nomina, pro intelligendo spiritu, vt ps. lxxi, Et dominabit̃ a mari vsq; ad mare &c̃. Hic nō ē mare aliud q̄ corpali intelligendū, Non tamē est carnale dominiū (more iudaico) intelligēdū, Ita hic ciuitates proprie & ad literā sunt accipiendę, sed destructio nō carnalis, sed spūalis accipienda est.

Igitur adeo cessauit framea vastationis inimicę, vt etiam ipsi & eorū ciuitates vastentur & subuertantur, Qui aūt volet aliter effugere, habet pro se hebręi nominis ambiguū, Nā nomen Irim volunt, si abiecto Iod scribatur, vt hoc loco, significare non tm̄ ciuitates, sed etiā hostes, Nā pronomen eorū non est in heb. sic illud Michee, v. Et conteram ciuitates tuas, dicit Reuchlin hebręis haberi, Et conterā hostes tuos, quod an aliquid faciat, in medio relinquo. Hoc certū est, siue ciuitates siue hostes dixeris, idem in sensu manere, diximus em̄ ciuiles homines & filios huius sęculi, pro sua prudētia, esse maxime aduersarios verbi crucis, quos & idē verbū maxime petit, hęret em̄ Aries noster cū cornibus in istis vepribus.

Perijt memoria eorū, patet aliud esse nomen eorum quod deletur, & aliud memoriam, que perit, Nomen em̄ eis detractū est, in quo sibi placuerunt & redditū deo, dum sese peccatores ignominia dignos cū humilitate confitentur. Deinde sic sunt omia eorū per verbū fidei vastata, substantia, nomē, potētia, multitudo, vt horū ne memores q̄dem sint, atq; ex vsu popularis ꝓuerbij hoc dicit, vbi de hōibus vel factis eorū ꝑditis dicitur. Man gedenckt seyn nit mehr.i. non sunt in memoria amplius, extremū vastitatis perfectę, est ipsa obliuiōis ꝑpetua sepultura. Ecce ergo virtus verbi & fidei q̄ impios reddit pios, & pctā eorū & arma iniqtatis in ęternā obliuionem perdit, vt sint in ęternū, alia substantia, alio nomine, alia potentia, alia multitudine, alia memoria seruati apud deū.

Illud, cū sonitu, transtulit Hiero, cum ipsis, ac hebraice ad verbū sic habet, perijt memoria eorū, ipsi, prepositio, cum

nõ est in textu, Est aũt affinis dictio eadem, verbo, qđ sonare significat, hoc secuti sunt, qui transtulerũt, cũ sonitu, Ego pro mea simplicitate hypodiastolen amplector, & per coniũctionem, Et, sic expono, Perijt memoria eorũ & ipsi, cũ iste hebraismus sit & in alijs locis frequentissimus, sicut dictũ est ps. iiij. ĩ versu. Qm̃ tu dñe singulariter in spe, cõstituisti me. Quare ꝓpheta mihi adiecisse videt̃ in fine, Et ipsi, vel epilogi vice, vel affectus exuberantia, ac si dicat, perijt memoria eorum & ipsi adeo scz omnino in nihilũ abierũt cũ omnibus suis. Sie seynd dahyn.

Cũ sonitu Aug. interp̃tatur cũ strepitu seu tumultu quo impij fremũt dũ pereunt, & ne pereant, resistũt, vel ꝙ perit memoria, eo ipso tumultu simul pereũte. Atq; quid refert super cõm ẽtitiũ textũ, varias cõminisci glosas, vt cũ sonitu etiã intelligas velociter sicut son⁹ perijt? Sic em̃ & fugitiuę vmbrę, Iob xiiij. compat hominẽ. In his abundet sensu suo qlibet.

Et dominus in ęternum permanet, parauit in iudicio thronum suũ.

Hierony. sic. Dñs aũt in ęternũ sedebit, stabiliuit ad iudicãdũ soliũ suũ, in quo manifestius, non mõ duratio, vt noster interpres sonat, sed officiũ quoq; Christi declaratur, quod ẽ duplex, Iudicare & iustificare, occidere & viuificare, dãnare & saluare, per iudiciũ humiliat superbos, per iusticiã exaltat humiliatos. Quod ergo thronũ suũ parauit vt iudicet, hoc est, qđ Malach. iij. dicit. Ipse em̃ quasi ignis cõflans, & quasi herba fullonũ, Et sedebit conflans & emũdans argentũ, & purgabit filios leui, & colabit eos quasi aurũ & quasi argẽtũ, & erũt dño offerentes sacrificia in iustitia. Sic em̃ vbi increpatis gentibus, perierit impius, & amisso nomine peccatũ suũ agnitũ confessi fuerint, aliud non est reliquum, nisi ista quottidiana purgatio peccati, renouatio mentis de die in diem, iter de virtute in virtutẽ, destructio corpis peccati, quod agitur dum aut varijs passionibus exercitamur, aut ipsimet peccatorũ nostrorũ assidua memoria, nobisipsis displicemus, gemimus, laboramus ĩ humilitate, Iuxta illud ps. l. Et peccatum meum contra me est semper, Vnde Ezech. xx. Et recordabimini ibi viarũ vestrarũ & oĩm scelerũ vestrorũ, quibus polluti estis in eis, & displicebitis vobis in cõspectu vestro, in omibus malicijs vestris quas fecistis. Et scietis, quia ego dñs, cũ benefecero vobis ꝓpter no

men meũ, non ſzm vias veſtras malas, neq; ſzm ſcelera veſtra peſſima domus Iſrael ait dn̄s deus.

Hac theologia crucis omiſſa, piculoſiſſime ambulāt ĩ magnis & mirabilibus ſuper ſe ocioſi quęſtionarij, quaſi nō habeāt qđ lugeant, de qbus Iſaię. lviij. Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocē tuā, & annūcia populo meo ſcelera eorū, & domui Iacob peccata eorū, Me etem̄ de die ĩ diem quęrūt, & ſcire vias meas voluit, quaſi gens q̄ iuſticiā fœcerit, & q̄ iudiciū dei ſui oblita non fuerit &c̄. Quid his verbis voluit, niſi q̄ curioſos ſpeculatores operū dei retraxit in cognitionē & cogitationem peccatorū ſuorū, vt cogitarent pro peccatis ſuis. p̄s. xxxvij. & eſſent in his aſſidue q̄ eis deus p̄cepit. Hoc em̄ eſt iudiciū Chr̄i in hominibus, ſic exercet nos in peccatorū noſtrorum luctu, pœnitentia & labore, Proinde ſpeculatiua illa Theologia, q̄ ſui oblita, in diuina ſurſum fertur, Satanę p̄cipitiū q̄rit & inuenit. Legimus ĩ vitis patrū qūo duo fratres iuniores de Melchiſedech q̄ſtionē agitantes, ad ſeniorem retulerūt, qui tunſo pectore ſuo, ve mihi (inq̄t) peccatori, qui neglectis peccatis meis, has inanes quęſtiones ſector. tū illi erubeſcentes cū ſilentio in ſuā ſeſe quiſq; cellam proripuit. Et vbi noſtri parebūt qui nō de Melchiſedech, ſed de Ariſtotele & Porphyrio tā friuola verſant precioſiſſimo tp̄e tam infœliciter perdito, & iudicio hoc Chriſti poſthabito? Sane & ſponſam in Cāticis. vi. rephendit nimio ſtudio ſcrutandi dei intentā. Auerte oculos tuos a me, quia ipſi me auolare fœcerūt. In laborib⁹ hoīm non ſunt & cū hoībus nō flagellabūtur, ideo tenuit eos ſuperbia.

Sed & illi hoc Chriſti iudicium impijſſime impugnāt, qui hominibus deceptis, remiſſiones (vt vocāt) oīm pęnarū & culparū plenarias mendaciter ſecuritate vaniſſime promiſſa concedūt, dicentes, pax pax & non eſt pax, atq; vt Iſaias ait, facientes populū dei fidere in mendacio. Et rurſum. iij. Popule meus qui te beatificāt, ipi te decipiūt & viam greſſuū tuorum diſſipant. Stat em̄ ſententia, Parauit ad iudicandū thronum ſuū. Sic & p̄s. cxxi. Quia illic ſederūt ſedes in iudicio. Quē em̄ non mordet ſuū peccatū, qūo ſitiet gratiā dei? Qui non ſitit, qūo quęret? Qui nō q̄rit, qn̄ inueniet? Nec fruſtra dicit̄, Dn̄s in ęternum ſedebit, quod referri debet ad tempa huius vite. Non em̄ erit peccatū poſt hāc vitā ad qđ iudicādū tūc ſedeat, ſed erit & ipſe filius ſubiectus ei qui ſubiecit ei oīa, tradēs regnū deo & patri, poſtq̄ ſubiecti fuerint oēs inimici ſub pedibus eius, vt i. Cor. xv. docet Apl'us. Semper itaq; ſedet, q̄a

semper est peccatū, quod in nobis iudicet, vt nobis destructis ipse perseueret, & trāsferamur nos ī illū, & nō ille in nos. Qui vero hoc iudiciū dn̄i portauerit cū Michea. vij. dicens. Irā dn̄i portabo, qm̄ peccaui ei, dignus erit, vt educt⁹ cū eodē Michea in lucem videat, videat iustitiā dei, Et cū sederit in tenebris, erit dn̄s lux eius. Vnde sequit.

Et ipse iudicabit orbem terrę in ęquitate, Iudicabit populos in iustitia.

Idem fere versus p̄s xcvij. sic est redditus. Iudicabit orbem terrarū in iustitia, & populos in ęquitate, qđ p̄s xcv. dicit. Iudicabit orbem terrę in ęquitate, & populos ī veritate sua, verū & alijs locis, duo hęc nomina, Iustitia & ęquitas sunt incōstantissime reddita, alterū pro altero, & aliqn̄ ęquitas pro recto & ecōtra. Fuit aūt hoc versu, iustitia, priore loco, & ęquitas, posteriore ponenda. Sic em̄ hebręus habet, autore etiā Hieron. Et ipse iudicabit orbem in iustitia, Iudicabit populos in ęquitatibus, hoc est, in rectitudinib⁹, quas p̄s. xcviij. directiōes vocat. Tu (inqt) parasti directiones. Debemus aūt iustitiā & ęquitatē intelligere, nō internā Christi solū, qua ipse iustus & ęquus ē, sed opera eius quib⁹ iustificat & rectificat populos. & gratiam eius, qua illis iustitiā & ęquitatē largit. Alioquin qs staret ante thronū eius q̄tūlibet sanctus, si iustitia & ęquitate sua homīes iudicaret? Sicut de Salomone pōt dici, q̄ fuerit Rex regnās in diuitijs, gloria & pace, qa nō solus ipse, sed & subditi sui p eū ditescebant, gloriabant, & pace fouebant, vt. iij. Reg. iiij. habitabatq̄ Iuda & Israel absq̄ vllo timore vnusquisq̄ sub vite sua & sub ficu sua, a dan vsq̄ Bersabeę, alioqui miserrimo & infœlicissimo regno regnasset, si subditi sui fuissent om̄es pauperes, infames, inquieti, stulti &c̄, Ita regnū Christi in veritate, iustitia, ęquitate, pace, sapientia cōsistit, nō qa solus ipse, sed & fideles sui per eū sunt veraces, iusti, ęqui, pacifici, sapientes. Esset em̄ infœlicissimus, si sui essent mendaces, peccatores, iniqui, inquieti, insipientes, quale est diaboli regnū, Sic Isa. xxxv. p̄s dixit. Nō adijciet vltra vt pertranseat in te immundus & incircūcisus.

Iustitiā & ęquitatē, ne affectem⁹ copiā & varietatē, p nr̄a siue temeritate siue libertate arbitremur ex p̄s. v. esse aliud nihil q̄ opus misericordię & iudicij dei, dicitur em̄ illic. Ego autē in multitudine misericordię tuę introibo in domū tuā, adorabo

ad templũ sanctũ tuum in timore tuo. Et iterũ. Deduc me dñe in iustitia tua ꝓpter inimicos meos, dirige in conspectu tuo viam meã.

Qui em̃ ꝓposita misericordia dei, firma fide in eum credit atq; confidit, hic iustificatus est, ac sic intrat in misericordia & deducit in iustitia, & vere regitur a Christo sedente & in iustitia eiusmodi iudicante orbem terrę. At qui sic ingredit in iustitia, multis in via sua scãdalis petitur, a carne, mundo & diabolo, Iuxta illud ps. Iuxta iter scandalũ posuerũt mihi, siquo modo offendat ad lapidem pedem suũ, donec em̃ in carne viuimus, insidiatur calcaneo nr̃o serpens antiquus, vt viam nostrã deprauet aut detorqueat a recto incessu. Ideo hic iudiciũ dei ꝓpositũ incutit timorẽ, q ꝓseruat & facit vt declinemus a malo ne seducant sensus nostri p Satanã, sicut Eua seducta est a simplicitate q̃ est in Chr̃o, vt cępto & recto itinere ꝓcedamus, & hęc est rectitudo seu ęquitas ista.

Quare licet hęc duo in spũali negocio isto ęstimare sicut apud medicos medicinã sanatiuã & preseruatiuã, seu vt aliud sit quod ęger sumit, aliud a quo abstinet, donec sanetur, Ita mihi videretur, iustitia esse gratia, qua per fidẽ in deũ iustificamur. Rectitudo, abstinẽtia q̃dam qua abstinemus ab omnib⁹ illecebris aut minis, quib⁹ homo auerti & in sua curuari ac deprauari possit, siue per hanc perseuerantiã siue tẽperantiã aut quouis alio nomine q s appellet. Eadẽ duo per iustitiam & iudiciũ significari arbitror, q̃ fere semper cõponuntur in sacris literis, vt ps. cxviij. Fœci iudiciũ & iustitiã. Et iterũ. Beati qui faciunt iudiciũ & iustitiã in omĩ tpe. Eadem duo per iustificationem & mortificationẽ membrorũ post iustificationem exercendam intelligerem, licet rectitudo magis ad affectũ referatur q̃ ad tumultũ mortificationis, qui iudicio & cruce peragatur, Nam is vtiq; rectus est, qui integri ac synceri tũ iudicij tũ affectus esse perseuerat, quãcũq; in partẽ oblata vel causa vl' occasiõe. Quę rectitudo ps. ix. certe copiose describit, vbi dicit. Qui habitat in adiutorio altissimi, in ꝓtectione dei cęli commorabit, dicet, dño susceptor meus es tu &c. haec em̃ ad fidem & iustitiã pertinent. deinde sequit. Scuto circũdabit te, non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negocio ꝑambulãte ĩ tenebris, ab ĩcursu & dęmõio meridiano, cadẽt a latere tuo mille & decẽ milia a dextris tuis, ad te aũt non apꝓpinq̃bit, Quare ergo nec ad dextrã nec ad sinistrã declinat, sed media regia rectaq; via incedit. Et infra. Angelis suis mãdauit

de te, vt custodiant te in om̃ibus vijs tuis. Certe hęc custodia facit, vt in via recta perseueret aduersus om̃s illecebras ad prauitatem allicientes, deniq; sequitur. Super aspidem & basiliscum ambulabis, conculcabis leonem & dracone͂. Quid hoc ? nisi ꝙ calcanei sui vniuersas insidias vincit iustus rectitudine sua.

Hanc rectitudinē Apl'us Ro. vi. & xiij. alijsq; locis cōmēdat, vbi docet nos esse iustificatos quidē per fidem, sed tamen sollicitos reddit ne obediamus concupiscentijs, nec mēbra exhibeamus arma iniq̃tati, sed renouemur de die in diem, exuētes veterem hominem, & induentes nouū. Nec est dubiū quin in hebręo plurali nūero dixerit in rectitudinibus, qđ nostra translatio singulariter dixit in iustitia (qđ & ip̄m ꝓ æquitate permutauit) vt ostenderet infinita illa maris huiꝰ magni reptilia & animalia magna cū paruis. i. varias insidias, quibꝰ via iustitię impetitur, vt & si vna sit iustitia & rectitudo, multæ tñ dicāt, quia multis exercet prauitatibꝰ & toties velut renouat. Ex his intelligamus, q̃ magna gratia sit habere Christū iudicē i iustitia & rectitudine. Atq; q̃ recto ordine iustitiam p̄posuerit ęquitati, cum multi sint qui incipiant per fidem iustificari, sed statim deprauantur & obliquitatibꝰ deturbant in alienā viā, manēte nihilominus (vt ip̄e putāt) fide, saltem acquisita, quā vocant. Et hæc obliquitas seu prauitas maxime periculosa est in rebus spūalibus, de quibꝰ ps. v. diximus. Hanc iustitiæ & ęquitatis differentiam, interim sequemur donec meliora inuenerimus, quę multū meo iudicio lucis afferet varijs scripturæ locis, quę his vocabulis vtūtur.

Illud leuiculū est forte, non tñ p̄tereundū, ꝙ verbū Iudicabit non tam operis q̃ officij seu dignitatis significationem hebraico more habet, sicut ps. cix. Iudicabit in nationibꝰ implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorū. Sic in lib. Iudicū, de rectoribus populi Israel dicit ꝙ iudicauerint, idest, pręfuerint Israel. Quo significatur, ꝙ regnū Christi cōstitutū sit in expugnandis non vrbibus aut hominibꝰ, sed peccatis & vitijs. Et qui vice huius regis pręsunt, in iudicio eiusmodi pręesse debent, vnico hoc scopo obseruato, q̃ reddant populum Christi a peccatis & erroribus q̃ purissimū, sicut ps. cxxi. dicit. Quia illic sederūt sedes in iudicio, sedes super domū Dauid. Iudiciū em̄ est officiū respectu inferioris quo rectificatur, & a peccatis emūdatur. Iustitia est officiū respectu superioris, quo obeditur eius verbo: alterū hoc ad spiritū iustificatū, alterum illud ad carnem mortificandā pertinet, vtrūq; tñ ab vno eodemq; Christo.

dem〈que〉 Christo rege & iudice proueniunt, ministerio verbi per Ap〈osto〉los ap〈osto〉licos〈que〉 viros.

His dictis nihil obstat, si hūc versum, vt generalē sententiā aptes etiā extremo iudicio nouissimi diei, atq́ in vniuersum, omī iudicio, siue seueritatis quo perdūtur impij etiā ī hac vita siue bonitatis, quo conuertūtur electi. Vnū est em̄ & idem iudiciū dei in omes, Qui em̄ iudicari nolūt suauiter, nec in equitate a peccatis purgari, vt saluentur in iustitia spūs, sibijpsis ex iudicio bonitatis faciūt iudiciū seueritatis, manēte nihilominus iustitia & equitate in vasis misericordię, peccatū em̄ eqtate iudicij dei damnari oportet, siue ab impijs separetur, siue ineternū eis adhereat. Et hoc sensu Ap〈osto〉lus hunc versum tractare videtur Act. xvij. Nūc deus annūciat hominibus, vt vbiq́ oēs pœnitentiā agāt, eo q statuit diem, in quo iudicaturus ē orbē in equitate, per virū, in quo statuit, fidem pbens omibus, suscitans eū a mortuis. Huc & Ro. iij. alludit. Nunquid iniquus est deus, qui infert iram? Absit. alioquin quō iudicabit deus hūc mundū? q. d. vtiq́ in equitate iudicabit. Nā & Petrus i. Pe. iiij. idem iudiciū dei facit, id quo conuertit impios, & q̄ damnat reprobos, dicens. Qm̄ tempus est, vt incipiat iudiciū a domo dei. Si aūt primū a nobis, quis finis eorū, qui nō credūt Euangelio? Et si iustus quidē vix saluabit, impius & peccator vbi parebūt? Vbi Petrus illud puer. xi. tangit. Si iustus in terra recipit. i. retribuitur ei sicut peccatori & impio, q̄to magis impius & peccator, quod heb. dicit. Ecce iusto in terra retribuitur ira, qm̄ impius & peccator, Vult autē Petrus illud Ezech. ix, vbi dn̄s misso viro qui atramentariū scriptoris in lumbis suis habuit, induto lineis, mandat vt interficiat omes vsq́ ad internitionem. A sanctuario (inquit) meo incipite, hoc Petrus dicit tempus iudicij, quod inchoat a domo dei, qūo & Hiere. xlix. Ecce quibus nō erat iudiciū vt biberent calicē, bibentes bibēt, Et tu innocens reliqueris? Non eris innocens, sed bibēs bibes. Ecce idem calix, sed diuerso fine bibentes, alius hinc purgatur & conuertitur, alius reprobatur & damnatur. sic Deutr. xxxij. Iudicabit dn̄s populū suum, & in seruis suis deprecabitur, par itaq́ iudiciū omibus, sed impar euentus.

Et factus est dn̄s refugium pauperi, Adiutor in oportunitatibus in tribulatione.

Hic alterū exercitū describit victorem, scz piorū, ipsam Almuth, Eadem dictio hebraice est, refugiū & adiutor, quam

Hiero. reddit. Et erit dñs eleuatio oppresso, eleuatio opportuna i angustia, vult em̃ ꝓpheta populũ pauperẽ Apl'orũ & Martyrũ, esse eleuatũ & victorẽ factũ futurũq́ʒ super mundi magnates & gygantes per verbũ Christi, quo tropo Isaię.ix. dicit, Et leuabit dñs hostes razin super eũ.i. victores faciet hostes razin. Ita hic ꝓphetat futurũ, vt ꝑsecutores Ecclesię victi, victrici Ecclesię, victoriã cędant, qđ cũ fieret, erat incredibile, nũc aũt factũ ẽ mirabile, sicut erat cũ & prędiceret, Hoc totũ increpãte, iudicante, sedente Christo in throno suo.

Quod in oportunitatibus dictũ est, heb. in tp̃ibus dicitur eadem dictione, qua p̃s, i, Et fructũ suũ dabit in tp̃e suo, satis aũt transtulit bene, in oportunitatibus, in quo & impatientes arguũtur, & nos om̃es consolamur, Impatientes em̃ quib⁹ oĩs mora longa est, diem & modũ deo prę scribũt, quo velint iuuari, vt Iudith, viij, arguũtur. Qui estis vos qui in arbitrium vestrũ diem cõstituistis ei ⁊ ꝓmisit om̃ia petentibus, pulsantibus, quęrentib⁹ se daturũ, sed locũ, tempus, modũ. i. oportunitates sibi reseruauit soli, Si em̃ mox vt clamamus exaudiret, magno nostro malo exaudiret, Primo qđ fidei, spei, charitatis, nullus locus, nullusq́ʒ vsus reliquus fieret, statim ad sensum expleto desyderio nostro, sicut p̃s.lxxvij. In deserto Iudęi scribũtur non fraudati desyderio suo, cũ postulassent carnes incredculi & impatientes morę. verũ & ira quoq́ʒ dei simul ascendit mox super eosdem, & perierũt. Deinde, vbi fidei, spei, charitatis nullus vsus esset, nulla q̃q́ʒ sequeretur purgatio peccatorũ & mortificatio vitiosorũ affectuũ, q̃bus in res prę sentes & sensibiles insanimus, Nõ purgatis aũt affectibus, & reb⁹ carere nõ assuetis, nihil boni operis facere possumus, nec deo vnq̃ placere, quare nec salui fieri, adeo sollicita est diuina misericordia pro nobis, adeo ꝓpter nos differt dare, qđ tñ pręcipit postulare, q̃ possit multo lucro & cumulo nobis donare, Proinde Isa, lxiiij. Oculus nõ vidit absq́ʒ te, q̃ p̃parasti expectantib⁹ te, verbũ obserua, expectantib⁹, & ea quę oculus nõ vidit, q̃b⁹ Apl'us i. Cor, ij. addit, nec in cor hominis ascenderũt, & pro expectantibus reddit diligentibus, Nam hi demũ vere diligũt deũ, qui expectant promissoris veritatem. Qui vero deficiũt, seipsos poti⁹ diligunt. Sic p̃s.xxvi, Expecta dñm, viriliter age, confortetur cor tuũ, & sustine dñm. In hãc rem multa p̃clare Ioh. Taulerius in ser. vernaculis. Nã hi sunt recti corde, de q̃bus p̃s, lxxij. Q̃ʒ bonus deus Israel, his qui recto sunt corde, & cętera q̃ pulchre huc consonant, Rectũ em̃ cor diximus, qđ

9· Psal:

nō quęrit q̄ sua sunt, nec in seipm̄ deprauatū, Et huic bonus ē dn̄s, quia ipsi gustant & videt, qm̄ suauis est dn̄s.

Et his duobus nominibus ꝓprię exprimitur cōditio, Almuth nostrę.i. absconditę iuuentutis, seu populi noui in mysterio fidei viuentis, ꝙ pauper & tribulatus describitur, vt em̄ impios inimicos, famosi nominis, magnę potestatis & phrameę & multę turbę in ciuitatib⁹ esse, ac per hoc foris speciosos & apparentes descripserat. Ita ecōtra, pios oportuit describi cō contraria sua forma, paupertatis, tribulationis, infirmitatis, ignobilitatis, & tn̄ huic cōtēptibili dari victoriā aduersus magnificos illos & superbiā Iordanis, vt stet qđ dixit, se mirabilia dei narraturū, gaudens in dn̄o. qui deponit potētes & exaltat humiles, Et humilia respicit in cęlo & in terra.

Et sperent in te, qui nouerunt nomē tuum, qm̄ non dereliquisti quęrentes te dn̄e.

Quid sit nosse & diligere nomē dn̄i & sperare ī eo, abūde ps. v. dictū est eo versu, Et gloriabūtur in te om̄es qui diligūt nomen tuū &c̄. pertinet aūt tam spes q̄ notitia nominis dei ad formā almuth depingendā, ꝙ vita eius sit in spe abscōdita, & nomen suū nō agnoscat, glorietur aūt in solo dei nomine, vbi impij in re apparente & in suo nomine gloriantur.

Hoc aūt pōt intelligi indicatiuo futuro dictū. Et sperabūt in te qui nouerūt &c̄. vt sit ex pręterito exemplo liberatiōis, cō fortatio spei in futura tribulatione, quo affectu ps. iiij. incipit. Cū inuocarem exaudiuit me deus iustitię meę, in tribulatione dilatasti mihi, vt ibi dictū est. Loquitur em̄ hic versus ad consolationē infirmorū, vt sperent in deū om̄es qui inuocant nomen eius, visis tot eius mirabilibus pręteritis.

Et illud aduersus sensum carnis dicitur, qm̄ non dereliq̄sti quęrentes te, vt oportunitatem discant expectare, apparet em̄ om̄i sensui deum dereliquisse quęrentes eū, contra quas procellas cogitationū, huius versus rupes est firmanda & dicendū cū fiducia, Nō dereliquisti quęrentes te dn̄e.

Psallite dn̄o, qui habitat in Zion, Annūciate inter gentes studia eius.

307

Ecce & hic versus declarat, quos nomie Almuth intellexerit in titulo, nẽpe reliquias Israel, qui relicta vetere synagoga q̃ in splendoribus mũdi & sanctis secularibus spectabilis erat, per fidem nati sunt in nouũ populũ & iuuentutẽ spiritualẽ, quę ambulet non in pompis ceremonialibus literę, sed in spũ nouitatis, sub cruce & passionibus contẽpta laborans. Hoc nimirum indicat, q᷑ habitatori Zion psallere iubet, & annũciare in gentes studia dei, Nec em̃ alij prędicauerũt gentibus sacramenta illa dei, nisi Ap̃li & alij ex Iudęis conuersi, vt Isa. vl. prędixit. Et mittã ex eis qui saluati fuerint, ad gẽtes, in mare, in Aphricã & Lidiam, & sagittarios in Italiã & Gręciam, ad Insulas longe, ad eos qui non audierũt de me, nec viderũt gloriã meam. Et annũciabunt gentibus gloriam meam, & adducent fratres vestros de cũctis gentibus &c̃. Idem ex Mich. v. supra retulimus, de reliquijs Iacob, in medio populorũ multorũ.

Nec oportet hoc loco Zion allegorico sensu trahere ad Ecclesiam per orbem diffusam, sed ipsam ad literam ciuitatem Hierusalem, in qua Christ⁹ instituit, cepit & perfecit Ecclesiam suam intelligimus, cũ de his loquatur, scz primitiuis Ap̃lis & sanctis, qui in monte Zion & Hierusalẽ habitauerũt, de Zion aũt ps. ij. dictũ est, q̃uo Christus constitutus est rex super Zion montẽ sanctũ eius. Non em̃ fecit & abijt, sed constitutus habitat in Zion, presentissimus nobis factus, quod dictũ est aduersus laruas eorũ, qui in hominũ facies intenti, Ecclesię regnũ, quasi Christus in triũphante Ecclesia regnet solũ, militanteq̃ hominibus reliquerit, pene vendicãt humanę temeritati & potentię. Si em̃ credim⁹ verũ esse q᷑ hic dicitur, Christũ habitare in Zion. Quid tam anxie pro nostris iuribus, titulis, ditionibus laboramus? Cur tot traditionib⁹, fœderibus, pactis, imo bellis ac discordijs tumultuamur? Et cui animas in baptismo inęternũ victuras concredimus, Cur corpa & res nostras hominũ studijs ita tenemus, roboramus, tuemur? verũ non credunt istiusmodi Christum in nobis habitare, ideo digna incredulitatis mercede donati, tradũtur i sensum reprobum, vt faciant ea quę non conueniunt.

Subindicat vero propheta futurũ, vt desertis Iudęis Christus in gentes p̃dicaretur, dum inter gentes annuncianda prędicit studia dei, & iam incipit eas quoq̃ passiones & victorias recensere, quæ fidelibus inter gentes contigerũt, vt videbimus ordine suo.

Studia, quę hoc loco hebraice, odilloth dicũtur, alij opa,

D. Psal:

alij mirabilia, alij consilia transtulerũt. Mihi prę omib9 placet, qđ nostra translatio habet. Studia, q̃ generalissimo nomine comprehendũtur, opera, exercitia, negocia cuiusq; hominis, pręsertim ea, quę data opera molitur, vnde nõ inepte studiũ hebręis simul inuoluit & consiliũ & opus. Dei itaq; studia, sunt ꝓprie opera illa mirabilia q̃ cõsulto facit. Ea sunt, q̃ diximus, humiliare superbos, & exaltare humiles, cõuertere impiũ retrorsum, & refugiũ esse pauperi. Hęc quia Iudęi respuerũt & contempserũt. Ecce (inquit) Act. xiij. Conuertimur ad gentes, Quę annũciata & ex gentibus multos conuerterũt & multos offenderũt, vtrobiq; em̃ Christus signũ est cõtradictionis, positus in ruinã & resurrectionẽ multorũ.

Qm̃ requirens sanguinem eorũ recordatus ẽ, nõ est oblitus clamorẽ pauperũ.

Exponit studia dei clarius, quę annũcianda docuit, scz in consolationem tribulatorũ em̃ deus, tardus est redditor, vt Sapiens dicit Ecclesiast. v. Et multę diuitię bonitatis, patiẽtię & longanimitatis eius, apparet neq; requirere sanguinẽ sanctoꝝ, neq; memor esse pauperũ suorũ, in qua longanimitate opus est, vt his psalmis spiritualibus nos exhortemur.

Et iterũ Almuth nostrę personã describit, pulchre exponens rationem tituli, Nam dũ sanguinem pauperũ & clamorẽ recenset, nonne indicat imaginẽ mortis & omniũ passionum portari ab ista Almuth? vere nouũ gen9 hoĩm, qđ sub morte viuit, sub passione gaudet, sub oppressione vincit, sub obliuione sui clamans exauditur, qũo potuit ꝓfundius abscondi q̃ sub sanguine? Itaq; siquis hucusq; dubitauit Martyres hoc psalmo loqui, hũc versum legat & sanguinẽ eorũ obseruet.

Ita videmus quoq;, quib9 viribus vicerint Martyres, scz, sanguine & clamore. Et q̃ longe a facie primitiuæ Ecclesiæ recesserit Ecclesia hodierna, quę vel Babylone cruentior, potius aliorũ sanguinẽ fundit, & clamores in cęlũ contra se concitat, arbitrata se obsequiũ prestare deo. Siue aũt hunc versum aptes ad pręterita mala, quib9 a Iudęis afflicta est inuentus Martyrũ, siue ad pręsentia & futura inter gentes ferenda, parũ refert, q̃ q̃ priori sensui magis conuenit sequentia textus, cũ in hos studia dei declaret, quibus a Iudaico furore liberata est, vt ostendat quid predicandũ sit inter gentes de studijs dei, & ob qđ psallendũ ei sit, nã statim dicet de malis inter gẽtes ferendis.

Recordatione ꝓ sanguinis sanctorũ & memoriã clamo ris pauperũ, primo intelligim⁹ suauiter de cõuersiõe impiorũ, merito sanguinis & clamoris Martyrũ facta, sicut. S. Stephanus Paulũ, Laurentius Hippolitũ, & in summa, Ecclesia totũ mundũ sanguine & oratione cõuertit. Deinde seueriter in eos, qui contempta hac suauitate, manẽt in sua impietate, de qbus Christus Luce. xviij. Audite qd iudex iniquitatis dicit, Deus aũt non faciet vindictã electorũ suorũ clamantiũ ad se die ac nocte? Dico aũt vobis, quia cito faciet vindictã illorũ.

Vide q̃ sibi vbiq; cõstet Euangelica doctrina & vita, Christianorũ ẽ, nõ reddere malũ, nec retaliare, nec vindictã facere, Ita hoc versu Martyres fundũt qdẽ sanguinẽ, nec tñ aliud faciũt, nisi qđ clamant, vt & nos erudiamur, oportere quẽlibet in sua causa patientẽ & vacuũ vindictę esse, ac sola oratiõe ad deũ cõuerti, Sicut Ro. xij. dicit. Non defendentes vosmetipsi charissimi, Sed date locũ irę. Scriptũ est em̃, mihi vindicta, & ego retribuã, verũ hoc olim erat pręceptũ necessariũ, qñ Euãgeliũ florebat, Nũc regnantib⁹ opinionibus, factũ est cõsiliũ perfectis datũ.

Miserere mei dñe, vide humilitatem meam de inimicis meis, qui exaltas me de portis mortis.

D. Hiero. sic. Vide afflictionem meam ex inimicis meis, Quare humilitas hoc loco manifeste, vilitatem, oppressionẽ, laborem significat, qđ & frequenter ꝓ pauperib⁹ accipitur in scripturis, quasi dicas, tristitiã ac molestiã animi, qua laborat sub inimicis. Inimici ꝓprie hoc loco ab odiendo, osores hebraice dicuntur. Tũ illa locutio latinis insolita est, humilitatem meam de inimicis meis, Eclypsis em̃ esse videtur in hũc modũ supplenda, vide humilitatẽ meã, quã patior ab osorib⁹ meis.

Est itaq; huius versus affectus in his, qui victis aliquot malis, iterũ pręmũtur, clamant & orant, vt liberentur, vt non mõ indicet sanctos assidue tribulationib⁹ expositos esse, verũ & Ecclesię formã pręscribat, in cuius persona psallit, q̃ in p̃cedẽtibus Martyribus confitetur & gloriatur. In pręsentibus gemit & clamat, pro futuris orat & optat, vnde & hic cũ petit respici suam afflictionem per misericordiam dei, recenset priora dei mirabilia, qđ etiam a portis mortis eam exaltarit.

9. Bal:

Exemplũ aũt huius versus ꝓ mea ruditate, pulchrũ exhibuit Apl'us Paulus, in tribulationib⁹ qb⁹ grauabatur ĩ Asia. scribens.ij.Cor.i. sic. Nolumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, qm̃ supra modũ grauati sumus supra virtutem, ita vt tederet nos etiam viuere, sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in deo qui suscitat mortuos, qui de tãtis periculis eripuit & eruit, in quem speramus, qm̃ adhuc eripiet, adiuuantibus vobis in oratione pro nobis. Itaq; arguit a maiori tam Apl'us q̃ ꝓpheta, Si (inq̄t) a portis mortis exaltasti antea, etiam nunc cũ molesti mihi sunt osores mei, & in afflictiõe mea, miserere mei, Facile fidelis est & sperat in minori malo, qui in maximo expertus est spei fructum.

Hanc portã mortis grauissimam esse persecutionẽ credo, quã Apostolus responsum mortis in se ipso videt̃ appellare. Scio quidem in scripturis portas solere accipi pro curijs, aut consistorijs, vbi iudicium accipiebatur, vt versu sequẽte videbimus. Alios autem tropologiam secutos ꝑ portas mortis intelligere vitia seu peccata, quibus peruenitur ad mortem. At simplici sensu contenti, mortem istam corpalem (vt dixi) accipiemus. & portam, ingressum eiusdem, vt sit porta mortis, introitus mortis, seu mors instans & vrgens. Quę & si parui momenti sit ad mortem ęternam, tamẽ nisi victrice gr̃a dei superetur, prorsus nihil differt ab ęterna morte, ĩmo ẽ vere initiũ ęternę mortis. Alioquin vix dormitio vocat̃ & somn⁹ seu requies sanctorum, Quare epitasin obseruemus in porta ista mortis, vt intelligamus Apostolũ & sanctos Martyres, cũ morte sic pugnasse, vt senserint quendã gustum ęternę mortis, Quem & Christus Matt. xvi. per portas inferi significasse videtur, Nisi em̃ atrocius aliquid sensibili morte indicaret, non tã ardentib⁹ & potentib⁹ verbis vteret̃, dicẽs de portis mortis

Vt annũciem omnes laudes tuas ĩn portis filię Zion, Exultabo in salutari tuo.

Sic em̃ hebręus versus finit, Et quod hic annũciem, supra versu primo dixit, Narrabo, idem vtrobiq; verbum, potuit autẽ & sic transferre, Propterea enarrabo omnes laudes tuas. Om̃s laudes dicit, eodẽ tropo, quo supra oĩa mirabilia dixit, Affectus autẽ iste p̃s. v. tractatus est, vbi dictũ est, quomodo

gloriantur in dn̄o, qui diligunt nomen eius, delectantur enim eius laudem nūciare & prędicare, ideo petūt adiuuari, & sustinēt viriliter dn̄m futurū adiutorem, qui nisi veniret, laus quoqꝫ eius penitus periret, sicut ps. vi. dictū est. Q m̄ nō est in morte, q memor sit tui, Ita & hic dicit, se exaltatū a portis mortis, vt laudes eius enarret, & exultet in salutari eius.

Vnde videmus hūc psalmū in persona totiꝰ Almuth cantari. Martyres em̄ occisi nō enarrant laudem dei in Ecclesia militante, Sed reliqui, qui data pace, aut victis impijs supersunt aut succedunt, cū ideo narrentur laudes eius, vt nota fiant opa dei & nomen eius cognoscatur in consolationē & spem fidelium, atqꝫ in conuersionē infideliū. In cęlo em̄ vbi oēs vident gloriā dei, non indigent prędicāte. In terra aūt vbi gloria dei nullo modo capitur, dū sub tam aduersa forma opatur, vt magis oblitus qꝫ memor esse videatur, opus est saltem verbo eā cōmendari, & fide intelligi.

Hic, portas filię zion, hebreo tropo, significare loca, ī qbꝰ fideles conueniūt ad verbū dei, ad orationem, ad sacramentū, ad pœnitentiā, & ad vel ligandos vel soluendos peccatores, satis clarū puto. In portis em̄ olim sedebant iudicaturi, vt ꝓuer. xxx. Nobilis in portis vir eius, qn̄ sederit cū senatoribus terrę, Nec absurdū videt̃ iuxta synecdochen ciuitates intelligi, per portas, in lege Mosi, qn̄ Deutr. xvij. & similibus locis dicit. Si fuerit repertꝰ intra vnā portarū tuarū vir aut mulier &c. Quo nomine ciuitates credo appellatas, ob mysteriū Ecclesiarū futurarū, in quibus introitus & exitus, tum patens, tū tutus est. Exitus inqꝫ ad bella & labores, Introitus ad pacē & quietem. In his portis vtiqꝫ laudes dei annūciantur sicuti vidimus & videmus.

Filię Zion dicit, vt supra, ꝙ Ecclesia in monte isto ceperit, & inde promouerit in omnē terrā. Et forte non sine causa adiecit filię, nō cōtentus, in portis zion, dicere, ꝙ p̄uiderit zion & Hierusalem vastandas, Nihilominus Ecclesia per orbem, q̄ filia illius est, habet suas portas, in quibus p̄dicatur laus & gloria dei in salutem gentiū, & agitur iudiciū ad mortificādū peccatū veteris hōis, vt dictū est.

Exultabo in salutari tuo, frequens est vocabulū, salutare tuū in sacris literis, & fere ad Christū refertur, recte quidem, sed non satis aperte, Aliud em̄ sonat saluator, aliud salus, aliud salutare. Salutare em̄ latinis id dicitur, quo vsus saluator, salutē cōfert, sicut cibū, potū, medicinā & similia dicimus salutaria,

Quę

Quę cū ita sint, Christus aptissime salutare vocatur, cum ipse sit mediū illud, quo nos saluamur, Ipse est panis, qui dat vitā mūdo, Et oīno idem medicus & medicamentū, quo sanantur peccata animarū, quo & liberamur ab omi malo. Est itaq; sensus. Ego salutē, neq; in me, neq; vllis hominibus quęro, vana em̄ salus hominis, libēs a me & ab illis destituor, vt liceat mihi in Christo filio tuo saluū fieri ab omibus peccatis & malis. Ipse em̄ est saluberrimū vngentum, ipse consolatio nostra, seu vt Apl'us i. Cor. i. Ipse iustitia, sanctificatio, sapientia, redemptio nostra a deo nobis factus, Quib9 verbis optime energiā hui9 nominis, salutare, & vsum Chr̄i & incorpatione nr̄i in Chr̄m exposuit, modo vites somniatores sophistas, qui Christū nobis sic iusticiā & sapientiā faciūt, vt semper vel obiectū vel causam iustitię nostrę statuant, vsum vero eius, qui est per fidem ī eū, penitus ignorātes, de quo solo loquitur Paulus. Fides em̄ in Christū, facit eū ī me viuere & moueri & agere, nō secus atq; salutare vngentū in ęgrū corpus agit, efficimurq; cum Christo vna caro & vnū corpus per intimam & ineffabilem transmutationem peccati nostri in illi9 iustitiā, sicut nobis repręsentat venerabile altaris sacramentū, vbi panis & vinū in Christ carnem & sanguinē transformantur.

Hęc qui nouerit & expertus fuerit, mox fastidit saluari ab hominibus, libenter dānatur ab illis, Exultat in solo dei salutari, gaudens & gratias agens, se talem esse, cui Christus sit salutaris, donec plene saluus factus, similis sit ei qui se saluū fœcit suo ipsius impendio. Ita verbū, salutare, quia vsum & vim salutis includit, aptius conuenit militanti Ecclesię, q̄ salus, q̄ potius futuri sęculi res consumata erit. Interim Christ9 fermentū est, absconditū in satis tribus farinę, donec fermētetur totum, hoc em̄ agit hoc iudiciū eius est. Hic est thronus eius in hoc tp̄e (vt diximus) q expurgat peccatū in fidelibus suis, & imbuit iustitia per seip̄m, sicut heb. i. dicit, portans om̄ia verbo virtutis suę, purgationem peccatorū per semetip̄m faciens, sedet ad dextram maiestatis in excelsis.

Et pulchre, licet paulo obscurius, hic versus sacrifitiū altarit. i. missam videt̄ tractare. Hoc em̄ agi debet in missa. Primū vt enarrentur laudes dei (,i. Euangeliū) in quo mirabilia, studia, opera, beneficia dei p̄dicantur, idq; in portis filię Zion. i. in conuentibus fideliū. Deinde, vt fermētentur populi salutari fermento. i. imbuantur & reficiātur Christo, vt exultare discāt in salutari dei, Est em̄ mēsa ista, mēsa cōuiuij magni & iucūdi,

q

et qua vesci debemus cũ lętitia, verum hoc illis conueniet, qui tribulationem .& humilitatem ex inimicis patiũtur, sicut prę- cedente versu dicitur, cum autem & alĳs locis omnib⁹ scrip- turę, istud sacrificiũ in & pro conuentu multitudinis celebrari statuatur. Ego sepius passus sum, & adhuc patior miras cogita- tiones, quidnam de singularibus & priuatis missis sentiendũ sit, in quibus prorsus id non agitur, ad quod institutũ est hoc mysterium, neq; prędicatur ibi, nec cõicatur, nisi id laudes dei enarrasse dixeris, qđ est Euangeliũ ab vno legi & audiri, rarissi meq; intelligi, & id cõicari putes, qđ est vnũ solitariũ hominẽ qui cõitas dici non potest, sacramento isto vti. Nam illos eui- denter errare pronũcio, qui in hoc tm̃ celebrãt, vt opus bonũ aliquod faciant, quasi hoc mysteriũ ad faciendũ opus bonũ institutũ sit, ac non multo maxime & solum ad vsum iustitię Christi & vim salutaris dei exercendam, sicut canimus, Calicẽ salutaris accipiam, & nomen dñi inuocabo, Non ꝙ damnem missas priuatas, quas etiã tũ noui tum expertus sum multis fu- isse saluberrimas, nõ tñ nisi magnis tentationibus, vexatis, sed qđ vsum earũ ꝗ passim regnat vix paucis credo salutarẽ esse.

Infixę sunt gentes in interitu quẽ fœcerũt: In laqueo isto quẽ abscõderũt cõprehensus est pes eorum.

Pro infixę sunt, Hiero. habet, demersę sunt, qđ pulche con ueniret, si pro interitu, foueam quoq; reddere vellemus, signi- ficat em̃ eadem dictio interitũ, foueã & laqueũ, forte qđ fouea & laqueo pereant homines. Atq; iterũ tropus ille cuius p̃s. vĳ meminimus, hoc loco ponitur, vbi omisso ꝓnomine, quẽ hębreus simpliciter dicit, in interitu fœcerũt, sicut incidit in fo- ueam, fœcit, Deniq; eadem dictio quę illic, fouea, hic interit⁹, versa est, estq; per om̃ia fere similis cũ illo versus, & similis sen- tentia, vt appareat vice ꝓuerbĳ hanc sententiam fuisse vulgo notissimã, q̃ illo & hoc versu traditur, Nam & hoc qđ dicit, In laqueo isto quem absconderũt cõp̃hensus est pes eorũ, distat in verbis & nihil in sententia, ab eo qđ illic dicitur, Cõ- uertetur dolor eius in caput eius & in verticem ipsius iniquitas eius descendet, Sensus aũt apertus est, Q, impĳ martyrũ perse- cutores, dupliciter demergũtur, aliqui suauiter, alĳ seueriter. Seueritatis exemplũ p̃s, vĳ. monstratũ est in Absalom, qui in foueã cecidit, quã patri suo parauit. Quod cõtigit & Iudęis.

9. Psal:

vastata Hierusalem, cũ ipsi parassent vastare Ecclesiam, sicut & Roma hoc merito vastata est. Idem necesse est tandem pati oẽs piorũ persecutores, & si ad tempus modicum superiores sunt, sicut scriptũ est, puer. xi. Iustus liberat⁹ ẽ, & tradetur impius ꝓ eo, Et. xxvij. Qui in altũ mittit lapidẽ super caput eius cadet, Quę omĩa & similia, sicut & hic versus, ꝓuerbialiter dicũtur in consolationem patientũ & infirmorũ, vt certi sint, id quod patiũtur, reuersurũ ad aduersarios secꝫ liberandos, Absqꝫ hoc qđ aduersarij, nõ modo corpali huic suo malo obnoxij erũt, sed simul peiori malo in spiritu conterantur, dũ & peccant in pios homines, & pęnam pro peccatis incurrunt, quod Hiere. dicit, duplici contritione contere eos, Sic & Cain. Geñ. iiij. scribitur, peccatũ suum adhærere, simul tamen pęnam non euadere.

Verũ hoc loco magis benignitatis exemplũ intueri decet, quia ps̃ iucundissimus est, & verba increpatiõis omĩa geri dicũtur, idqꝫ consonat sequentibus, vbi dñs iudicia faciens cognosci, & peccatores in infernũ cõuerti, & legis latorẽ constitui, vt gentes sciant se homines esse, dicit, non tñ reiecto seueritatis exemplo, quod vt etiã rudioribus planũ faciamus, Cõstituamus sibi contraria duo bella, carnis & spiritus, quibus pij & impij in hoc mundo congrediuntur. Carnale bellũ dico, quo impij aduersos pios insaniũt, vt in Almuth ista Martyrũ ostẽsum. Hic impij semper superiores sunt, imo apparent esse superiores, dum sancti non nisi patiũtur, non reuerberant, non vindicant, Vnũ est qđ faciũt, ꝙ sinunt impios furere & facere quę volunt, sola patientia pugnantes, verũ non in finem patientia ista pauperũ peribit, sed mors & quęcunqꝫ mala impij eis intulerint, tandem in caput impiorũ redibũt & demergent in interitu quem fœcerunt, Morient eñi & viros iniustos mala capiẽt in interitu, nec inde vnq̃ liberabuntur, sicut iusti liberati sunt. Igitur iste est congressus carnalis, piorũ & impiorum hic finis & victoria vtriusqꝫ. Sic maior seruit minori, & qui p̃ualet rubeus & cruentus Edom, supplãtatur a posteriore Iacob. Spirituale bellũ est de pietate & impietate. Hic iterũ impij, imaginem maioris & prioris Edom, habent, pij vero minoris & posterioris Iacob, hic de religiõe, de fide, de opiniõe, de sensu spiritus, & omnino de his rebus bellatur, q̃ ad deum pertinẽt, propter quas & carnale bellũ oritur & geritur, dum impij sua ꝑtinacissime statuũt, piorũ aũt ĩpetuosissime ꝓsequũt, & dãnãt. Hic proprie colliduntur in vtero Rebeccę duo paruuli, vt

153

mater ipsa periculo territa dicat, si sic mihi futurū erat, quid necesse fuit concipere? Acerrima est hęc congressio, talis fuit Apostolorū contra Iudęos, pseudoapl'os, Martyrū cōtra Idolorū religiosos & cultores, doctorū cōtra hęreticos, & semper & vbiq; humiliū aduersus superbos mente cordis sui. Hic impij multitudine & fortitudine pręstant, potentibus, sapientibus, iustitiarijs a sua parte fideliter stantibus, sicut Arrianę hęresis exemplo pulcherrime cognosci potest, tum ratio, sensus, opinio vulgi i illorū copijs regnāt, sūtq; vndiq; armatissimi. Pij vero, p̄ter confessionē, q̄ fit in salutem, pene nihil habent, pauci sunt, simplices stulti & peccatores ab eorū parte stant, tū q̄ loquūtur, quia supra sensum, rationem, opinionem vulgi sunt, eo ipso quo loquuntur, victi videntur, deniq; cōtempti & ridiculi, tū illi opinione & plausu vulgi & magnatū suorum freti inflatiq;, mox implent illud p̄s. xiij. Consiliū inopis confudistis, qm̄ dn̄s spes eius est. Hucusq; succūbunt seu succumbere videntur iusti vsq; ad oportunitatem.

Vbi aūt perseuerarint in confessione hac salutari, siue interim moriantur siue patiantur, venit dn̄s in oportunitatibus, dicens, Non sic, sed maior seruiet minori, hoc est, victor victo subijcietur, sicut ex Isaia. xiiij. superius adduximus. Et erūt capientes eos, qui se ceperāt & subijciēt exactores suos, dicit aūt, & fit ita. Ipse em̄ dixit & facta sunt, Tūc aūt fiunt, qn̄ (vt infra dicet) dn̄s cognoscit iudicia faciens, & corruit impius in opibus suis, Reuelatiōe em̄ veritatis cognoscitur, sicut supra dixit. Increpasti gentes & perijt impius, Non em̄ nobis p̄dicantibꝰ, sed deo increpante, iudiciū faciente, & incrementū dante, vertuntur impij.

Mutatis aūt ac victis hac ratione impijs, iam verū est, Esse captū pedem eorū laqueo, quē ipsi absconderūt, & demersos in interitu quem fœcerūt, quia interitū & laqueū quem pietati iustorū intentarunt vt perderent eam, passa est potius eorum impietas, & perijt ipsa. Non aūt eodem interitu perierūt quem fœcerūt, sed simili, quia interitus pietatis & impietatis, nō sunt idem interitus, sed similis formę, vnde hic locus ad tropum Apostoli Ro. v. intelligendus est, vbi dicit, Adam esse formā Christi, cū tn̄ ille peccati, hic autor sit iustitię, verū forma est similis originis, non similiū rerū. Ita hic impij demerguntur interitu, quem pijs fœcerūt, cū piorū interitus sit, impios fieri, & impiorū interitus, pios fieri, forma itaq; eadem, sed res longe diuersissima. Hęc duo bella forte signat Apoc. xiij. vbi cū

316

altera bestia pugnantibus dicit, hic est patientia & fides sancto- rũ. Cũ altera vero pugnantibus, hic est sapientia.

Sunt aũt qui tropologissent penitus, hoc loco, volentes demergi in interitu, quem fœcerũt, Esse, conscientiã illaqueari & capi peccato, quod perpetrarũt. Aliĳ argutius, hęreticos & impios proprio sermone capi & constringi. Sicut em̃ mendacem, non est possibile satis esse memorẽ, ita nec satis prudentẽ, quo fit, vt ab ĳs qui acute obseruãt, facile capiãt, sicut Dauid Goliath suo gladio peremit. Et Christus fortiorem alligans, distribuit arma in quibus cõfidebat, Et fere videmus, Iudęos, hęreticos, superbos quosq̀ȝ, hac arte superatos. Sic. i. Reg. xiiĳ. Ionathas hoc signũ futurę victorię sibi pręsumpsit, si ad phi- listinos ipsi irent vocati, secus si ad ipsos Philistini venirẽt. Nã & rei militaris periti, canonem hũc habent, nõ esse bellũ diffe- rendũ, donec hostis obsideat muros, Sed occurrendũ adhuc longe agenti, aut melius in terra sua morãti, qualia fuere ferme bella Dauid regis contra gentes, Sed & Romani Hannibalem vincere in Italia non poterãt. In Aphrica vero Hannibal q̃q̀ȝ vincere nõ potuit. Quid his lusibus rerũ diuina potentia osten- tat, nisi qđ hic dicitur. Hostem tutissime & optime posse vinci suis viribus, suis armis, suis artibus, suis p̃sidĳs. Quin & mor- tem Christus morte ipsa, mortisq̀ȝ viribus vicit, & peccatũ de peccato damnauit, Sicut & maledictũ maledicto superauit & potestatem nobis dedit, diabolũ, mundum, carnem, non nisi ꝓprĳs eorũ studĳs vincendi, dum fide & patientia firmatos & inuictos reddit aduersus omnem vim & astutiã eorũ, Pulchra est hęc & iucunda sentẽtia, sed nescio an huic versui apta. Sim- plicior em̃ videtur esse sensus prior, de occubitu impiorum & impietatis, quẽ intentarunt pĳs & pietati, siue de seueritate siue de bonitate, siue de vtraq̀ȝ simul intelligas, cũ sit idem dñi iu- diciũ & opus, vt supra retulimus, sed nõ om̃ibus eadẽ faciẽs, quia nõ eodẽ studio susceptũ.

Ad vim verborũ veniamus, quę videmus oĩno esse alle- gorica, Quo vt p̃s. ĳ. dixim⁹, etiam rem allegoricam spiritus significare voluit. Aliud enim agitur, & aliud agi videtur, qñ impĳ oppugnant pios, seu carnali, seu spirituali bello, vidẽt em̃ victores & maiores, sed vincuntur & seruient minoribus. Quã allegoriã, & verbũ hoc, maior seruiet minori, pulcher- rime & breuissime cõmendat, Maior & minor apparent, scz, illius victoria, hui⁹ seruitus. At vera seruitus, quã deus censet, nõ apparet, sed verbo dei nũciatur, ac fide sola percipitur, vbi

iterum vides, ſpiritū magis in verbo q̃ nomine obſeruandū. Atq; vtinam om̃es tribulati, hoc prouerbij vice haberent ſibi vſitatiſſimū, quo ſepius conſolari & aduerſus ſiue peccata ſiue pęnas quaſcūq; dicere aſſueſcerent, Maior ſeruiet minori, Maiora ſunt nobis, quę nos prę mūt, ſed confide, verbū dei omnipotens eſt quod dicit. Maior ſeruiet minori, quod adeo verū eſt in futuro, & adepta victoria, vt & pręſenter nobis ſeruiāt & ꝓſint, qui maiores nobis ſunt. i. qui nos perſequūtur, vt eorū ipa tyrānis ad noſtrū malū, ſit nobis ſeruitus ad noſtrū bonū, Ita ſunt iudicia alia dei, alia hominū.

Demerguntur, ſumptū videtur ab Aegyptijs Exo. xv. vbi dicitur, ſubmerſi ſunt ſicut plumbū in aquis vehemētib⁹, ſed & totus verſus eandem hiſtoriam, non parū ſimulat, ſicut eīm Aegyptij conati Iſraelem perdere, longe maiores illo facti, ipi potius eo ipſo perierunt. Ita impius ſpiritualem Iſrael perſecutus, perijt. Demerſio aūt ſiue defixio indicat perpetuū interitū, vnde non liberētur, ſiue ſeueriter ſiue benigniter intelligas, Nā damnati nō reuocabūtur, & fideliter cōuerſi, nō reuertētur ad vomitū in ęternū, Cahos eīm magnū inter vtroſq; firmatū eſt, vt nō poſſint hinc aut inde tranſire ad ſeinuicem. Sic ſupra p̄s vij. Diuerſi ponderis verba poſuit, lacum aperuit, & incidit in foueam quā fœcit, Grandius eſt incidere in foueam q̃ facere foueā. Ita hic, defixę ſeu demerſę ſunt in interitū quē fœcerūt, Maius eſt demergi in interitū q̃ facere ſeu parare interitū. q. d. Mala quibus impij petūt pios, videtur eſſe eorū caſus & perditio, ſed reuera ſunt ſolū apparatus quidā, & magis intentatio caſus & perditionis. Tentantur eīm morte & malis, ſed viuūt & bene habent. ſicut p̄s. cxvij. Impulſus, euerſus ſum, vt caderē, & dn̄s ſuſcepit me. Contra impij videnť, erigi, ſtabiliri, eleuari ſuper pios, & demergere in interitū, Sed reuera apparatus, ſpecies & tentatio eſt erectionis, & verius demerſio qua interitū patientur, imo patiūtur pręſenter.

Idem dicemus de altera verſus parte, vbi graui⁹ eſt laqueo cōprehendi, q̃ laqueū abſcondere, & tamen pij videnť cōprehendi, cū ſolū paretur laqueus vt cōprehendanť, tentantur inq̃ non cōprehenduntur, Nec vltra promouent impij, niſi q; abſcondunt laqueū, tenduntq; inſidias, ſed incaſſo labore. Rurſum ipſi videntur liberi, tuti, & cōprehendere pios, cum reuera ipſi comprehendantur. Et verſus hic niſi tautologiam habet, pōt pro priore parte aptari bello carnali, pro poſteriore bello ſpirituali, Q, impij pro impietate ſua pugnantes, pleni ſunt

astu & insidijs aduersus pietatem doctrinę, sua non synceręp producunt & aliena insidiosissime calumniantur, donec detectis versutijs comprehendãtur, operãte deo mirabilia sua, aut in æternũ confundantur reuelatis coram omnibus consilijs suis. Impossibile est em̃, vt impius nõ agat subdole & mendaciter, cũ sit mendax a planta pedis vsq; ad verticem. Deinde p mendaci suo sensu ardeat zelo impotentissimo, sicut in Iudęis mõstrum habemus, cum aũt aperto negocio videat sibi victoriã non posse obuenire, ad insidias vertitur, & cũ Magis Pharaonis sciens & prudens resistit veritati Mosi. Talem dolũ sepius infra audiemus, qualem & in Euangelio quoq; Christũ videmus vbiq; passum. Q; si simpliciore sensu, laqueum, insidias mortis corpalis intelligere quis velit, non resistemus, Sic enim ipsi insidiantur sanctis, in mortẽ, & tñ sanctis liberatis, ipsi capiũtur in mortẽ anteq̃ intelligant, cũ em̃ dixerint pax & securitas, repentinus eis superuenit interitus.

Notũ relinquo captionẽ pedis in laqueo, sumptã esse ab auibus aut bestijs, quas aucupes & venatores hac arte capiunt, Quibus rebus pulchre figurantur, scandala, insidię, pericula, & lapsus animarũ, maxime hębreis. Et vt hebraismũ hunc inculcemus. In hebręo neutra parte versus habetur relatiuũ, quę, sed simpliciter in interitu fœcerũt. In laqueo isto abscõderũt.

Cognoscetur dominus iudicia faciens, In operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

D. Hiero. & hebręus ita.

Agnitus est dominus iudicium faciens, in ope manuum suarum corruit impius, Meditatio semper.

Et vere in pręterito dicit, agnitus est, non in futuro cognoscetur. Et impius, quem noster transtulit peccatorem, ipse ẽ iustitiarius ille cerimonialis, pharisęus, superb9 in virtute sua, glorians in operibus suis, qui ad obsequium dei pro veritate fidei & honore sanctę Eccl'ię, occidit filios dei magna fiducia, de quo abunde dictũ in superioribus, qui hebraice Rasa dicit, quod vero Hiero. corruit, hebręus & noster rectius comprehensus est, habet, quãq; non ita multũ refert ad sensum.

Pergit aũt propheta narrare mirabilia dei, ꝙ non modo gentes Idolatrę persecutrices, demersę sunt in interitu quē fœcerũt, verũ & ij, qui sibi sancti & bene viuere visi sunt, inuenti sunt peccatores, Nisi forte, hunc versum p̄cedentis lucem esse dixeris, & hic declarari qđ ibi obscurius dictũ est, Ego magis huc feror, vt credam, ꝓphetam voluisse vim diuini operis & iudicij extendere ad oĩa, vt gentes nõ modo inuenirētur male agere, pijs hominibus resistendo ꝓpter sua studia, sed etiã ipsa studia inueniri peccata & mala, sicut in Paulo licet exemplum petere, qui cũ cognouisset iustitiã q̃ ex lege est, esse meram impietatē, q̃ inflet, nõ modo vniuersa mala, q̃ sanctis fœcerat.i. interitũ quē parabat, & laqueũ quem abscõderat, agnouit esse pessime facta, q̃ prius zelo legis ardēs, optima indicabat, verũ & ipsam q̃ ex lege est, iustitiam, mox damnauit, cõprehēsus in his operibus manuũ suarũ, tanq̃ impijs & malis, quæ credebat esse summę iustitię.

Est ergo sensus, Q ñ dñs cognoscitur, & sic cognoscitur, ꝙ est iudex, seu iudiciũ faciat, nullus subsistere põt ante faciem eius, q̃tũlibet iustus, sapiens & potens. Aliud eñ est cognoscere dñm iudicem, aliud dñm miserentē, Cui dñs iudicij notus fit, corruit territus, & ad nihilũ redigitur a facie irę eius insustētabilis. Cui aũt notus fit dñs misericordię, surgit lętus, & super om̃ia tollitur a facie bonitatis eius incõprehensibilis. Cognoscitur aũt iudiciũ faciens, externe & interne. Externę verbo Euãgelij & exemplo sanctorũ, quos iustificat, demersis gentibus ĩ interitu quē fœcerũt, verũ hęc non mouent satis, donec & interne cor aspiciat & tremefaciat, sicut supra dictũ est in verbo A facie tua.

Vnde, opera manuũ impij, dixit, non peccata impij, oĩno significãs, ea opera, q̃ impius facit velut bona, in quibꝰ & cõfidit, propter quę incorrigibilis est, nec audit verbũ dei, nec si audit ad se pertinere credit, sine timore, securus sibi de regno cęlorũ. Hunc ergo nemo conuertit, nisi agnitio iudicantis dñi coram quo nemo nõ nocens est. Naum.i. dñs mundans non faciet innocentem. Et Exo.xxxiiij. Nullusq; apud te per se innocens est &c̃. Vide ergo miram ac terribilem vim iudicij dei, Impiꝰ p̄sumpsit sese operibꝰ manuũ suarũ stabilire & liberare, & ecce, Noscitur iudiciũ dñi, ac mox cõprehenditur & corruit in eis, inuentus impius & peccator.

Potest etiam versus accipi pro generali sententia, etiã si ipse impius nõ credat se cõprehendi, in hunc modũ, Prędicatus est

& cognitus

& cognitus dñs, iudiciū faciens in gentibus, & ſimul cognitū
eſt, neminem inter homines eſſe non plenū & comprehēſum
in peccatis, qñ & illi cōꝓhenſi ſunt, qui prę cęteris ſunt mag-
norū operū & virtutū, quę oīa in peccatū coram deo cōpu-
tantur. ſic Ro. iij. Non iuſtificabitur in cōſpectu eius ex opib⁹
legis oīs caro, ſed oēs peccauerūt. Nō eſt qui faciat bonū,
Et hic mihi ſenſus magis placet, ꝙ impius ſit ꝓprie, qui cū ſit
peccator, operibus bonis inflatus, non credit ſe eſſe peccatorē,
ideo nō habet rectam de deo opinionem, nec de ſeipſo. Q đ
ſi ipſe non ſentit, ſentiunt hi, qui cognoſcūt.

Q đ ſeqꝫ meditatiōe ſemꝑ, hebraice, higgaion ſela, dr̄, Eſtq;
dimidi⁹ verſus, hui⁹ toti⁹ poſterior pars, quā null⁹ interpretū
videt̄ reddidiſſe, Aug. indicat, Sela (ideſt diapſalma) in ſuo co
dice poſitū fuiſſe, ſed de meditatione ſiue higgaion, nihil, mi-
rūq; quid velit ea dictio, pręſertim cū tanta ſit, vt ſola mediū
verſum abſoluat priore parte tam longa, Nā de Sela diximus
ꝑs. iij, Nec hoc certum eſt, an in nominatiuū ablatiuū aut vīm
reddi debuerit, Meditatio, meditationē, aut o meditatio, ſigni-
ficationē eius ꝑs primo dedimus, vbi dicit. In lege eius medi-
tabitur die ac nocte, ſignificat enim loqui, diſſertare, garrire, &
oīno negociū verbi aut cātus, ſic tn̄ vt meditate fiat, vnde fre-
quenter cū corde coniūgitur ꝑs. xviij. Et meditatio cordis mei
in conſpectu tuo, vbi eſt eadem dictio, quę hoc loco.

Ego meam iterū ignorantiā confiteor, niſi ꝙ ſuſpicor, ꝓ-
phetam de bona meditatione loqui, proferam ignota prim⁹,
& ſi id poeta parū tutū iudicet. Quid ſi ꝓpheta prę abūdanti
affectu, verbi dei efficaciā & fructū vna hac dictione voluerit,
velut exclamando cōmendare: ac ſi dicat. Ecce gentes demer-
guntur in interitu quem fœcerūt, capiūtur laqueo quē abſcō-
dunt, agnoſcitur dñs iudicia faciens, & in operibus ſuis cōpre-
henditur impius, atq; hęc omnia, meditatione. ideſt verbi mi-
niſterio, O meditatio, o verbi miniſteriū, tu res tam vilis, tam
deſpecta, tam infirma, tam ſtulta corā hominib⁹, & tanta per
te fiunt. Tu em̄ ſola cooperaris deo in oīb⁹ mirabilib⁹ iſtis,
non poteſtas, nō ſapientia, nō iuſtitia, non gratia mūdi. Sic em̄
& in vernacula noſtra cū vehemētiſſime admiramur aliquod
geſtū, per id qđ non ſperabatur nimia vel indignatiōe vel ad-
miratione ipm̄ vix nominamus, dicentes ille, iſte ne fœcit?

Sic Numeri. xvi. Et ecce Core &c̄. ſequitur, & ſurrexerunt,
vbi primū, &, ad ſolā admirationē referri poteſt, quo affectu
& Dauid. ij. Reg. xviij. locutus videtur, fili mi Abſalom, Ab-

r.

salom fili mi, Tam grandis aūt hic est affectus, vt si quid verborū amplius addatur, minus moueat audientes, stupor enim quāto maior, tanto paucioribꝰ verbis vtitur. Et reuera stupēdū est verbo solo, tantas mūdi moles subrui & humiliari, q̄lis erat Christi tēporibus, cū maxime floreret, potentia, diuitijs, artibus, iustitia, ingenijs, sapientia, prudentia, eloquētia, quare meo sensu potius in nominatiuo redderem, Meditatio Sela, licet Hiero. translationē in ablatiuo, nō damnem, ꝙ admirabūdus iste affectus potiꝰ noīatiuo vti solet. Diximus aūt ps. iij. Sela, nostro iudicio poni in psalmorū locis, in signū magni & rari alicuiꝰ affectus, q̄lis hic ē, qui ob hocipm merito dimidiū versum vna dictione occupat, qui nullis versibus satis digne exprimi queat. Scriptū est em̄. ij. Reg, vlt. Dauid ipe quasi tenerrimus ligni vermiculus, scz, ꝙ vir fuerit totꝰ tenerrimis, cādidissimis, secretissimis affectibꝰ plenus, vnde qui psalmos eius legimus, donec affectibus inanes sumus, Asini ad lyrā canimus, Nō em̄ nisi fidem, spem & charitatē in psalterio tractat easqꝫ non in deserto sterili speculationis, sed vbertate exercitatissimorū affectuū.

Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quę obliuiscuntur deū.

Iterū pctōres transfert ꝓ impijs, loqtur em̄ de superbis (vt dixi) Iustitiarijs, q̄s nemo mutat, nisi cognito deo iudiciū faciēte & irā intentāte, ad infernū cōuertāt, i sui scz cognitionē pfectā, Nā ad infernū cōuerti, nō credo, hic ꝓ dānatiōe accipi licet, si qs id contendat, nō resistā, quia de cōuersione impiorū & gentiū mirabilia dei cantat.

Atqꝫ ab hoc loco iā incipit orare ꝓpheta ad finē vsqꝫ ps. vt mirabilia mirabilibꝰ addat deꝰ, & qualia gessit i cōuersis impijs, talia adhuc gerat in his q̄ adhuc sunt impij, supbi, obliti & contēptores dei, eodē verbo cōuertendi. Cōuersionē ad infernū, quid sit, psalmo vi. vidimꝰ, & supra, i increpatōis ꝟbo & facie dei, & agnitōe dn̄i facientis iudiciū satis cōmemorauimꝰ Neqꝫ em̄ qsq̄ pfecte cōuertit, donec infernū & cęlū gustauerit, hoc ē donec experiat̄ q̄ malꝰ & miser sit ipe, & q̄ dulcis & bonus dn̄s, qđ intētato mortis piculo & horrore iudicij extremi potissimū sentit̄, & i spe ac fiducia misericordię dei agnoscit̄.

Obliuio dei iterū hic, nō ea debet ītelligi, quā vulgus intel-

ligit, sed quã ps. viij. super noĩe Enos dedimus, Nemo em̃ magis audaces & assidui dei memoratores, q̃ impij, supbi, & peccatores, vt cui⁹ nomẽ quottidie polluũt, & peruersa opiniõe omĩ momẽto irritant & blasphemãt, dum non sentiũt de eo sc̃m veritatem, imo sibi tribuũt q̃ dei sunt, & deo q̃ sua sunt, hoc est deũ & opa eius & iudicia humano suo metiũtur sensu & affectu, de q̊ satis multa diximus.

Inueteratã aũt impietatem gentiũ notat, dum nõ arguit q̧ deũ offenderint, aut ab eo recesserint, sed offensiones diuturnitate & cõsuetudine nimia in ius & mores ꝓmouerint, vt iam offendi deũ a se nõ credant, sed potius coli & adorari, Qualis fuit gentiũ Idolatrarũ cõuersatio & cultus Idolorũ, qui enim semel offendit, nõ mox obliuiscitur dei, sed scit se male egisse & reuerti͏̃ facile. Qui aũt obliuiscit͏̃, sine fine offendit, nesciens sese offendere, quod ẽ impiorũ proprie, Ideo sunt ijdẽ impij & gentes oblitę dei, vtrisq̧ necessaria est cõuersio ad infernũ, vt cõprehendantur in operib⁹ suis, Obseruandũ vero hunc versum orari nõ simpliciter aduersus impios cõuertendos, sed quia ipsi sunt, qui persequũtur Almuth impietate & superbia sua, id qđ versus sequẽs velut rationẽ reddens huius oratiõis ostendit.

Quoniã nõ in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperũ nõ peribit in finem.

Poterat sic reddere. Q̃m non in finẽ obliuiscetur pauperis qđ & hebręo aptius respõdet, & affectũ in deũ dulcius mouet, Subauditur em̃ deus, nõ obliuiscet͏̃, cuius dixerat in fine versus pręcedentis gentes oblitas, quasi versa sermonis figura dicat, Gentes obliuiscũtur deũ, persequẽtes Almuth martyrũ. At deus non obliuiscetur pauperis Almuth, cũ tamen ad sensum appareat, vtrinq̧ longe contrariũ, Nempe q̧ impij videntur etiam zelo dei furere, tantum abest, vt obliti deum putentur, Rursum Martyres penitus ad sanguinem & mortem derelicti, nihil minus q̃ in memoria dei esse creduntur, adeo in spiritu loquitur & fidem requirit, q̃ intelligat, q̃uo cõsoletur his verbis tribulatos, passos & morientes.

Qz q̃ obseruata diligentius hebręa grãmatica, id qđ versu pręcedente dicitur. Om̃es gentes q̃ obliuiscũtur deũ, magis eos sonet, qui improperant Martyribus, illud ps. xli. Vbi est deus

tuus? Et infra. Dixit eñ in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suam ne videat in finem, vt illud qđ superius Almuth apud Iudęos passam dixit. Q̃m requirens sanguinem eorum recordatus est, nõ est oblitus clamorẽ pauperũ, Idem de eadẽ hic apud gentes passam referat, Tam Iudęi eñ q̃ gentes conati sunt, vt Martyres redderẽt pusillanimes in fide dei, nõ solum eos persequendo, sed etiã de adiutorio dei insultando, sicut & Christo in cruce fecerũt, & illi psalti, dicentes, deus dereliquit eũ, persequimini eũ & cõprehendite, quia non est qui eripiat, adeo non satis habent impij ꝙ corpora occidũt, nisi & fidem & spem tentent occidere, Vnde hebręis versu pręcedente, Obliuiscentes deũ, possunt intelligi nõ modo qui ipsi obliuiscũt, sed qui id agant, vt credatur deus oblitus pauperũ, quem sensum plane differit Hiero. in suo cõmentario.

Dulcissime aũt nos cõfortat his verbis spiritus, vt sciamus seu verba seu cogitationes, quę nobis diffidentiam pusillanimitatẽ, desperationem mouent, nõ esse ex deo, sed vt optime ps. xli. docet, ex diabolo vel hominibus dicens, Quare oblit⁹ es mei, & quare contristatus incedo dum affligit me inimicus meus, dũ confringũtur ossa mea, exprobrauerũt mihi inimici mei, dũ dicũt mihi per singulos dies, vbi est deus tuus? Ita videmus sanctos patres vehementer fuisse in fide & spe exercitatos, & eo eruditos, vt nõ dubitent pronũciare pusillanimitatẽ suam esse quidem a deo, sed tñ per diabolũ & hominem, qui verbo & cogitatione moueant, hanc cordis molestiã, Cæterũ alienũ est opus hoc a deo, qui operari contra seipm non põt, ideo ad se diligendũ, sperãdũ, credendũ, lętandũ, operatᷓ, quo impleatur pręceptũ eius primũ, quo p̃cepit, Nõ habebis deos alienos pręter me.

Ita & hic versus sancta indignatione se suscitat aduersus eos, qui deũ oblitũ eius intentant, dicens. Non erit in finẽ obliuio pauperis, talibus eñ verbis opus habent, passi, moriẽtes & afflicti, ne pusillanimes fiant, Scripta nanq͙ sunt ad nostrã doctrinã, vt per consolationẽ scripturarũ & patientiã spem habeamus, Obserua, patiẽtiã dicit, Et hic concedit obliuionẽ dei, sed negat in finẽ duraturã, deserit eñ nos aliquãtũ, vt illi fidamus, sed nõ in finem, ne deficiamus.

Patientia pauperũ, idest, expectatio afflictorũ, Aliud eñ nomen paupertatis, hic q̃ parte priore habetur, hoc eñ vt supra dictũ est, afflictionẽ quoq͙ significat, scz paupertatẽ spiritus, hoc est, qui sine consolatione sunt, de quibus supra. Nõ

est oblitus clamorem pauperũ.i.afflictorũ, Ita hic dicit, id qđ expectant pauperes (magis em̃ expectandi q̃ patiendi verbũ est) non frustra expectãt, veniens veniet dñs saluator, quẽ expectant. Sic ps.xxxvi. Nõ dabit in ęternũ fluctuationẽ iusto. Quod em̃ differt, non auffert, inquit hoc loco Hiero. modo sit qui suffert. Expectandũ itaq̃ est, nõ tentãdus deus pręsentaneo auxilio.

Exuge dñe, non confortetur homo,
Iudicentur gentes in cõspectu tuo.

Concludit psalmũ duobus versibus orantibus pro ijs, quę superius & facta & futura cecinit, hoc est, vt impij conuertãt & pereant, cognito iudicio dei, & augescat populus Christi, Appellat aũt eos vocabulo despecto hominis, nõ confortet (inquit) homo, idest. cũ sint Enos & vere miserabiles, vt q̃d inflantur, eriguntur q̃ aduersus sanctos tuos in superbia & abusione, fidentes in magnitudine potentię, sapientię, iustitię suę: desinat ergo eorũ robur & infirmentur, nec sinas eos pręualere sanctis tuis in finem. Quin potius increpentur & iudicẽtur in cõspectu tuo, hoc est, cognoscatur eis dñs, iudicia faciens, terrore corripiantur, & trementes sua impietate intellecta, q̃rant humiliter misericordiã tuã.

Aliud em̃ est iudicari in conspectu dei, aliud in conspectu hominũ, iudiciũ dei scrutatur renes & corda, & neminẽ inuenit innocentẽ, Ideo q̃ omnes pauefacit & humiliat vehementissime, conuertens peccatores in infernũ. At iudiciũ hominũ natat in superficie carnis, & neminem intus inuenit nocentem, ideo q̃ blanditur & decipit om̃es qui confidunt in ip̃m, sicut Isa.ix. dicit. Et erũt qui beatificant populũ istũ, seducentes, & q̃ beatificãtur, p̃cipitati. Mihi inquit.i. Cor.iiij. pro minimo ẽ vt a vobis iudicer, aut ab humano die, nec meip̃m iudico, qui aũt me iudicat, dñs est, Ideo qñ impijs frustra omnia dicũtur, canũtur, gerũtur, cũ nec verbis, nec operibus, nec miraculis cędant. Sint q̃ generatio illa adultera, de quibus Matt. xi. Cecinimus vobis & nõ saltastis, lamentati sumus & nõ planxistis, Solũ illud reliquũ est, vt pro zelo eis imp̃cemur, argui in cõspectu dei, hãc em̃ increpationẽ nõ sustinent.

Constitue dñe legislatorem super eos, vt sciant gentes, qm̃ homines sunt. Sela.

158

Hiero. Pone dñe terrorē eis, sciāt gētes homines esse se, verū hebręus sic distinguit versum, Pone dñe legis latorē (siue terrorem) eis scient gentes, homines ipsi. Sela. Dictio hebręa, Mora, quā, noster legislatorem, Hieron. terrorem vertit, vtrū germane significet non ausim definire, Meo tñ iudicio magis a verbo docendi videtur venire, vnde & thora dicitur, qđ legē significat, Nā hi qui B. Aug. secuti, Antichristū hoc loco aut tyrannos intelligūt mihi non satisfaciunt. Videtur em̄ sensus huius versus alius non esse, nisi ꝙ optat gentibus legis sensum aperiri, quasi dicat, imprecatus sum, vt iudicētur gentes in cōspectu tuo, quod quo modo intelligā, dico, nempe vt ponas in eis legis verum intellectū, tūc sine dubio agnoscent sese, per legem em̄ cognitio peccati. Ro. vij. Et iterū. iiij. Lex irā operatur Et i. Cor, xvi. Virtus peccati lex, Q̄ꝫ em̄ impij sine fine superbiūt, alia causa non est, nisi ꝙ legem & vim eius nondū intelligūt, ignorant em̄ esse spiritualem & occidentē per literam suā oms homines, de qua re Apl'us ad Ro. & Gal. multa imo oīa tractat, Quæ nisi iam plus satis tractata essent & vobis nota, hic quoqꝫ latius ꝓsequeremur.

Vnde ego, Mora, cū sit nomen deriuatiuū significans id, q̄ velut medio quispiā eruditur & sciens efficitur, transferrem, legis positionē seu legis eruditiōem, hoc est, vt legis vim cognoscerent, ad quam mox sequitur, terror cōscientię, & horror iudicij, id quod Hierony. transtulit, non em̄ legislator vllū terret, donec, lex ipsa recte intelligatur. Tunc sequit. Scient gētes idest scientes erūt, qui ante legem, peccatum suū ignorabant. Absolutū est em̄ verbū, quod versum mediū sentētia sua finit sic. Et scient gentes, idest posita lege erūt eruditi & intelligentes, sicut. Ro. vij. Cōcupiscentiā nesciebā esse peccatū. Ego autem sine lege viuebam aliquando, cū aūt venit lex, reuixit peccatū. Atqꝫ id nimirū est, quod toties in ꝓphetis dicitur. Et scietis, q̄a ego dñs, & scient quia ego dñs, & sciet, qm̄ ego dñs. Q̄ꝫ legis intelligentia hominē in sui cognitionē perducens, cogit misericordiā dei intelligere & implorare.

Altera pars versus. Homines ipsi, Sela, insigni scz affectus nota indicat, q̄ sit homo, res nihili & miserrima, quasi dicat. Agant, quāta possunt, simulent, ostentent, valeant, & siquid aliud magnificū de eis dici pōt, tamen homines sunt. Es seynd menschen. i. Enos & miserabiles, ac reuera magnū ē se hominē esse cognoscere, idest Enos, vt hic dicit, qđ p̄s. viij. satis tracta-

326

uimus. Eodem despectu loquitur & Isaias. xxxi. Aegyptus homo & non deus, & equi eorum caro & nō spiritus. Ac Ioh. ij. Ihesus non credebat semetipm eis, eo q ipse nosset omēs, & quia opus ei nō erat, vt quis testimoniū perhiberet de homīe, Ipse em̄ sciebat quid esset in homine, Atq Paulus i. Cor. iij. Nonne carnales? nonne homines estis. Idem cū verecunde & modeste humanam vanitatem depingit, solet dicere, szm hominem dico Ro. iij. & szm hominē ambuletis. adeo scz apd deum nihil reputatur homo, vt modestissime quidem, sed tn̄ significātissime tāgat hūanę naturę miseriā, q̄ties nos hominis vocabulo signat scriptura, vt Gen̄. xi. descendit dn̄s, vt videret ciuitatem & turrim quā ędificabant filij Adā, qd orator aliqs vehemētior diceret, quā ędificabāt, impijssimi potētissimi & sceleratissimi hominū. Ita nō est nisi cōtumelia hominē a deo & in scripturis appellari, quia filius Adę. i. peccatoris, hoc nomine censetur, pro quo voluit nos alio nomīe dignari, vt filij dei nominemur, vt i. Ioh. iij. Et eiusdem i. Dedit eis potestatē filios dei fieri. Et ps. lxxxi. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.

Igitur, sela finalis, indicat q̄ rarus sit & singularis affect⁹, q̄ quis sentit, tam seipm, tū alios esse homines, lex tamē facit, vt huius rei scientes fiant, si dn̄s surgat & ponat intellectum eius & terrorem statuat in conscientia eorū.

PSALMVS DECIMVS HAEBRAICA numeratione sine Titulo.

V t quid dn̄e recessisti longe, despicis in oportunitatibus in tribulatione.

Nō est psalmus (meo iudicio) q impiorū ingeniū, mores, opa, vba, sens⁹, fortunā, tāta ꝓprietate, copia, luce depīxerit, vt si qd mius hucusq dictū ē, aut dicet, hinc liceat pfectā impietatis imaginē petere. Esto ergo hic psalmus, Eicos, typos, forma, Idęa, impij & impietatis, idest. eius hominis, qui sibi &

hominib⁹, vel S. Petro pręstātior, deo abominatus est, id q̄d mouit. B. Aug. & qui secuti sunt, vt de Antichristo intelligerent, verū, quia sine titulo ps est, generalissimā sententiā amplectamur, & cōmunem (vt dixi) Idęam impietatis videam⁹, Nō q̄ negemus illorū expositionē, imo dū generaliter sapim⁹ Antichristū includimus. Quin nihil fuerit absurdum, si hunc psalmū ordine suo p̄cedenti sic sotiemus, vt illic de impijs cōuersis cecinisse, de conuertendis orasse intelligamus. Hic vero de impijs adhuc reliquis & in ꝑtāte ꝑualentibus super infirmā Almuth psallere, de quibus vel nō speret vel incertus sit, conuertendi sint nec ne.

Ac vide zeli eius magnitudinē, cū ipso deo pene expostulat. Quare dn̄e stas a lōge? sic em̄ Hiero. trāsfert, atq̄ hic ē affectus ille, qui in media adhuc tribulatione positus, nimiaq̄ rei indignitate motus, exclamat aduersus impiorū iniquissimā tyrannidem, & pro innocentissimorū sanctorū causa, sicut & vulgo dicitur, q̄uo hæc deus potest sustinere? Sic Abacuck. ī eodem exordio suū librū ingreditur, quasi indignans sup dei patientia, Vsq̄ quo clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens & non saluabis? quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustitiam cnotra me? Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorē se? Et facies hominis quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem. Et factū est iudiciū & contradictio potentior, propter hoc lacerata est lex, & nō peruenit vsq̄ in finem iudiciū, quia impi⁹ ꝑualet aduersus iustū, ꝑpterea egreditur iudiciū peruersum. Quid nos miramur, si indigna patimur, q̄n hi viri pleni spiritu, hæc tanto affectu sese passos ꝓnūciant, & legem dei laceratam clamant, in quo manifeste impietatis aduersus pietatem indicant bellum, vbi maxime vrit zelus. Quis nō Abacuck istū hoc loco impatientię obnoxiū iudicaret? sed & infra eodem sic dicit. Mūdi sunt oculi tui ne videas malū, & ad iniquitatem respicere nō poteris, quare nō respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorē se? Et facies hominis, quasi pisces maris, & quasi reptile nō habens ducem. Eodem affectu Isaias. xliij. Vbi est zelus tuus & fortitudo tua? Multitudo viscerū tuorū & miserationū tuarū? super me continuerūt se? &c. Idē Iob. xxi. ꝓlixius.

Ita & hic dicit. Quare dn̄e stas a longe? hoc est, sinis nos opprimi & deuorari, nec audis, nec saluas nos, cōfortas manū & consiliū impiorū adiuuas, deniq̄ videtur sibi contradicere, qui

qui p̄s precedente dixerat, adiutor in oportunitatib⁹, in tribulatione, hic despicis in oportunitatibus in tribulatione, Et videtur deū tentare, dū ipse definit tēpus & oportunitatē auxilij, non plene expectās manū dei, Verū, alio affectu aliud & aliud dicit, oportet em̄ formari hoc psalmo personā afflicti & affligentis perfecte. Afflictus aūt, & si fortiter patitur, tn̄ insensibilis non est, carnem & sensum habet, qui pro natura sua imo infirmitate erūpit inuincibili, & gemit, clamat, indignatur, impatiens. Sic Christ⁹ Matt. xxvi. Spirit⁹ quidē prōptus est, caro aūt infirma, Et ipse orauit, vt calix ab eo transiret, naturali scz infirmitate laborās, quā tamē statim corrigēs ac vincēs, dicit, verū nō mea, sed tua volūtas fiat. Talis est & cōditio & pugna iustorū cū impijs, vbi & si perferant, tn̄ cū dolore & labore, nūc spiritus prōptus audet, rursus infirma caro gemit, in qua lucta nō nihil donatur infirmitati carnis, vt clamet & gemat, vbi potius lętandū sibi foret. Hęc om̄ia in nostram consolationem, vt sciamus sanctos dei fuisse homines similes nobis, & ea q̄ de ferenda cruce & morte dicuntur, intelligamus fortiter laborante charitate vincenda, nō aūt etiā promptitudine carnis & hūani sensus, posse aut debere ferri.

Ita vox carnis & inferioris & exterioris hominis in sanctis est iste versus, imo totus psalmus, qui clamat, dū interim spūs fortiter sustinet, & deū expectat in oportunitatibus.

Dum superbit impius incenditur pauper, comprehendūtur in cōsilijs quibus cogitant.

Hierony. In superbia impij ardet pauper, capiantur in sceleribus suis, quę cogitauerūt. Non est aūt hęc superbia ea, qua quisq̄ apud se inflatus sui &, sua opinione turget, sed externa pompa, qua alterū subijcit & opprimit, coram hominib⁹ superior illo factus, vt Exo. xv. Cantemus dn̄o, gloriose em̄ honorificatus est, pro eo qđ est, superbiens superbiuit, seu preualendo preualuit, scz super Aegyptios, Fit itaq; dū dn̄s recedit & stat a longe & despicit in oportunitatibus in tribulatione, vt interim impius eleuetur super piū eiusq; per vim dominetur, hoc est super eum superbiat & triūphet, Quare nos hoc verbū intelligamus pro pompa, iactātia, triumpho, quib⁹ videmus victorem super victū corā hominib⁹ fidere & audere, & velut de victo actū sit securū esse, vbi tum victoris factio, id sibi negocij habet, victi quicquid reliquū est vsq; ad internitionem

perdere, hoc est, quod ardere seu incendi pauperem dicit. Hebream aũt dictionẽ, Reuchlin scribit, non tm̃ ardere seu incendere, sed & persequi significare. Et hic dicendũ, persecutionem patitur pauper, verũ non abhorret significatio incendij seu ardoris ab hoc loco, imo maioris emphasis est, ꝙ ꝓpheta velit itelligi, pauperes triũphante impio penitus in puluerem & nihilũ redigi, ac si domus igne cõsumpta in cineremq́ redacta, nihil relinquat vestigij sui, In quo impiorum studium & vota pulchre ostendit, quibus nõ est satis, super pios superbe confortari, sed impetũ suũ eo vertũt, vt oĩa eorũ & quicquid ad eos pertinet, funditus perdant, plus conantes q̃ possint, sicut de eis dicit Isaiç. xvi. Audiuimus superbiã Moab, superbus est valde. Superbia eius & arrogãtia eius, & p̃sumptio eius plusq̃ fortitudo eius, in q̃ loco ponitur hoc nomen, qđ hic superbiã significat. Et eiusdem. x, de rege Assur. Ipse aũt non sic arbitrabitur, & cor eius nõ sic çstimabit, sed ad cõterendũ erit cor eius, & ad internitionẽ gentiũ nõ paucarũ. Et iterũ de Moab Hiere. xlviij, Audiuimus superbiam Moab, superb⁹ est valde, Sublimitatem eius & arrogantiã & superbiam, & altitudinẽ cordis eius, ego noui ait dñs, iactantiã eius, eo ꝙ non sit iuxta eã virtus eius, nec iuxta qđ poterat conata sit facere, vbi iterũ fere nõ aliud ꝗ̃ prçsens vocabulum toties iteratur, quo superbia ista, furor, impetus impij, vbi p̄ualuerit, describũtur, scz insolentia & seuitia victoris in victos.

Magno itaq́ affectu loquitur aduersus impios, qui cũ reuera nõ vincant, etiam si p̄ualeant, tñ quia oĩm sensu apparet, victos suç seuitiç & insolẽtiç patere, quçrit infirma caro, incẽdi pauperes, dũ superbiũt impij, Conatus em̃ tantus est impiorũ, vt videantur vere superiores inæternum futuri, Exemplis id optime capiemus. Finge Arriani tempibus Catholicos Ep̄os in exiliũ missos, superbiente Arriana impietate, ista canere, & intelliges affectum. Adeo scz non vult deus nos nostris viribus quçcunq́ inimicũ vinci, sed solius sua dextra, vt sint opera & gloria eius solius, Quare non est temere agendũ cũ hçreticis & impijs more disputantiũ phõrum, nõ superantur vi argumẽtorũ, nec rationibus ducũtur, nec autoritatibus capiũtur. Superbiũt super hçc oĩa & prçualent, donec dextera excelsi eos imutet. Quod vt faciat, nõ fiducia ingenij, eloqũtiç, eruditionis prçsumendũ est, sed humili clamore implorãdus, sicut huius versus exemplũ nos docet. Sic bella q̃ aliquot sçculis cõtra hçreticos & Turcas geri vidimus, quia viribus & hominũ de-

cretis p̄sumpsimus, retulimus illud Iob. xli, Reputabit quasi paleas ferrū & deridebit hastam vibrantem. Non vincitur Satanas & Christianorū hostis nobis operantibus, sed dumtaxat patientibus & clamantibus.

Comprehendūtur in cōsiliis, quibus cogitant, q̄d Hieron. Capiantur in sceleribus quę cogitauerunt, Idem tamen vbiq; sensus manet, qui talis est. Impii cum superbierint & pauperē oppresserint, adeo nō resipiscunt & malū suū agnoscunt, vt his ipsis sceleribus suis potius palpentur, lętētur, inuoluantur, indurentur & excęcentur, arbitrati se obsequiū pręstare deo, Hoc enim est genus captionis longe perditissimū, suis ꝓpriis consiliis & operibus capi & excęcari, quo non nisi impii sunt puniendi, vt Isa. v. Ve qui dicitis bonū malū & malū bonū, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarū in dulce, & dulce in amarū.

Nota itaq;, impiorū prima perditio est cęcitas. vt Eccle. iiii. Multo eñ melior est obedientia q̄ stultorū victimę, qui nesciunt quantū faciunt mali, vven gott straffen vvill, dem thut er die augen zu.

Hębream Emphasim non reddunt latina verba, Nā comprehendi hoc loco non significat hostilem captionē, sed blandam & amicā, ita vt & Gen. iiii. Iubal scribatur fuisse pater canentiū (.i. apprehendentiū, tractantiū, tenentiū) in Cythara & organo, vt significet impios sibiipsis blādiri in malis suis, sicut & ꝑuer: i. dicitur. Qui lętantur cū male fecerint, & exultāt in rebus pessimis, cū ipsi nō nisi de optimis se arbitrētur gaudere. Deinde in consiliis, pro quibus Hieron: in sceleribus transtulit hebręis ambiguum, tam scelera q̄ consilia seu proposita significare potest, vt si liceat in vnum componere significatum, intelligamus opera ex proposito & de industria facta, Nō eñ impii casu aut imprudenter agere contra pios sibi videntur, sed ex magna singulariq; prudentia, consilio, deniq; zelo dei. Et nimis apte id nominis hebręi exprimit furorem illū, qui est fons omnium malorum, quem hodie video dici bonam intentionem & formatum dictamen rectę rationis. In hoc enim mirum est, q̄ confidant, q̄ audeant, q̄ pręsumant, q̄ sibi placeant, q̄ irrecuperabiliter capiant̄ & excęcētur, imprimis pontifices & religiosi, inter hos aūt maxime doctiores & sanctiores, quasi necesse sit q̄ primū dixerint, formaui mihi & habeo bonā intentionem pro gloria dei & salute animarū, nihil reliquū apud se esse sinistrę intentiōis & mali sequētis eam opis, vbi &

hāc impietatem adÿciunt, ꝙ ex naturalibus viribus & lumine intellectus (vt dicūt) eam fingūt seu formant, diuinā gratiā nō nisi post formatā aut certe nūq̄ requirentes, & tñ pro ea intentione audent sine vllo timore, nō modo cōtendere & ęmulari, sed & totū mundū sanguine & cęde, si deus permittat, implere, Quib⁹ si dixeris, esse hanc intentionē pessimā, si spiritu sancto magistro nō producatur, esseq́ʒ de naturalibus viribus desperandū, ꝙ homo mendax, nō nisi mētiri possit, atq́ʒ in timore & humilitate intentione ista posita, manū dei implorandam solam, clamabūt te hęresim sapere, qui arbitriū liberū neges, & tam pias intentiones dānaris.

Itaq́ʒ pro nostro sęculo licet hūc versum sic reddere, impÿ cōprehendūtur & placent sibi in suis bonis intentionib⁹, ꝑpter quas dū pręualent, incendūt pauperem. Hoc ego libēs intelligerem appellari ab Apl'o i. Timo. iiÿ. cauteriatā habentes conscientiam .i. vi formatam, & velut naturaliter malę intentioni notā huius adulterinę intentionis stulto zelo impressam, sicut maleficis nota per cauteriū imprimitur, industria & vi hūana longe contraria formę naturali, Ita & hi cęcissimi humanę naturę malitiam ignorantes, formā eius violenter intentiōe bona conantur difformare, dumq́ʒ hac adulterina intentione naturale cordis hūani mendaciū obtexerint, quiduis audere prōpti sunt ꝑ gloria dei, honore Ecclesię, zelo fidei, & animarū salute, Deinde quodcūq́ʒ ausi fuerint, prorsus nihil dubitant esse deo merito condigni & supererogationis gratissimū, Quos si tentes, periculū erit, an cū sancti Petri meritis velint sua opa conferri, Adeo amplę sunt palpebrę hui⁹ Behemoth, adeo capiūt his suis consilÿs, hoīm oīm longe infœlicissimi.

Iam & verbū cogitauerūt, elegantius & significantius est in hāc rem, q̄ possit vlla lingua reddere, significat em̄ hebręis nō simpliciter, sed artificiose & ingeniose cogitare, Quo modo artifices subtiliores in operum varietate cogitant. p̄s. li. Tota die iniustitiā cogitauit ligua tua. Inde Reuchlin dicit, ab hoc ṽbo nominari magistralem theoricam seu Mathematicā & omnē artem quę ratione & demonstratiōe inuestigat, in quo pulchre spūs impiorū depingit cogitationes, Qui cum non p̄beant se regendos gratię dei, sed bonis suis intentionibus sibi placeant, incredibile est, q̄ diligentes ingeniosiq́ʒ sint in suis operibus, tum faciendis tū statuendis, Es seyn eytell subtilitet vnd lauter klugeller. Accedit his & alia significatio verbi, quę est putare, ęstimare, in p̄cio habere, vt intelligas impÿs nihil esse in oculis

ſuis precioſius, q̃ ſua cōſilia, ſuas cōgitationes, ſuas bonas intentiones.

Vide ergo, q̃ non deſint ſpiritui ſancto, qui ſolus eſt optimus Orator, verba, rem apte, ꝓprie, aperte, plene deſcribentia. Quis impiorū cęcitatem, etiā longa oratione fœlicius abſolueret, quā ipſe tribus his verbis ſi animo attēdas, tam breui copia ſic expoſuit, vt nihil addi, nihil demi poſſit, Nō cęcitatem mō, ſed affectū vniuerſumq́ʒ habitum & modum eius tam paucis verbis effinxit.

Siquem noſtra trāſlatio mouet, qđ dicit, quibus cogitāt, pro quę cogitauerūt, poteſt eo fugere, vt cogitare ꝓ verbo abſoluto accipiat, vt ſit ſenſus, quibus cogitāt. i. quibus ſunt cogitantes, artificioſi, ingenioſi, in oculis ſuis pręcioſi, & vt vulgo dicitur, die von yhn ſelbs vill halten ynn yhren radten vnnd thaten, das ſie auch am meyſten betreugt, hoc ē, cōprehēdunt. Hoc eſt em̄ cur ſic clamet & quęratur dn̄m a longe ſtare, quod impij ſuis ſceleribus etiā indurentur magis ac magis, vt non ſit ſpes eos vinci patientia pauperū, niſi dn̄s adiuuet.

Q m̄ laudatur peccator in deſyderijs animę ſuę & iniquus benedicitur, Exacerbauit dn̄m.

Hic & ſequens verſus fęde ſunt decerpti in trāſlationibꝰ, ſequens em̄ verſus incipitur ab eis, ita, Exacerbauit dn̄m peccator, cū in hebręo a nr̄o, peccator, incipiat, & qđ p̄cedit, Exacerbauit dn̄m, ad hunc pertineat, Sic em̄ & D. Hiero. Quia laudauit impius deſyderiū animę ſuę, & auarus applaudens ſibi, blaſphemauit dn̄m.

Iterum vocabula negocium afferūt, peccator eſt impius ille Raſa, ſanctus diaboli, deſyderiū animę eius eſt placitū ſuū. Iniquus, quem Hiero. auarū tranſtulit, generale nomen eſt ad auarū & offenſorem, vt qui ꝓ licentia ſua lędat, noceat, iniuriā faciat, quibus libitū fuerit, vt ſolent auari. Et melius noſter iniquū, q̃ Hieron. auarū reddidit, cū iniquitas & iniuria atq́ʒ nocendi licentia, & latius pateat q̄ʒ auaritia, & hic magis ad rē cōmodetur, vbi de opreſſoribꝰ loquit̄ pietatis.

Eſt ergo ſenſus, poſt q̃ impius p̄ualuit & pauperibus vaſtitatis, in ſuis ſceleribus induratus & excecatus eſt. Adijcit, vt ſua nō niſi iactet, p̄dicet, laudet, id quęrens, vt & coram hominibꝰ talis ſit, qualis in oculis ſuis eſt, ideo cōtendit, vt ſua placita quę ipſe ſentit, facit, contra pios fieri cupit, oīm cōſenſu probentur

tanq̄ vtilia, sancta, iusta, ędificatoria; nihilq̄ sit in eis quod nō omnes laudent. Cōtra, pioru desyderia & q̄ ipsi sapiūt, eodem omnium consensu damnentur, vt noxia, impia, hęretica, & vt nostro sęculo aucta sunt vocabula, scādalosa, erronea, sediosa, piarum auriū offensiua. Atq; in his debet impius pręualere, vt locū in eo habeat oratio & affectus huius psalmi. Altera ergo perditio impij est, eo pcedere in impietate vt gloriet in malitia. & potēs sit in iniquitate. ps. li. vt stet abomiatio in loco sancto. Huius versus sensum iam a multis annis Ecclesiastica tyrannis impleuit, implebitq; posteris tpibus amplius. Hic em, quia nomē Christi velamentū nequitię factū est, quicqd pro libidine sua nocuerint populo Christi, quicqd statuerint, quicqd placuerit. si quispiā non benedixerit & laudauerit, hęreticus erit, seditiosus, blasphemus, vt impleatur scriptura quę dicit. Mittet eis operationē erroris vt credant iniquitati. qui charitatē veritatis non acceperunt vt salui fierent. Oportet em Antichristū hoc psalmo depictū cū suo corpe sub nomine Chri adorari & timeri, sicut merita ingratitudinis nostrę exigūt. Nec abhorret. qd p iniquo, auarū Hiero. transtulit, nisi q atrocior est iniquitas q̄ auaritia, tū auaritia impijs istis pontificib9 & Idolis Antichristi, vel imprimis tribuitur in scriptura. psertim Isaie. v. & ps. v. Vbi sepulchro patēti guttur eorū compat. Eritq; tum in summo suo robore & virtute, vt nūq̄ tanta visa fuerit, neq; futura sit, vt cū fine mūdi pariter finiatur.

Exacerbauit, qd blasphemauit Hiero. trāstulit, terciū malū impiorū explicat, qd est irritare, amaricare, blasphemare deū, de quo ps v. dixit. Scdm multitudinē impietatū eorū expelle eos, qm irritauerūt te dne. Non aūt intelligendū, fore, vt impi9 atq; adeo ipe Antichrist9 aperte & ad sensum blasphemet deū. cū nomine dni maxime sit vsurus ad erroris operationē. Hoc em ipso pręualent impij pauperibus, qd sicut Rapsaces Isa. xxxvi. gloriantur se a deo venisse, dei esse qd dicunt, faciūt, volunt, statuunt, vbi necesse est seduci, quotquot spiritu dei non aguntur.

Sed hęc est blasphemia, quod impietatem & iniquitatem suā nō mō non agnoscūt, sed p pietate & bonitate dei iactant, per hoc deo tribuētes opus pessimū & nomē abominatissimū, q̄ deus vehemēter irritat, qui alioq cōfitentib9 pctm suū, suauissimus pater est. Rursus verbū & opus dei, qd in pauperib9 suis posuit, nō solū non reuerentur, ac nomine dei dignantur,

sed diabolo & iniquitati deputant, per hoc deo auferentes q̄d suū est, & diabolo tribuentes. Sic Apl'us. ij. Tessa. ij. de impio℞ principe Antichristo dicit, ꝙ extolletur, non simpliciter super deum, sed supra id q̄d colitur aut q̄d dicitur deus, seu vt grece dicitur, super omnē dictū deū & cultū, vt indicet supra deū, vt in sua natura est, nihil posse extolli, sed vt est predicatus cultus adoratus. i. super culturā dei, hoc est, in opinione & affectu hominū, apud quos solos p̄dicatur & colitur per verbū & fidē, q̄d ego nō aliter intelligo, ꝙ verbū hominis impij p̄ferendum esse aliq̄n verbo dei, & hominē in loco dei sedentē, supra deū timeri & coli. Ad q̄d ij conari videntur, qui Ro: pontificē dubitant esse purū hominē & eius verba preferūt sacro Euangelio Christi, que est vere blasphemiarū summa.

Peccator s̄zm multitudidem ire sue nō quęret, Non est deus in conspectu eius.

Hieron: Impius s̄zm altitudinem furoris sui nō requiret nec deus in oib⁹ cogitatiōb⁹ suis. Vbi id primo obseruā dū, ꝙ vehemens sit hic psalmi spiritus, qui toties vocabulū, impius ingeminat & repetit. Deinde pro multitudine irę suę, rectius Hierony. s̄zm altitudinem irę suę, idest, prę superbia & elatiōe tumoreq; furoris sui, significat em̄ dictio hebręa, proprię altitudinem seu superbiam, vt p̄s. ci. Superbo oculo & insatiabili corde, cū hoc non edebam. Et. cxxxij. Domine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei, Meo ꝗ iudicio Caph pro Beth legentes transtulerunt, s̄zm altitudinem seu s̄zm multitudinem, cum dicendū fuerit, In altitudine, quod autem ad deū ista multitudo irę ab illustribus patribus relata est, distinctio versus male posita, in causa fuit, Refertur em̄ ad impiū.

Et quod in conspectu eius noster dixit, & Hierony. in omnibus cogitationibus suis, nō multum officit sensui, tamē in hebręo eadem dictio est, quam superius versu secundo in consilijs, & Hieron, in sceleribus transtulerunt, vt videat lector me superius recte in vnum conflatis omnibus significationibus, hoc vocabulo intellexisse, monstrum illud & laruam impiorum, quam vocant bonam intentionem, pium,

zelum, amorem veritatis. Contra hanc em̄ hypocrisim inuehit spiritus psalmi huius, qua excęcati non videntur sibi blasphemare deum, sed maxime laudare, nec superbire aut incendere pauperes, sed persequi superbos & impios, nec comprehendi suis consilijs & falli, sed liberrima & certissima veritate agi. Ita deū esse in suis consilijs & bona intentione certissimi sunt, & in vniuersum, quicq̄d hoc psalmo eis imponit, adeo a se alienū esse ducūt, vt cōtumelię & conuicij loco habeant, contra quæ, pro sancta veritate & honore dei, & gloria Ecclesię summum meritū sperent, si pugnent om̄ibus maledictis, dolis, artib9, viribus, esseq̧ potius hęc eorū quos persequūtur. Ita fit, vt cęcitas impiorū primū malū, sit causa totius hui9 belli & oīm malorꝝ, Exempla abunde sunt ad manū, in Christo, in Apl'is, in Martyribus, inter Confessores pulchre Athanasius ep̄us & Lucius Arrianus, qui etiam stricto gladio & vi armata persequebatur Catholicos, vt li. xi. Eccle. historię legimus. Simile, si nondū actū est, agetur per Ep̄os & religiosos futuris tēporib9, ꝑ ditiodibus, iuribus, priuilegijs suis, vt impleant mensuram patrū suorū.

Quarta, itaq̧ virtus sanctissimorū & doctissimorū hoīm (.i. impiorū) est altitudo irę .i. superbia, elatio, inflatio, tumor animi, quos Apl'us. ij. Timo. ij. quoq̧ p̄dixit, dicens. Erūt homines superbi, elati &c̄. Ac vim pondusq̧ verborū vide, non simpliciter iram, sed superbiam irę eis tribuit, ꝙ aduersus pios superbissimi cōtemptores, de ira & furore tā q̄ summis meritis inflentur, efferant, glorientur, tm̄ abest, vt pauperū misereant, suiq̧ mali eos pęniteat, quo insaniūt, Causa hui9 ceruicis ferreę & frontis ereę (vt Isaias. xlviij. vocat) est hęc, ꝙ nō ꝓ pecunia, nec ꝓ rebus alijs corpis, sed ꝓ deo, ꝓ veritate & iustitia (.i. pro cōsilijs suis quib9 cōprehensi sunt) pugnant, in quo nihil fieri pōt, quod eorū iudicio nimiū sit. Proinde recte dicit, Impius sc̄m altitudinem seu multitudinem irę suę nō quęret. Er fragt nach niemands. Est em̄ verbū, quęret, absolutū, significans, id qđ germanice iam dixi. Er acht seyn nit. Er fragt nichts darnach, nō facit inquisitionē, nō curat, nō est sollicitus. Qui em̄ quęrit, sollicitus est & timoratus & rationē sui habet. Hic fertur pręceps, superb9, sine timore, securus, vtcūq̧ intētio sua bona rapuerit, nec patitur superbia irę suę, vt cōsyderet, deliberet, aut inquirat quid faciat. Hanc em̄ incogitantiā pręcipitem significat, qn̄ dicit, Prę altitudine irę suę, nō quęret, scz nō solū hominem nō reueritus, sed etiā nec deū habens in omnibus suis suis

consilijs

consilijs seu in conspectu suo, An non hoc est impiũ graphice suis pingere coloribus, & affectus eius moresq; om̃es tam certo ictu tãgere, vt nec a capillo aberret? sicut Iudicũ.xviij. de filijs Beniamin dicit. Quę om̃ia, si obserues & in quas personas inuehitur, Nempe potentes, principes, Magistratus, Sacerdotes, sanctos, sapientes, qui coram hominibus & in oculis suis lõge aliud, sunt cogeris dicere, Spiritũ ꝓphetę esse hęreticũ, cõuitiatorem, maledicũ, scandalosum, seditiosum, piarũ auriũ offensiuũ, Ac sic tres colores impiorũ hic versus habet, superbiã seu iracũdiam elatam, pręcipitem incogitantiã & contemptum ac neglectũ dei. Sic tñ vt (quemadmodũ dixi) neminẽ sinant de modestia, prudẽtia, pietateq; prę se gloriari aut celebrari, Oportet em̃ impios monstrosissimo vitę genere, esse qđ non sunt, & non esse qđ sunt.

Inquinatę sunt vię illius in omni tempore/ auferuntur iudicia tua a facie eius,
Omniũ inimicorum suorũ dominabitur.

Pro inquinatę sunt, Hieron, & hebręus, parturiũt, ac poterat latinus aliquis scriptor, pro inquietę, scripsisse videri inquinatę, quasi interpres parturientis affectũ per inqetudinẽ reddiderit, nisi Aug. & veterũ exemplaria vna cum gręcis resisterent Aug, em̃ legit. Cõtaminantur vię eius, sensus nostri textus erit. Etsi impius sibi mũdus videtur in vijs suis, tñ cũ sit ipe inquinatus, Inquinatę sunt vię eius om̃i tpe. Sicut ꝓuer. xxx. Generatio quę sibi munda videtur, & tñ non est lota a sordibus suis Generatio cuius excelsi sunt oculi & palpebrę in altũ surrectę, Generatio, quę pro dentibus gladios habet, & cõmandit molarib⁹ suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus, quibus verbis idem qui hoc p̃s. impius describitur. Sunt sane impij etiã ea p̃sumptione, vt siquid patiantur aut sinistrę ceciderit eorũ studiũ, de patiẽtię corona glorientur, adeo nusq̃ nõ optima de se sentiũt, contra quos dicit, in om̃i tpe (.i. tam prospero q̃ aduerso) siue quid bene gesserint siue male passi fuerint, pollutũ & inquinatũ est, quasi cũ Apl'o Tit.i. dicat. Cũ sint abominati & incredibiles & ad om̃e opus bonũ reprobi. Et iterum. Om̃ia munda mundis, inquinatis aũt & infidelibus nihil est mundũ, sed inquinatę sunt eorũ mens & conscientia. Siquidem impij qui iustitiam suam in opera diuidũt, & suis se

t

regunt consilijs, nõ possunt esse hõmines oĩm hõrarũ, omniũ operũ, oĩm rerũ, liberi scz & indifferentes, Sed certis adhęrent, in quibus fidũt ꝓpter quę & belligerantur. Ideo dicit, q̃ ĩ omĩ tpe sint vię eius inquinatę, volens q̃ maxime eo tpe, q̃ sibi purissimi videntur. Et hic locus valet in eos, qui bona moraliter facta, reponũt inter opera nõ mala, ꝓpter vim naturalẽ lib. ar. in bonũ, Sed stat sñia, Inquinatę sunt vię eius ĩ omĩ tpe.

Hebręus nõ longe distat ab hoc sensu, quia parturire est, inquietũ & in dolorib⁹ agere, in q̃ significat impiorũ studia q̃tũlibet bona, nõ fieri animo hilari & gratuito, sed inquieto, tristi, & dolente, quia dum spũs pinguedinem non habent, nõ nisi cũ legis odio & difficultate bona faciũt, difficultas aũt & inuita volũtas, cõscientiã q̃q; tristẽ reddit. Atq; hoc ipm inq nat eorũ omĩa opera bona, qđ inquieto, rebelli, inuito, tristiq; corde ea faciũt, Aut si libenter ea faciũt, iam subtiliori pollutiõe fœdantᷣ dũ affectu comodi ea faciũt, ac p hoc vere omĩ tpe pollutis vijs incedũt, siue minis adacti, siue comodis allecti, cum nunq̃ dei amore & affectu iustitię ea faciũ, O q̃ grande hoc verbũ, q̃tos hodie capit & non capitur, qui faciendo qđ in se & moralibus virtutibus intẽti, hanc suã cordis inquinationem nõ obseruãt.

In hebręo, omĩ tẽpore, iũgitur ei qđ sequitᷣ, auferũtur iudicia tua a facie eius, simpliciterq; dicitᷣ. Inquinatę sunt seu parturiunt vię eius, q. d. quicquid facit boni, & laboriosum ẽ, & tñ immundũ simul, Atq; vt supra ps i. diximus, vias vocat, cum tñ potius sint errores, quia foris bona videntᷣ hominibus eorũ opera, dũ in vestimentis ouium incedũt, sed intus vbi inquinati sunt, lupi sunt rapaces.

Huic infœlicissimo impiorũ nomĩ, q̃ speciosissima eorũ vita, corã deo inquinata ꝓnũciatur, additur & hoc, Q; iudicia dei sunt longe a facie eorũ, quo exprimit qđ dixit, Nõ est deus in cõspectu eius, volens ostendere quomõ sint sine timore dei. Iudicia (inquit) tua, quib⁹ ꝓ pauperibus tandẽ surgens iudicabis, & omẽs reos facies qui superbiũt, adeo longe sunt a facie eorꝝ, vt nũq̃ super sese ventura certissimi sint. Ad eosdẽ Isa. x. Quid facietis in die visitatõis & calamitatis de longe venietis? Vide ergo, pius cum Iob veretur omĩa opera sua, cum tamen sint mũda, tam prope sunt ei iudicia dei, coram quo nõ iustificatur omnis viuens, si intret in iudicium cum eo ps. ci. At impius cum sint omnes vię eius inquinatę, nunq̃ tamen veretur opera sua, tam longe sunt ei iudicia dei, Quin superbiens habet, vnde deũ debitorem suum expectet, operib⁹ scz condig-

nis vita ęterna, tum & congruis & supererogatiōis, sicut nostri sęculi docuere Magistri, qui vni momētaneo actui meritorio tribuūt dignitatem meriti ęternę glorię, Quę quis Turca apud nos doceri crederet?

Omniū inimicorū suorū dominabitur, Hierony. Omnes inimicos suos despicit, Nec satis scio quę sit hui⁹ verbi germana significatio, Nam p̄s. xi. reddidit sic, Fiducialiter agam in eo. Abacuk. ij. Et apparebit in finem. At prouer. xiiij. Profert mendacium testis dolosus. Quō ergo conueniunt, despicere, damnari, fiducialiter agere & proferre? Noster sane sibi constans, pro dominari idē intellexisse videtur, quod per fiducialiter agere, quod expressius Hieronymus despicere dixit, qui enim despicit, fiducialiter agit, ac velut superior in victum dominatur. Dicit Ioh. Reuchlin hebręos peritiores eo verbo intelligere, id quod est aliquid intra se meditari, & mussitādo secum parare, disponere, loqui. Quod interim sequimur, vt sit sensus, impios esse adeo superbos & contemptores omniū in via sua, vt etiam omnes tribulatores seu aduersarios suos cum fiducia despiciāt, & cum despectu in eos loquantur, tanq̄ nihil nocituros, vbi si per neutrū seu impersonale interpres reddidisset, clarior sensus fuisset, ac tam pręcedentibus q̄ sequentibus pulchre congruisset in hunc modum, omnes tribulationes suas despicit, hoc est, adeo securus est, adeo longe sunt iudicia dei a cōspectu eius, vt etiam derideat sibi denunciatas futuras peccatorum pœnas, cū ad se eas nō pertinere arbitretur, ideo cōtemptim in eas secū meditatur & loquitur. ¶ Hūc sensū iuuat quod iudicia dei pręmisit contēpta, per quę impijs intentatur & infertur tribulatio. Deinde quod zorerar non inimicos, sed tribulatores suos significat, scz qui angustient & affligant, vt p̄s. iij. & vi. dictū est. Hunc contemptū pœnarū passim tribuit impijs scriptura, Amos. ix. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt, non appropinquabit, & nō veniet super nos malū. Isaię. xxviij. dixistis, percussimus fœdus cum morte & cum inferno fecimus pactū, flagellū inundans cum transierit, non veniet super nos. Michee. ij. Ne loquamini, dicunt, Non stillabit super istos, non cōprehendet confusio, dicit domus Iacob. Ita verbum hoc loco oīno significat, nō modo loqui, sed cū fiducia & despectu loqui, sicut solet dn̄s & superior, sic pōt illud prouer. xiiij. nūc intelligi, profert mendaciū testis dolosus. i. cū fiducia & despectu loquitur mendaciū, non metuens pœnam mendacij, Sed & versus sequens indicat hanc esse huius partis sententiam, dicens.

Dixit em̄ in corde suo, non mouebor a generatione in gn̄ationem sine malo.

Ecce contemptorem tribulationis futurę iudiciorūq; dei, interpres hebręum non exprimens contrarium sensum edidit quē text⁹ nō habeat, sonat em̄ q̄si impi⁹ ꝓponat semper malū facere, cū velit, nullo se vnq̄ malo moueri, Quare & distinctionem & hebręū sensum sic reddamus ad verbū. Dixit in corde suo non mouebor, in generationē & generationē qđ nō in malo. Sic & Hiero: licet aliter distinguens. Dixit in corde suo non mouebor a generatiōe in generationē, ero sine malo, adijciens verbū substantiuū, ero, quod hebręis subauditur. Est ergo sensus apertus, ꝙ impius in tribulationes sibi denūciatas contemptim loquitur, dicēs. Nō mouebor inęternum, eroq; sine malo per om̄es generationes. Estq; eadē sententia vtriusq; partis versus per tautologiam. Est & idiotismus hebraicus in verbo mouebor, vt p̄s. xiiij. Qui facit hęc non mouebitur inęternū. Et p̄s. cxxiij. Qui confidūt in dn̄o sicut mons Zion, nō cōmouebitur inęternū. Subindicatur em̄ pauor ille, fugaq; cōscientię, de quo Isa. xxviij. Qui crediderit, nō festinabit seu nō confundetur, nō perturbabitur. Et p̄s. i. Non sic impij, sed tāq̄ puluis quē ꝓijcit ventus.

Cuius maledictione os plenū est & amaritudīe & dolor, sub lingua eius labor & dolor.

Hierony. sic. Maledictione os eius plenū est & dolis & auaritia, sub lingua eius dolor & iniquitas. Primū errasse interpretem nostrū in nomine amaritudine perspicuum est ex hebręa lingua, proprieq; pro eo Hiero: reddidit. Et dolis, Sic em̄ p̄s xxiij. quoq; translatū est, Nec iurauit in dolo proximo suo, cū amaritudinis vocabulū nō habeat, Mem, substantialem lr̄am, sicut istud. Quod noster dolū, Hiero. auaritiam posuit, vsurā alias reddūt. p̄s. lxxi. Ex vsura & iniq̄tate redimet animas eorū. Et ambę dictiones p̄s. liiij. sic reddūtur, & nō defecit de plateis eius vsura & dolus.

Scio varię hūc versum tractatū & tn̄ obscurissimū relictū. Id mihi persuadeo, dū oris & linguę officiū arguit, eū de operarijs verbi, hoc est, de sacerdotibus, pontificibus, doctoribus, & ministris verbi in populo loqui, proinde nō posse intelligi de his, qui maledictis priuatim & cōuicijs insaniūt, Sed de male=

dictione quę in docendo contingit, & populo nocet sub specie benedictionis. Q͞n em͞ vere verbū dei p̄dicatur, gratia & benedictio p̄dicatur, sicut Ro. i. Euangeliū virtus dei est in salutem om͞i credenti. Quę benedictio olim Abrahę ꝓmissa est Gen. xij. Q3uis aūt p̄s. v. huius versus sententiā abunde tractauerim vbi dicitur. Q͞m non est in ore eorū veritas &c. tamen quia tā potens mōstrū est ad nocendū, doctor impius, dignū est sępiꝰ ip̄m tractari.

Primū sicut cętera om͞ia, ita & hūc versum vehementi sp̄ū loquitur, appellās maledictionē & execrationē doctrinā eoꝝ, quā ipsi benedictionē esse populo persuadēt, de quibꝰ Ap̄ſus Ro: vltio. Qui per dulces sermones & benedictiōes corda seducūt innocentū. Isaię. iij. Popule meus, qui te beatū dicūt, ipsi te decipiunt. Sed & Ap̄ſus ad Timotheū p̄dixit futuros magistros prurientes auribus. Has itaq; blādiloquas prędicatiōes, (sicut reuera sunt appellat) maledictiones, Sicut & Malach. ij. Maledicam benedictionibus vestris, deinde quanti sp̄ūs vox est, quod dicit, os eius plenū est, Mitius erat. Si os eius loqueret̄ maledictionem. At nūc plenū est, aliud nō loquitur, nisi vnde maledicatur a deo populus. Moueret & meip̄m hic versus, vt psalmū de Antichristo intelligerem, nisi viderem hodie ex humanis decretis & terrena philosophia Magnates Ecclesiarū, & electiores Israel eadem impietate impeditos, nō aliud agere, q̄ vt populū suis doctrinis (.i. maledictionibus) imbuant, Chr̄i Euāgelio, subter scamnū (vt vocant) posito. Nā si mihi Ecclesiasticoꝝ & dn̄antiū i Eccl'ia administratio hodierna esset oratione propria, apta, cōmoda, plena, perfectaq; differenda. Hūc psalmū recitarem, q͞n eo deuenit etiam impudens nostri sęculi impietas, vt si quęras, Cur nolint audire Euangeliū, Respondeant, fabam hāc in se cudi, multū de censu & tyrannide periturū, tū multas iniquissimas leges tolli, Et quod maxime oīm sit horrēdū, Ecclesiā & ecclesiasticos oportere reformari, vbi positis pompa, fastu, regnis, & mūdi negocijs, ministerio verbi & oratiōi instandū sit, & Ap̄ſorū exemplo in penuria & p̄iculo vitę pro veritate viuendū. Quod ne fiat, potius om͞ia prędicemus, siue hinc populorū animę maledictionē capiant, siue q̄d peius. Ita fit vt ego quidē Antichristū venisse, non ausim dicere, negare tū non possim ea quę gerūtur om͞ia referre plenissime Antichristū. Mouetq; me non parū, sanctos ferme om͞es & precessores nostros vno consensu velut sp̄ū sancto magistro, hunc psalmū Antichristo dedisse, quē tū nisi velimus sensum

negare, nō possumus non fateri, hodie impletum esse vsq; ad minimū apicem & iota.

Amaritudine & dolo, seu rectiꝰ dolis & auaritia, seu vsura & fraude, Diximus p̄s. v. Impios doctores ita docere, vt populū fallant, & dolose agere, tm̄ vt ventri suo satisfaciant, sicut & Paulus dicit. Existimantes quęstū pietatem esse. Et iterū Ro. vlt. Hi em̄ ventri suo seruiunt, quorū guttur est sepulchrū patens, Voluit forte Spiritus sanctus dicere, simoniam, sed p̄uidit acutissimos glossatores futuros, qui simoniā esse de iure humano inuenirent, Ideo auaritiam seu fraudem seu vsuram potius dixit, quę sunt iuris diuini, qđ non possunt negare. Qui hęc non intelligit, Decreta, decretales, Rabothenu distinctiōes obseruet, In quibus pręter auaritiam, dolum, tyrānidem, vix aliud spirare ipsi fatentur. Hoc em̄ exemplo versum hunc intelligemus faciliꝰ, cū sit pręsens & ob oculos positū, Nec reiecerim vocabulū, Amaritudinis, tanto tp̄e & vsu receptū, nō sine dei volūtate, ꝙ hęc blandiloquentia & humana traditio, q̄tū palpat & placet carnis sensui, tantum amaricabit postea conscientiam, vbi ignorato Christo, cœperint iudicari s̄zm opera sua.

Laborem & dolorē (.i. Auen & amal) p̄s vij. tractauimus, ꝙ auen ꝓprie dolorem, qđ hic laborē, & amal laborem, qđ dolorē transtulit, significet, optime doctrinas hominū has cōmendat. Quid em̄ ex his om̄ibus homo habet, nisi inquietā, miserā, excarnificatāq; conscientiā? Vere & ꝓprie sub ligua horū, dolor & labor. At tales heu innūerabiles facti sunt ex iuribus & Theologia ista scholastica, per hos trecētos annos? Sic em̄ exēpli vice loquimur, si fieri pōt, vt Antichristus alius futurus sit & peiora faciat. Et recte, vt quātū foris titillantur impietatis doctrina, qua per opera hoīm ad cęlū facilem aditum sibi parant, tm̄ intus vacui fide, vexentur studio infœlici bene viuendi, sudentq; multū & frustra laborent, vt cū sua gn̄atiōe Sap. v. Lassentur in via perditionis & iniquitatis & ambulent vias difficiles. Et vt p̄s. xiij. dicetur. Viam pacis nō cognoscāt, & sit contritio & infœlicitas in vijs eorū, vt & supra dixit. Parturiant vię eius. Iste est populus Amon, populus mœroris, ꝗ natus est ex abusu patris sui, idest, doctrina ębria & deprauata legis, quę cū testificetur iustitiam dei, quę est ex fide Christi, ipsi eam humanis opinionibus aptāt ad iustitiam suā, & in liberū arbitriū reponūt.

Vide ergo, quid sit docere populum sine Christo, Nam id quod hic dicit, Maledictiōe os eius plenū est, supra ps. v. dixit. Quoniam non est in ore eorū veritas seu rectū & bonū. Et qđ hic, dolis seu amaritudine, illic, Interiora eorū insidię seu cor eorum vanū est. Et hic, auaritia seu vsura seu dolo, illic. Sepulchrū patens est guttur eorū, hic sub lingua eius labor & dolor, illic, Linguam suam leuificant, seu linguis suis dolose agebant, Nā hic non frustra sub lingua dicit, ostendens ꝙ super linguā seu in specie, vbi sentitur, bonus videtur sermo in oculis eorū, sic enim blanda & lęuis est lingua, sed subtus & in re ipsa labor & dolor. Adeo hic versus cum illius versu per om̄ia cōuenit, sed & vehementia spiritus non impar est vtrinq;, vt ostensum est in pondere & vi verborū vtriusq; psalmi.

Sedet in insidijs cū diuitibus, in occultis vt interficiat innocentem.
Oculi eius in pauperem respiciunt.

Hieron: sic. Sedet insidians iuxta vestibula, in occultis interficit innocentem, oculi eius robustos circūspiciunt, proinde mirum, quo spiritu, interpres noster, cū diuitibus dixerit, cum nec in hebręo sit prepositio, cum, neq; iuxta, neq; vt, Et dictio hazerim simpliciter posita sit, q̄ villam vel atriū significat autore Reuchlin, quod & Hierony. indicat, trāsferens vestibula, an forte ꝙ diuitū atria seu vestibula solent frequente populorꝫ turba obsideri? aut ꝙ atria & vestibula ꝓprie diuitum sunt? Rursus nec satis placet, ꝙ Hierony. robustos ꝓ paupere trāstulit. Sepositis interim, quę alij hoc loco tradiderūt, afferam spiritum meū, videtur mihi propheta prosequi describendo, perditum studium & mores impiorum quos in docendo habent. Dixerat enim versu pręcedente, quę sit & cuius fructus doctrina eorum, scz, maledictio, auaritia, dolus, mœror & labor. Iā hoc versu describit, quomodo se habēt aduersus pios magistros, sibi cōtraria docentes. Oportet enim doctorem nō modo sua docere, sed etiam aliena confutare, quod impij strenue conātur & implent, Verum vbi id ratione & veritate nō possunt (sicut vere nō pn̄t) ad vltimū suę virtutis cōuertūt, scz

ad vim & astum, vt prohibeant, ne quis cõtra dicat, aut aliud doceat, deinde si quis cõtradixerit, interficiant, nulla alia causa, nisi ꝙ contra prohibitũ docuerit, Tandem adhibeant vbiqꝫ q obseruent huiusmodi docentes, vt eos tradant, ac sic per vim Euangeliũ Christi extinguant, & soliꝰ hominis regnet doctrĩa Qꝫ pulchre possem huius exemplũ pręsentissimũ adducere, nisi metuerem eos non nisi peiores veritate fieri. Et certe vt de Turco taceam interim, si nostri prauitatis Inquisitores & Humanę scripturę interpretes, hunc versum nõ iam diu impleuerunt aut implent, fortiter tñ Antichristo p̄ludunt & exemplo suo nobis sensum eius clarũ reddent, quod cũ bona venia eorꝫ dixerim.

Primũ Antichristꝰ soli sibi ius interp̄tãdę scripturę arrogabit sic̄ Turca cępit, & oĩm aliorũ sensũ coget suo submitti, quin dubitari nõ volet suã vocẽ esse Chr̄i vocẽ, cui nõ liceat dicere. Cur ita facis, etiã si sexcẽtis Apl̄is cõtra pugnes, & hũc eius impietatem fouebũt plurimi, & pręsertim ĳ, qui aliquid sunt in hac vita, Nempe Magnates, doctores, religiosi, Non em̄ aperte tollet Euangelium, sed subdola hac arte & occulte operante vi. Vnde. B. Aug. dicit hoc loco, primam Ecclesię persecutionem fuisse violentam per mundi principes. Secũdam fraudulentã per hęreticos. Terciã fore violentã & fraudulentam simul, vbi scz tp̄alis & sp̄ũalis potestas in vnũ conueniẽt aduersus dñm & Christũ eius, Hoc est qđ dicit, Sedet in insidĳs, idest, doctor est insidiosus & pestilẽs, sicut p̄s. i. In sessione illusorũ nõ sedit, Non em̄ Christũ docet, sed hoc insidiosissime, & om̄ibus artibus agit, vt ipse solus sedeat, ipsum solũ oẽs audiãt, magisteriũ omniũ sibi soli vendicet, arbiter fiat oĩm quę in Ecclesia docẽtur, damnaturus & probaturus quęcũqꝫ placuerint, maxime q̃ contra & pro tyrannide sua valuerint, nam cętera non magnopere curabit.

Hanc autem insidiosam autoritatem docendi vi & potẽtia stabiliet, alioquin fraudulentia non diu persisteret, nisi violentia muniretur, si liberũ relinqueretur bonis hominibus de eius autoritate & doctrina iudicare, disputare, dubitare. Quare vt vice articulorũ fidei eius sententia (qualis qualis sit) dominet̃, hanc sessionẽ insidiosam in atrĳs iuxta vestibula, seu (vt nr̄m interpretẽ nõ infœliciter in vocabulo fœcit errare sp̄ũssanctꝰ) cum diuitibus, in ꝑpatulo & publico mundi theatro firmabit. Quid em̄ voluit, nõ atriũ, sed atria pluraliter dicere, seu vestibula, nisi ꝙ in om̄ibꝰ Ecclesĳs, scholis, vniuersitatibꝰ, Cõsistoriĳs, &

rijs, & omino in omibus locis, vbi vel res diuinę fiunt, aut verbum ministratur, aut hominū causę agūtur, huius sessio, autoritas, doctrina, mandatū, approbetur, roboretur & adoretur, non a rudi tm̄ vulgo, sed a potentibus, diuitibus, sapientibus, sacerdotibus? Atria em̄ seu vestibula in scripturis certe locum significant externū, in quo populi conuenire possunt, ab adytis & altaribus & sacerdotū choro separatū, vt in Exodo & alijs locis patet.

Ego siquid auderem in lingua hebręa, sic transferrem hanc partem versus. Sedet in insidijs atriorū, cum hazerim absolutę sine titulo aut vllo cōsignificatiuo ponatur, vt sit sensus. Atria quæ sunt arte & insidijs occupata, seu ad insidias & fraudes eius explendas parata, erūt eius cathedra, & in omibus ipse solus magister erit, Siquidem, sedere p̄s, i, diximus id esse, quod Magistrū seu doctorem esse. Nam per hęc atria suam autoritatē insidiossime stabiliet, Quis enim audeat contradicere omibus Ecclesijs, scholis, iudicijs? cū sit speciosissimū argumētū a multitudine, magnitudine hoīm & lōgitudine temporū, quo vel solo satis insidiarum habebit, vt secure sedeat & dominetur. Qꝫ siquis per insidias atriorū intelligat, insidias diuitū (ij enim atria habent & amplas possessiones) forte non inepte nostrum interpretem tuebitur, qui videatur loqui de Ecclesiarū & pontificū diuitijs, pompa, & fastu, quibus impius ille sedem insidiosam firmabit.

Deinde, In occultis interficiet innocentem (.i. suo iudicio hęreticū, schismaticū, rebellem, inobedientē, seditiosum, piarū auriū offensiuū quia veritatem Euangelij professus est, cū crimine lęsę Maiestatis, & irreuerentia sedis Antichristi) interficiat aūt in occultis, Nā nec violēter stabilita fraus satis tuta est a luce Euangelicę veritatis, si passa fuerit eam cordibus hominū insinuari, Ideo sic occidendus est innocens, vt causę suę iustitia nō reueletur, nec conuincendus autoritate verbi dei, sed autoritate Sedis insidiose atriorū, sicut Iohannes Baptista in carcere sua corpali morte prefigurauit. Ita vox Euangelij in occultis, non cognita causa, nec reddita ratione obtruncetur, & prędicator eius interficiatur, aut etiā comburatur, Quid em̄ est aliud q̄ꝫ in occultis occidere, sicut quidam Martyres occisi sunt, Nempe Geruasius & Prothasiꝰ, q̄ꝫ sine causa aut falsa causa occidere, dū timetur tumultus in populo, si rei veritas prodatur? Sicut em̄ de occiso occulte dicitur, Nescit vbi & quo modo perijt, ita & de inique occisis idem potest dici. Verū spiritus in occultis di-

eit quantū est in oculis pioru hominū .i. suis, quibus causa ignota est in qua pereūt innocentes, Cęterū impius in sua tyrannide obstinatus, satis apertam iactat esse causam, qđ sibi cōtradictū est, ideo nemo audet dicere in occultis aliquem esse occisum a se, sed in luce apertę veritatis omia a se gesta. Ex his occultis germanicę ꝓuerbio dicit, Es geht vnter dem hudlin zu, vt intelligas occulta hoc loco non corpm aut rerū, sed artis, causarum, iudiciorū, quibus non sensus carnis, sed intellectus fallitur, Das man eynem eyn nasen macht, vbi causa externe prętexitur, & intus in occulto nulla causa est, Hęc portenta an solus Turca hodie operur prudenti lectori relinquo.

Tercio. Oculi eius in pauperem respiciūt, adeo scz meticulosa est fraudulentia, vt etiā pauperem metuat, licet ipsa cū diuitibus sedeat, & omibus potentibus stabiliatur, Q₂ consciētia malę fidei, veritatis gratiam & vim non ignoret, quę q̄ primū reuelata fuerit, oim animos in se rapit, & fraudem nudā & ignominiosam relinquit, Ideo tyrannidi Anchristianę non satis est se potentia regū, principum, sapientū, doctorū, sancticulorū, diuitū, stabiliuisse. Non sufficit innocentes occidisse, sed statio Philistinorū ponenda, & vigilię, excubieq; passim locādę, quę sic obseruent pauperem, ne quid mutiat, & denuo negociū faciat sedi insidiosorū atriorū, Ac sic imitetur Vniuersitatū ritus, in quibus iuratur, ne quis dogmatisset qđ sit cōtra sacro sanctam Ecclesiā & articulos quosdā hominū, quos ꝓ oculis Ecclesię haberi conuenit, & nō ꝓ auribus Christi, dū vbiq; ad Euangeliū surdi, tam acute obseruāt, quid cōtra opiniones statutaq; hoim prodierit, vt Christus, qui ianuas clausas penetrauit, tn̄ aciem oculorū istorū euadere nō possit, quin in multis inueniat̄ hereticus & aduersus Sedem sanctā locutus, Vnde v̄bū respiciūt, nō simplicem respectū significat, sed eū qui fit cū obseruatione & diligētia, quo mō speculatores obseruāt & respiciūt, ne q d moliant̄ hostes, Inde speculator quē gręci Epm vocāt. Ezech. iij. Fili hoīs speculatorem dedi te domui Israel, quę v̄bi Emphasis, impię tyrānidis meticulositatem hoc loco īdicat, Nec mīus, nomē Oculi ei⁹, & pauperē, ꝙ tota cura, scz intentus sit, & oculis (q̄ p̄ cęteris mēbris valēt) obseruet, ne alicūde periculū suū erūpat.

Insidiatur in abscondito sicut leo in spelunca sua, insidiatur vt rapiet pauperem,

Rapere paupere͂ du͂ attrahit eu͂ in laqueo suo.

Hęc om̄ia vnus versus in hebręo, quę apud nos tribus versibus distributa sunt. Solœcism⁹ iste, Rapere pauperem, satis a multis taxatus est, cu͂ dicendu͂ fuerit, Rapiet pauperem, satis au͂t facilis est intellectus ex p̄cedentibus tribus virtutib⁹ tyrānidis, versu iam dicto expositis, Exponit em̄. Quid faciāt oculi eius dum respiciu͂t paupere͂, Nempe, sicut leo auidus rapie͂di & deuorandi in cubili suo obseruat occasione͂, si qua bestia imprudens occurrat, & sua securitate in manus eius ruat. Ita Antichr̄i tpe erunt, qui nō mō ꝓhibeant paupere͂ mutire Euāgeliu͂, Sed sic eu͂ obseruabu͂t, vt si quid vel imprudenter dixerit aut fœcerit, qđ vel vi vel astu queant torquere & violenter interp̄tari in eu͂ sensum, qui sit contra sanctā sede͂ bestię illius, mox more nostroru͂ clame͂t ad igne͂, que͂ is qui dixerit aut nu͂q̄ cogitauit, aut nu͂q̄ voluit proferre, imo siquid vel cautissime dixerit, vt nō possit timere periculu͂, tn̄ illoru͂ officiu͂ erit, rectissime dicta calu͂niari, cu͂ Iudęis Christu͂ capere i sermone, & in syllabis innoxijs venenu͂ inuenire, sicut Araneus in rosa.

Hoc au͂t facient nō stulto consilio, vt qui cōpertu͂ habeant & experientia doceantur, regnu͂ tyrannidis, paru͂ tutu͂ fœlixq; consistere, si eos du͂taxat perdant, qui vel vera causa cōuicti vel simulata suspecti, traduci possunt, Sed oportet in exemplu͂ & terrore͂ oīm aliorū, etiā eos vexari, qui simpliciter & quiete incesseru͂t, nihil minus time͂tes, q̄ in has aliq̄n simplegadas rapi, vt sic nullus sit, qui tyrannu͂ nō metuat, etiā optima conscie͂tia fretus, & om̄is consilij contra tyrannum ignarus. Sic Michee. ij. Eos qui transibant simpliciter conuertistis in bellu͂, eo consilio fiet, vt non modo nemo pauperu͂ audeat mutire, aut velle mutire, pro Euangelio, sed securitas parabitur tyrannidi, vt qcqd docere, statuere, mutare, remutareue voluerint, pro suis tu͂ opinionibus, tu͂ affectib⁹, om̄s necesse sit tanq̄ Christi vocem sub nomine Christi acceptare. Deinde etiā ea causa sic grassabunt, ne ociosum sit officium eorum, & paru͂ glorię apud homines obtineat, tum si ocio rubiginéq; pereat, metuendu͂ ne in futura vita priuetur aureola doctoribus & tutoribus veritatis merito condigni debita. Quod ne contingat, curandu͂, vt vel innoce͂tissimos excarnificent ꝓ sancta veritate.

Vide nunc quid sit insidiari illos in abscondito, sicut leo in spelunca, vt rapiant pauperem, nempe animo perdendi

occasionem obseruare vt rapiat pauperem, vt in eo verbo aut opere eũ capiant & damnent, quod sibi ignotũ penitusq; occultũ fuit, esse damnabile, Diximus em̃ occultũ hoc loco esse, quod arte & ingenio occultatur, dum aliud pretexitur, quo accusetur pauper, & aliud intus reuera ẽ, quo accusari nõ possit, imo quo laudari debuit, seu vt Christus dicit, Qui odiunt lucem, & Apl'us, in hypocrisi loquentes mendaciũ, de q̃ plura in sequentibus p̃s. Sed furor leoninus ad tyrannidẽ roborandã paratus, his artibus rapiendi opus habet. Itaq; tp̃e Antichr̃i nemo tutus erit in publico, nec audebit Christũ profiteri, sicut nec hodie ante faciem hęreticę prauitatis, atq; id forte est, quod toties prędictũ est visionib9 & pphetĳs, fugituros esse Christianos in spelũcas petrarũ, & deserta syluarũ. Quis em̃ tutus erit, qñ hi periclitabũtur, qui nec cogitant aduersus Antichristum loqui, & qđ forte ĩprudenter & ignorãter effuderũt, cogẽtur negato Christo reuocare, & sedem sanctam insidiarũ in atrĳs suis adorare. Deinde satis indicat, principes, reges, sacerdotes, religiosos, & quicquid erit alicuius nominis a parte Antichr̃i staturos, dum non nisi pauperem & oppressum memorat ista passurũ, Nec esset magna nec digna Antichristo deceptio atq; tyrannis, si non nobiliorem & meliorẽ partem Ecclesię in sua studia seductã haberet. Regnabit em̃ in Babylone ipsaq; Roma, & om̃ia vasa desyderabilia, regem & reginã, & eunuchos, pueros regios in suam captiuitatem ducet, sicut figurat captiuitas Babylonica Israelis.

Id quod sequitur. Rapiet pauperem dũ attrahit eũ in rethe suũ, explicandi gratia dictũ videť, ne quis pauperẽ rapi intelligeret aliter q̃ dictũ est, Hoc est, captabũt eũ in sermõe, si non poterunt inuenire, quo eũ manifeste cõtra Sedem sanctã Antichristi dixisse probent, nõ em̃ de corpali captione hic loquiť, quã versus sequens tractabit, sed de sp̃uali (vt dixi) quã per ĩsidias in abscondito parauerũt, Et has insidias, rethe seu laqueũ vocat, Exemplis ista probaremus pulchre, nisi nostro sęculo p se abundarent.

Humiliabit eum, inclinabit se, Et cadet cũ dñatus fuerit pauperũ.

Et distinctionis & interp̃tationis confusio fœcit, vt hunc versum passim de casu Antichristi intelligant. Verũ Hierony. sic reddit. Et confractũ subĳciet & irruet viribus suis valenter,

Nec male reddidit interpres priorem partem, si omittantur p̄nomina, eum, & se, q̄ nō sunt in hebręo, interponaturq́ coniūctio, &, (licet pro idiotismo non sit in hebręo) inter vtrunq́ verbū sic. Humiliabit & inclinabit, scz pauperē, Significat em̄ verbū prius conterere, confringere, conquassare, posterius inclinare, incuruare, humiliare, vt Reuchlin dicit. Altera pars, hebraice sic. Et cadet in fortitudinibus suis in pauperes, quē sensum pene reddidit interpres, q̄ cadere in fortitudinibus, seu irruere in virib⁹ sit pręualere & dn̄ari, nisi q̄ p̄ pauperib⁹, Ioh. Reuchlin putat, dictione cōposita dici congregationē dolentiū & oppressorū, vbi Hieron. aduerbiū, valenter posuit, sicut supra in simili dictione pro pauperib⁹, robustos trāstulit, Sed ad aliud forte respexit vocabulū.

Est itaq́ sensus, vbi Antichristus & excubitores eius pauperem traxerint in rethe suū & in sermone cœperint, hic nulla misericordia prorsus, leuiusq́ sit peccatū, negasse deū & opera & verba eius, q̄ hanc sedem insidiarū lacessisse, Hic conteritur, & ad nihilū redigitur pauper, Hic irruit̄ om̄ibus viribus in populū oppressum. Ad hanc Antichristi insaniam, quicquid sit de Turca, iam diu peruenerūt virtualis & rep̄sentatiuę Eccl'ię satellites & adulatores, siquidem peccata ī deū perpetrata ridēt, & p̄ peccatis iam nō habent, tantū abest, vt in ea irruant, aut vt hic obseruent, vt hic vel millesimam officij sui aut viriū suarū partem impendant. Cęterū vbi dubites de statutis eius, & an sit mixtus deus & homo, an dn̄s terrenus mundi, hic si syllaba vl' imprudēs labaris, tractus in rethe cōtereris, & irruent in te omnibus viribus, non contenti gladio & fulminibus latę sententię cū tot maledictionibus vt vix sufficias perlegere, auxiliū etiā bracchij secularis & totius mūdi vires inuocantur, tanti negocij est Sedem tyrannicam tueri, vt mihi p̄pheta his verbis, Irruet viribus suis, videatur hanc nostrorū tyrannidem, vel p̄ Antichristo vel in Antichristo expressisse. Quā cū videamus om̄es ea tantū q̄ sua sunt perditissimis studijs quęrere, & ea quæ dei sunt contemptissime negligere, non tn̄ audemus mutire.

Igitur. Humiliabit & inclinabit, non de persona Antichr̄i intelligitur, sed de opere eius tyrānico in pauperes, sicut & ill'd' Cadet cum dn̄atus fuerit, equę vim eius significat, Nam ab hac violentia irruendi appellantur Gygantes. Gen̄. vi. Niphlim. i. cadentes seu irruentes, Quia (inq̄t) erant viri potētes in mūdo & famosi, hoc est, tyranni qui irruerūt & oppresserūt vi p̄pria pauperes, sicut & de Nimbroth Gen̄. x. dicit̄. Iste cępit esse po=

tens (.i. violentus) in terra & robustus venator corã dño.

Dixit enim in corde suo oblitus est deus, auertit faciem suam ne videat in finem.

Iterũ non hoc dicũt impij (vt aliqui putant) q̃ arbitretur deũ non esse vindicem malorũ, aut res hominũ nõ curare, cum sub nomine dñi omia perpetrent, Sicut Christus Matt. xxiij. pdixit. Multi veniẽt in nomine meo, sed q̃ tã securi sint, adeoq̃ sine timore dei, vt deũ arbitrentur oblitũ esse pauperũ, & pro se contra pauperes stare, vt versus sequens indicat. d. Ne obliuiscaris pauperũ, Nec solũ oblitũ, sed etiã abscondisse & auertisse ab eis faciem, vt nũq̃ in ęternũ sit respecturus ad eos, Q3 q̃ sint reuera hodie q̃ plurimi, qui non credant animã imortalem & retributionẽ futuri iudicij. Hanc insignem obstinationẽ & induratam psumptionem impiorũ hoc versu arguit, Qua pios ad blasphemię spiritũ prouocant, sicut Christo in cruce dixerunt. Si filius dei est, liberet eũ si vult. Non eñ satis habẽt pios perdidisse, insuper blasphemantes & insultantes diuini auxilij desperationẽ obijciũt, aut saltem pręsumũt, de q̃ ps. iij. latius, Atq̃ hic finis & vltimũ est qđ impij possunt, ideo nũc sequit alia pars psalmi, in quo pro pijs contra impios orat & prophetat, dicens.

Exurge dñe deus & exaltetur manus tua Ne obliuiscaris pauperum.

Dicunt impij te pauperũ obliuisci. At tu exurge & exalta potentiã tuã, qua destruis ea q̃ sunt, exaltas ea quę nõ sunt, & cõuincantr impietatis suę, In qua re iam sępe admonuimus nos doceri, vt vindicta posita ac deo relicta, sola oratiõe quęramus iuuari, solius dei virtute, de nostris viribus desperantes. Tropũ istũ, Leuare seu exaltare manũ notũ arbitror p ostẽdere & exercere virtutẽ, de q̃ ps iij. dictũ est, quẽ deinceps sępius habuimus, vt Leua manus tuas in superbias eorũ. Et Isa. Ecce ego leuo manũ meã ad gentes.

Credo aũt, vt sicut ps pręcedẽs fere simili materia tpa Martyrum descripsit. Ita hunc psalmũ describere, tpa vsq̃ ad finem mundi, vt non modo Antichristum, sed & omnes impios in Ecclesia tyrannos post tempa Martyrũ & doctorũ i finẽ mũdi grassantes tractet, Quales Apl'us, ij. Timo, ij. pdixit homines

habentes speciem pietatis & virtutē eius abnegantes, quos nēo sit correcturus aut reformaturus, nisi ille, qui aduentus sui illustratione destructurus est impiū, Interim ꝓficient impij ī peius semper vsqȝ in finem. Proinde ego velut certus desperaui reformationem gn̄alem Ecclesię, Nā quātis quęso Cōcilijs post tp̄a Martyrū & doctorū tentata est Ecclesię reformatio? Quid Constantiensi? Quid Basiliensi promotū est in hanc rem, vt taceam istud nouissimi Concilij ludibriū? Quis est iste Sp̄us sanctus, qui legitima (vt iactant) Synodo coacta, nihil curat Ecclesię suę correctionē, sed tm̄ cerimonijs perdit omnes dies Concilij? Ideo qđ hic versus inuocat dn̄m, vt exurgat & potentiam ostendat, ad diem extremi iudicij pertinere puto, qđ & sequentia iuuabūt, vt non sit dubiū nostro sęculo, īmo iam plusq̄ tribus sęculis huius psalmi rem pleno cursu geri & gestā esse.

Propter quod irritauit impius deum? Dixit enim in corde suo non requiret.

Scz blasphemia seu insultatio maxime vrit, ideo eam ante omnia mouet & accusat, Passiones em̄ si in dei conscientia ferantur non adeo graues sunt. At vbi conscientia de deo auerso vexatur, iā importabiles sunt. Reddit aūt hoc versu ac refert illud qđ impius dixerat. Auertit faciem suam ne videat vnq̄, sicut obliuionem dei p̄cedente versu repulit. His em̄ versibus spiritualibus opus habemus exhortari, qn̄ in tribulationibus conscientiā nostram blasphemia & desperatio vexant. Tūc em̄ consilio & exēplo huius versus, blasphemia regerenda & retorquenda est in ipsum suggerentem & in caput eius, sicut & tradiderunt harū rerū vsu edocti & periti, Nā reuera blasphemū est dicere, deū obliuisci pauperū & auertere faciem & non requirere, cū in se p̄ceperit credi & sperari in pręcepto primo, & inuocari nomen suū in secūdo, & expectari opus suū in tercio, ꝓpter quid ergo irritat impius deū, tribuens ei obliuionē pauperum contra expressum eius voluntatis pręceptū?

Illud leuiculum quod in heb. secunda persona dicitur, Non requires, nisi ꝙ ardentior affectus eo commendatur & robustior exhortatio, aduersus spiritum blasphemiæ, dum cum fiducia ad deum sese conuertit, accusans & detestans

detestans diabolum, iustificans deũ & mãdata eius beneuolentiam ita captans & mouens inuidiã parti aduersę, non ꝙ deus his indigeat, vt moueatur, sed nos, ne ĩ fide & spe succũbam⁹, his artibus nos armemus & roboremus.

Vides, qm̃ tu laborem & dolorem consyderas, vt tradas eos in manus tuas, tibi derelictus est pauper: Orphano tu eris adiutor.

Absolute dicit, vides, pro erigenda fiducia aduersus impij blasphemiam, ac si dicat. Tu es vidẽs & inspector oĩm, nõ oblitus nostri nec auersus, vt impius nobis intentat. Ideo & consyderas & attendis in laborẽ & dolorem, adeo scz vides, vt etiã attente consyderes, nedũ auersus obliuiscaris, Laborem & dolorem pleriq; ad pauperes, Aug. etiã ad deũ refert, Meo spiritu ad impiũ refero. Labor em̃ hic amal ẽ, de quo supra, sub ligua eius labor, verum pro dolore hebręus, furorem, habet, sicut & Hiero: reddidit, & Aug. Iram in suo textu legit, id quod fœcit eũ de labore & ira dei cogitare. Igitur mea sententia, laborem vocat vanũ & negociosissimum insidiarũ & doli studiũ, quo sua (vt diximus) parat. Dolorem aũt seu furorem, vim & impetũ, quibus tyrannidem dolosam stabilit, quasi dicat spirit⁹. Tu attentissime consyderas impij tam dolum q̃ vim, dolũ in verbis (vt Aug. verbis vtar) vim in imperio, quo in sanctos tuos furit, & multo labore suas insidias tuetur. Est em̃ necessaria dolosis & insidiosis violentia, imo dolus tam impotẽs est, vt non possit non furere & vim mouere si ceperit reuelari. Sic enim principes tenebrarũ postq̃ mundũ possiderãt diuturna Idolatria ꝑ multã operationem erroris & dolum, vehementer succensi sunt & furere cœperũt in Ap̃los & Martyres, qui dolũ hũc detegere aggressi sunt. Sic facit om̃is impius pro suo dolo tuendo, quemadmodũ nostri quoq; sęculi exẽpla monstrant. Itaq; ne pusillanimes nos reddat impiorũ p̄sumptio. Exhortatur nos sp̃us, docens ꝙ non est abscondita deo, impiorũ tum fraus, tũ vis, quacũq; arte in sanctos moliant̃ & furiãt.

Ac sic consyderat, non vt consyderasse satis sit & inultus transeat impius, sed vt tradas eos in manus tuas, Hiero, aptius, vt detur in manu tua, Nam pronomen, eos, non est in textu, & de impio in singulari numero loquitur. Horrendũ aũt est incidere in manus dei viuentis, vt Ap̃l'us Heb. x. intonat, Quia hic non

hic non est qui eripiat, sicut ps̄ xlix. Intelligite hæc, qui obliuiscimini deū, neq̄n rapiat & non sit qui eripiat. Eodē tropo & ps̄. xx. dicit. Inueniatur manus tua inimicis tuis. Et sumptū videtur ex lege Mosi & alijs veteris instrumenti libris, in q̄bus sępissime legimus, hostes tradi in man⁹ filiorū Israel, & rursus Israel in manus hostiū, quoties vindictā sumptā aut sumēdā legimus, Quare & hoc loco tradi in manus dei, est deo vindicante puniri, qui punit ęterna vindicta. Quo intelligimus id quod dixi, ꝓphetā loqui hoc ps̄ de his, qui extremo iudicio apprehendentur in fine mundi, postq̄ impietas eorū p̄ualuerit per orbem in desperatam vsq; emendationē, Nam corrigibiles non tradit in manus suas, sed vt ps̄. lxxxviij. dicitur, Visitat in virga iniquitates eorū, & in verberib⁹ hominū pctā eorū, de quibus nūc dicit.

Tibi derelictus ē pauper, vbi iterū Hiero: trāsfert, robustos. Inter multa vocabula, quibus lingua sancta pauperes appellat (adeo cōuenit sanctitati & paupertati) tria hoc psalmo ponūt. Aebion, quod simpliciter pauperē significat, Aeni, qđ magis dolētem ac afflictū, & Helęcha, qđ oppressum & vim passum ꝓprie significat, Pręter hęc sunt, Dach, qđ ps̄ pręcedente ponitur. Et factus est dn̄s refugiū dach. i. pauperi. Itē Dal & rasch & Mischen, quorū oīm differentias dare, forte nō est opus, nec hui⁹ loci, Hebręi aūt pulchre id possūt, obseruata etymologia, Dach em̄ a contritione & cōfractione, Dal ab attenuatione & exiccatione, Aeni ab afflictiōe & mœrore cordis, Aebion a volendo seu desyderando, vt cui desit qđ cupit. Mischen ab apothecis & promptarijs, qđ sine eis sit. Rasch a pereūdo & ad miseriam redigendo. Et isto ps̄ peculiariterq; repetitū Helecha, qđ Hiero: ab hail, qđ robur significat, robustum facit. Alij ab eodem hail vel hel, qđ exercitū & congregationē, & Cah, qđ mœrorem tristitiamq; significat, compositū volunt, velut Ecclesiam tristantiū & mœrentiū intelligentes, quod mihi valde placet, cū hic ꝓprie loquatur de ijs, qui ab impijs sub prętextu nominis dn̄i vim & dolū patiuntur, vbi nomini dn̄i resistere non licet, & tamē res ꝓposita vehementer contristat, atq; ita in occultis patiūtur, Quales fuerunt Ap̄l'i in cena dn̄i, qui cum Iudam non auderent reprehendere, eius tn̄ dolo per Christum indicato, cruciabātur, fœlicior em̄ erat Martyrū & doctorū cōditio, vbi cōtra Idola & gentes & alienos pugnabant, Sed Antichristus nostris Ep̄is & Ecclesiasticis rectoribus vtetur, sicut in hęreticis cępit, quibus cū in omībus obediendū sit vice Christi

periculosissimũ erit nõn obedisse, rursum idem periculũ obedisse, cũ & electi hic in errorẽ duci queant,

Quare cũ audimus pauperem soli deo relictũ, sine dubio intelligere debemus, contra eos staturos Magnates & vtriusq; status rectores, Quę res cũ sit popularis & ĩ oculis vulgi magna, facile persuadebit, vt totus orbis ruat ĩ obsequiũ Antichrĩ, & argumentũ veritatis, non ex Euangelio, sed ex multitudine & opinione vulgi petãt, sicut & hodie aliqui faciũt.

Idem indicat, Orphano tu eris adiutor, nihil refert pupillo (sicut infra transfert) siue orphano dixerimus, eum intelligit, q̃ sine patre est in terra, cuius pater in cęlo est, Nemo itaq; Euangelistam tpe Antichristi tuebitur ex omnibus hominibus, nisi solus deus, Horribilia hęc sunt valde, Nam Epõs & Magnates Ecclesiarũ nõ fore in numero pupillorũ, quales hodie sunt in curribꝰ & equis & armis, facile quiuis intelliget, nisi redigerent̃ primũ in priscam sacerdotũ & Epõrũ sortẽ, sed necesse erit eos pro tpalibus suis & patrimonijs Christi & sanctorũ, sꝫm iura sua sacerrima, Antichristo adhęrere aduersus pauperem & orphanum.

Cõtere brachiũ peccatoris & maligni, quęretur peccatũ illius & non inuenietur.

Peccatorem & peccatũ ꝓ impio & impietate dixit, vt Hierony. rectius. Contere brachiũ impij & maligni, quęres impietatem eius & non inuenies. Hebręa distinctio talis esse videtur, Contere brachiũ impij, & malignũ quęrens, impietatem eius non inuenies, vt malignũ in neutro genere accipias pro malitia, & duo illa componas, brachiũ & malitiam impij, nõ autẽ impiũ & malignũ, illud conterendũ, hanc requirendam .i. in iudiciũ vocandam, vt sit sensus, vim & potentiam Antichristi destrue, Et malitiam require, seu in iudicium voca, vt dolus & nequitia eius reueletur & damnetur, quibus velut instrumẽtis vtitur sua impietas, Destructa aũt potentia & inquisita malitia eius, ac sic exuto eo tã vi q̃ dolo, facies, vt impietas eius penitus desinat, Erit inermis impietas & ad nihilũ reducta, hoc est, qđ dicit, Impietatem eius non inuenies, non vt non sit, sed vt nihil possit, eo tropo, quo Deutro, xxxij. dicitur. Et dixi vbi nam sunt? cessare faciam ex oĩbus memoriam. Et Isa. xiiij, Quõ cessauit exactor? quieuit tributum? Sic eñ de perditis & vulgo quęritur & dicitur insultando, vbi sunt? quo abierunt?

Quare obseruanda sunt verba aptissime posita, Brachiū conteritur, malignitas quęritur, & vtrūq; tollitur, sed impietas manet, nisi qđ ablatis his armis, vi & dolo, nō inuenitur, hoc est, perditur cū impio. Hunc sensum mihi extorquet hebraica (vt dixi) distinctio, ad eundem tñ vtrūq; duci potest & noster textus. Quęretur peccatū illius & non inuenietur, idest insultabit perdito impio, & queretur, a dicētibus, vbi nam est, qui irruebat viribus suis, & fallebat dolis suis? Atq; hic quoq; versus, opus iudicij nouissimi, hoc p̄s cantari & inuocari demōstrat. q; in hoc tempore impij quidem conterūtur & conuertuntur. At in illo, conteretur ipsa potentia & malignitas, cæterū impiꝰ in impietate sua manet, nec inuenietur, quia tollet eū dominꝰ.

Et apte singula singulis tribuit, contere brachium, quęre malitiam, quia vis, apta est, iudicioq; inquisitionis nō eget, iā iudicata est digna contritione. At fraus & dolus malignus, primū reuelandus est, cuius ipsa inquisitio, perditio eius est, Dolus em̄ q̄ primū cognitus fuerit, mox sine viribus ac iā nō dolus est, sed sua ipsius ignominia, potentia aūt etiam si cognoscatur, non ideo desinit, immo cognita maxime valet, ideo cōterenda & frangenda est, Et dolus in se ipso reuelato confundendus, tū dicetur ad nudū infirmatū cōfusumq; impiū, vbi nunc est o impie misera tua impietas?

Dn̄s regnabit inęternū & insęculū sęculi, peribitis gentes de terra illius.

Hierony. & heb. Dominus rex sæculi & æternitatis, perierunt gentes de terra eius. Est tamen idem sensus, quo exhortamur, ne dubitemus Christū esse regem inæternum, qui saluos nos faciat, & impios perdat, quantūlibet impij contrariū & sperent & opprobrent, quod maxime circa finē mūdi necessariū est nosse, qñ omnia per Antichristū, sic agentur, vt quicquid ipse contra pios tentauerit, autoritate & noīe dei fieri vniuerso vulgo persuadebit (vt sat diximus) proinde satis sumus p̄monitì, abūdeq; nobis est p̄dictū, ne statim amplectamur quicquid sub autoritate Christi, Apl'orū eius Petri & Pauli, siue a Sede Apostolica Romana, siue cuiuscunq; Episcopi prodierit promissum vel comminatum, nec statim verum, aut salutare credendum, quantumlibet multitudine aut magnitudine sapientum & potentum accedente roboretur, Sed

Euangelium Christi solum & vnicũ, pro iudice & duce spectemus, iuxta illud Pauli, Omnia probate, quod bonũ est tenete. Si em̃ discipuli Ap̃lorũ, adhuc viuentib⁹ Ap̃lis, ausi aut lapsi sunt, vt populum seducerent in suas opiniones. Quid non timendũ in eorũ successoribus post mortem eorũ, ac per tanta iã sęcula crescẽte perfidia & sapientia carnis? Recessit olim Edom sub Rege Ioram ne esset sub Iuda, quẽ tñ Isaac subiecerat Iacob longe ante. Quid mirũ si figura impleatur in Ecclesia, vt mundus a Christo recedat? Verũ si huc coneris, nõ diu Christianus catholicusq; habeberis. Quare vna interim consolatio tua erit, futuri iudicij dies, & fides qua credis dñm tuũ regnare imperpetuũ, & perituros esse tandem om̃s impios, nisi em̃ hac fide pręstes & huc spectes, pręsentiũ rerũ species, q̃ ẽ apud impios, cito te subuertet falso scrupulo & impietatis inani terriculamento, te lęsę maiestatis dei & hoĩm accusans.

De terra illius, quę nam illa? Nam cęlũ cęli dño, terrã autẽ dedit filijs hominũ. Vis & intensio in pronomine illius forte spectãda est, ac si dicat, Vos impij sic agitis in terra, quasi essetis dij & dñi eius soli, nec deũ nec imperiũ eius respicitis, cum non vestra, sed illius sit terra & omnia, qui ẽ rex sęculi & ęternitatis. Quo regnante, scitote vos tandem perituros esse de hac terra eius. Sic Iob. xij. Abundant tabernacula predonũ, audacter prouocant deũ, cũ ipse dederit om̃ia in manu eorũ. Et Ezech. xxix. Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti, draco magne, q cubas in medio fluminũ tuorum, & dicis, Meus ẽ fluuius & ego feci me metip̃m &c̃. Ita & impij in terra sine dei timore agunt, ac si ipi se ipsos fœcissent, & sua om̃ia essent, cõtra quos vltimũ iudiciũ intẽtat, perituros esse de terra dei, quã sibi supbissima impietate subiecerunt. Sic & Petrus. ij. Pe. ij. dicit cęlos & terrã repositos igni reseruati in diem perditionis impiorũ hominũ, quasi cũ hoc versu colludens.

Forte &, gentes, Emphasin habet, & quandã spiritus indignationem aut tapinosin, in hunc modũ, Vos qui populus dei & electus Israel esse debuistis, nũc summo dedecore vr̃o in gentes degenerati, ac iam nõ populus, sed hostes dei, peribitis, hoc locutionis genere p̃dixit Moses Iudęis sepissime, ꝙ essent cito perituri de terra, quã ingrederentur, si mandata dei nõ custodirent. Quare & hic gẽtes in terra dei, oportet intelligi Christianos, qui specie Christũ confitentur, reuera aũt gentes, factis em̃ negant, terrã eius indigne possidentes.

Desyderiũ pauperum exaudiuit dn̄s, pręparationem cordis eorũ audiuit auris tua.

Hiero. Desyderiũ pauperũ audisti dn̄e, pręparasti vt cor eorũ audiat seu attendat auris tua. Eadem dictio est desyderiũ, quę in principio p̄s posita est, Q m̄ laudatur peccator in desyderijs animę suę, ideo eodem modo exponenda, pręparationē nostra translatio tribuit cordi pauperũ, Hiero. & hebręus, deo. Vtrinq; tamē significatur inęstimabilis promptitudo dei ad exaudiendos pauperes, in hunc modũ, adeo paratus & prōptus es exaudire, vt etiã anteq̄ clament, sola desyderia cordis audias, imo impatientior tu es morę, vt audias, q̄ illi vt clamēt, optasq; clamare, vt locũ habeas exaudiendi, adeo pręuenit & parata est voluntas tua exaudiendi desyderiũ eorum clamandi Sic Isa. lxv. Eritq; anteq̄ clament, ego exaudiã, adhuc loquētibus illis (.i. nondũ finito clamore aut sermone) audiam. Tũc inuocabis & dn̄s exaudiet, clamabis, & dicet, Ecce assum, quia misericors sum dn̄s deus tuus.

Quibus verbis, non modo sperare iubemur orantes, sed prouocamur etiã ad orandũ negligentes, dũ nobis exauditorē tam paratũ proponũt. Et q̄ q̄ frigida sint hęc, dum extra locũ & oportunitatem suam (.i. in anima secura & satura) sonant, tñ animę pauperũ & afflictorũ (vt hic dicit) simul sũt summe necessaria, & vehementissime consolatoria. Om̄ia em̄ tũc machinis impij blasphemiq; tyranni, contraria simulantur & sentiũtur, ideo longe vltra sensum & captũ, in purissima fide rerũ nō apparentiũ soluũq; sperandarũ, deinde pręsentiũ contemnendarũ, dicũtur & intelliguntur, sicut iam sępe dixi, Psalteriũ esse gymnasiũ fidei & spiritus, vt qui sine fide legat, tenebras solum & gelu legat, sine luce sine calore manens, Fides aũt non nisi in passionibus vigeat, q̄to acrioribus tanto speciosior.

Iudicare pupillo & humili, vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.

Gręcissantem interpretē, vbi iudicare, pro, vt iudices dixit, alij taxauere, pupillũ quoq; vocat, quē superius orphanũ. Et humilis est, cōfractus ille, dach, quem superius p̄s. ix. pauperē Hiero. hic, oppressum vocat, vt intelligamus derelictũ, & passionibus obrutum populũ Christi, Hebręus sic distinguit. Ad

iudicandū orphanū & pauperem, nō addet vltra, seu in sempiternū ad magnificandū homo de terra, vbi verbū addet vel apponat, absoluto statu mihi poni putatur, in hūc modū. Nō addet. i. non erit additio, nō augebitur, sed hic sistet & finietur, non erit hoc amplius, vt fortis & terribilis sit homo de terra, habentq; verba in hebręo, decorū & miram gratiam. Primum. Homo dicitur Enosch, qui vt p̄s. viij. diximus, miser, oblitus, & desperatus sua etymologia dicitur, cui cōponitur mira rerū antithesi & repugnātia, La arotz. i. ad magnificandū, quasi rei indignitatem detestetur, q̄ Enos infœlix tantū sibi arroget in hoc mūdo, vt tyrannica violentia, magnus, fortis, terribilis & gloriosus aduersus pios haberi velit, Deinde pulchra vocum allusio est, Magnificare, & de terra La arotz ęnosch min haaretz, magnā antithesim includens, vt indignū sit hominem vltra hoc qđ Enos ē, de terra natus & in terram reuersurus, in terra & de terra sic superbire, q̄si illud Ecclesiastici dicat. Quid superbis terra & cinis?

Est etiam verbū Magnificare ęquiuocū hebręis, significans (vt Reuchlin ait) terreri, pauere, horrere, sicut fortes & magno tyranni formidantur. Et ab eo tremore passiue significātur altera significatiōe terribiles illi & magni, superbi & fortes, vt nō inepte queamus hunc versum etiā sic vertere. Non erit vltra vt formidet (.i. scz pupillus & pauper) hominem de terra, quo sensu Zach. Lucę i. loquitur. Vt sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati seruiamus illi, In sanctitate & iustitia corā illo, omnibus diebus nostris, & vtrunq; sensum & significatū in vnū cogamus, sic intelligentes totū versum. Ad hoc exaudisti dn̄e cor eorū, vt vindices causam orphanorū & afflictorū. Et tandem finis sit tyrannis ipsis, infœlicibus hominib⁹ superbiendi & magnificandi aduersus pauperes. Rursum pauperes aliquando liberati, te exauditore & iudice, deinceps non metuant neq; terreant, neq; opprimantur ab homine de terra. Ita vides psalmū hunc finem suum in finem mundi & iudicij diem constituere.

ℭ PSALMVS DECIMVS, HEBRAEIS VNDECIMVS. AD VICTORIAM DAVIDI.

1 IN dño confido, q̃uo dicitis animę meę, transmigra in montem sicut passer.

Hunc p̃s de hęreticis. S. patres intellexerũt, & recte, modo hęreticos intelligamus, om̃es qui alienam a iustitia dei docent iustitiam, quales Iudęi & om̃s operarij seu iustitiarij, quorum hodie Ecclesia referta est, ij maxime qui hęreticos persequũtur, Nam primo verbo quo psalmũ inchoat (In dño confido) satis euidenter indicat scopũ psalmi, nempe se locuturũ pro iustitia fidei, quę ē in deũ, aduersus subdolos op̃m Magistros, & blandā humanę iustitię speciem, Itaq; nihil hoc psalmo de p̃secutiōib⁹, sed oĩa de fallacijs dicũt, quas Paul⁹ Col. iij. copiose persequitur, inter alia dicens, Videte, ne quis vos seducat per philosophiā & inanem fallaciam, s̃zm traditionē hoĩm, s̃zm elementa mundi, & nō s̃zm Christũ &c. Sic aũt tractat hos fallaces Mg̃ros, vt eos incorrigibiles astruat, solius dei iudicio reseruatos, nec alia re cōsolari pios posse in hac causa, nisi iudicio iusto dei, interim exemplo Chr̃i sinendos esse, vt cęci cęcos ducāt, & iuxta Paulũ p̃ficiant semper in peius, seducti & seducentes. Referēdus tñ maxime est p̃s ad initiũ Ecclesię, quo spectant fere oĩm p̃phetarũ oracula, i q̃ maximus (p̃pter Chr̃m) mũdi tumultus excitatus est.

Dicit itaq;.

In dño confido, hoc est, Hęc mea ē iustitia, credidisse & sperasse in dño, sicut Ro. i. Iustus ex fide sua viuet. Hęc est enim petra, supra quā ędificaui domũ meā, Vos aũt, qui aliud docere pręsumitis animā meā, dũ hoc & illd' opus iactatis, in q̃ me saluũ fieri cōfidam, sic accipio, ac si me iubeatis profugum & incertũ volare, vt nusq̃ mihi sit fixa & firma cōscientia, sicut auis, quæ dimisso nido in mōtes vaga volat & huc illucq; mouet̃, nusq̃ certa mansione consistens, Sic p̃uer. xxvij. Sicut auis transmigrans de nido suo, sic homo qui relinquit locũ suũ. Non autē putandũ est, op̃arios illos fallaces sic dicere, cũ cōtra, sua poti⁹ studia p̃ firmissimis certissimisq; salutis hñi velit fundamētis,

longe etiã amplius pr̄ę verę fidei & solidę iustitię petra, Nihil enim certius sibi persuadẽt, neq̃ firmius, q̃ sua opera, sicut eos Abdias taxat. Si inter sydera posueris nidum tuũ, inde detrahã te, dicit dñs, Ibidem. Superbia cordis tui exaltauit te, habitãtẽ in scissuris petrarũ &c̃. imo nihil aliud iactant se docere, q̃ fidẽ spem & charitatem, volũtq̃ soli esse qui confidunt in dño, ac pro hoc pugnant, Sed q̃ reuera ita sit, siquis eis obtemperet, vt pro solida petra, vagos montes, & pro securo nido, instabiles fluctus cordis inueniat, Nã hæc est origo litis incõponibilis & assiduę inter veraces & fallaces, q̃ vtriq̃ sua studia asserunt solida esse, donec dñs ipse iudicet, Sicut inter Esau & Iacob ĩ vtero Rebeccę, & inter mulieres meretrices, de filio mortuo & viuo, Salomon, Neq̃ em̃ hic determinatio Ecclesię satis est, sicut ꝓbauit Arriana & omniũ hęresum factio, donec suo tp̃e dñs finem faciat, vt hoc psalmo consolamur.

Igitur. Quicũq̃ omisso Christo, in Ecclesia docẽt suas opatiunculas, a se repertos viuẽdi modos, vt hodie sunt magni harum perditionũ gurgites, sicut & Iohannes Taulerius sępius & egregie monet, nõ aliud faciunt, nisi qd̉ conscientias excarnificant, semper discentes & ad scientiam veritatis nunq̃ peruenientes, tm̃ speciem pietatis habentes, & virtutem eius abnegantes, captiuas ducentes, mulierculas oneratas peccatis, reuera em̃ peccatis magis onerãt & inquietant, q̃ exonerẽt & consolent. Huc pertinent doctores satisfactionũ, indulgentiarũ, modorũ confitendi & infinitarũ eiusmodi insaniarum. Vos ergo (ait Dauid) me docebitis vestra, quos si sequar, ero, amissa fiducia in dño, sicut ꝓfuga auis amissa nido? Absit, nõ sequar. Vnde dictio transmigra, in hebręo eiectionem, profugam, vagam q̃ motionẽ significat, vt Geñ. iiij. Vagus & profugus eris in terra. Et infra, habitabat in terra Naid (.i. profugus) Vnde & signũ quod dñs in Cain posuit, ne interficeretur, tremor scz, his ip̃is conuenit phrenapatis. i. mentiũ deceptoribus, qd̉ nũq̃ nõ habeant trepidam & pauidam conscientiam, q̃tũlibet operentur sua bona, quin imagine sui patris, metuũt a q̃uis occidi qd̉libet ad fulmen pallent, & sonitu folij volantis terrentur, Non em̃ est pax impijs, ait dñs Isaie. xlviij. Sed sicut mare, feruet impius & redundant fluctus eius.

Hebręũ ego sic redderem, In dño speraui, qũo dicitis anĩæ meę. Moue montis auis? .i. esto in montibus profuga quędam auis, aduerbiũ, sicutn, on est in textu, vult em̃ dicere. Esto vaga auis montis, Est em̃ allegoria. Et mõs, hoc loco proprię significat

ficat multitudinem montium, quales sunt in deserto & syluis a cultu & frequentia hoim remoti, vt indicet ppriç animã profugam & a fiduciç suç nido in deserto eiectam. Eadẽ eñ dictio hic ponitur, quç Isaiç. iiij. Aspera (.i. montosa) in vias planas, cũ talia montosa sint & inuia & impedita, vbi satis indicat per Christũ reduci animas a montibus istis (.i. montuosis & inuijs iustitijs ad facilem & planam in fide iustitiam) Deinde cũ sint eç iustitiç difficiles & amfractuosç & dispendiosç, sicut montiũ taliũ via, nihilominus tñ inflantur & superbç sunt, vt eas altitudine montiũ necesse fuerit significari, ac sic ppheta eodem verbo simul & miseriã & superbiam expressit eorũ, vt qui de eare glorientur, in qua laborant miserrime, cũ lamentari potius debuerint. Hanc iustitiç infçlicitatem superius audiuimus dici, Auen & amal .i. dolorem & laborem.

Hoc parũ refert, q hebrçus auem gñali nomine nõ passerem specialiter habet ripor.

Q m̃ ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.

Hiero. sic, quia ecce impij tetenderunt arcũ, posuerunt sagittam suam super neruum, vt sagittent in abscondito rectos corde. Mediam particulã versus, ego libens sic vertere, direxerunt sagittam suam ad signũ, mihi enim hebrçus videtur dicere de ijs, qui sagittas emissuri dirigunt ad metam propositã, quod ex verbo direxerunt apparet, Nam nec pharetram nec neruũ pprie inuenio.

Patet aũt ps loqui de impijs & hypocritis, quos iam sçpius diximus nominari Rasa, in iustitia ppria incedentes, inimicos iustitiç dei propter deũ & zelũ veritatis. Reddit aũt rationẽ iam dicti, dicens dixi impios velle, vt fiã auis montiũ pfuga, dimisso nidulo fiduciç meç in Christo, vere dixi, quia ecce dũ optime docẽt, seducũt recticordes, & destruũt ea q̃ tu pfecisti, quo quid aliud faciũt q̃ inquietas & trepidas animas?

Celeberrima est allegoria ista arcus & sagittarũ, non modo in sacris literis, sed & quottidianis vulgi prouerbijs, Arcũ scz esse linguam seu oratorem seu orandi artificiũ, sagittas, verba, suggestiones & similia. Itaq; impij linguam suam eo instituũt, & verba impij dogmatis eo dirigunt, tm̃ vt noceant & perdãt,

Sicut Ioh.x. de furibus eisdem dicit, Quotquot venerũt, fures & latrones fuerunt, fur nõ venit, nisi vt mactet & perdat. Ego aũt veni, vt vitam habeant, & abundantius habeãt. Putas cur Euangelista cũ hęc dixisse Christũ scriberet, adderet de suo, illi non cognouerũt quid loqueretur eis, nisi ꝙ impĳ nõ possunt intelligere se esse lupos rapaces sub vestimentis ouiũ? Ideo eñ secure docẽt, atq; adeo pugnaciter instant, ꝙ sese rectissima docere arbitrẽtur, ita vt nisi dñs solus hic iudicet, nullus hominũ iudicare possit, Vnde p̃s. iĳ. non aliũ iudicem nisi deũ eis imprecatur, dicens. Iudica illos deus, q̃q̃ hodie sunt qui determinationibus Ecclesię (.i. vnius hominis) tribuant omnia, quasi impossibile sit ip̃m errare.

Vt sagittent in obscuro rectos corde (.i. vt mactent oues) Impiorũ eñ doctrina, q̃a in populo dei versatur, nõ nisi pias animas perdere quęrit, quę alioqui recta & simplici fide ĩ deũ viuunt, sicut in Galatis exemplũ Apl'us posuit. Cibus eñ eius electus est, ait Abacuk, i. Quid eñ sit rectũ cor, abunde dictũ est p̃s pręcedentibus, p̃sertim. vĳ. & ix. In obscuro aliud vocabulũ est, q̃ꝫ p̃s p̃cedente positũ est. In occultis interficit innocẽtem. Hic eñ significat caliginem, quę arte aut ingenio non fit, sed natura & vsu venit, Sicut siquis in nocte & per tenebras imprudens vulneretur, vbi nõ fecit obscurũ, sed vsus est obscuro malignus aduersari⁹, quo modo & lup⁹ nocte vtitur ad oues inuadendas, Quare obscurum hoc loco, est ipsa ignorantia & simplicitas populi, exposita ad ludibriũ pestiferis magistris, sicut Apl'us Ro. vlt. Qui per dulces sermones & bonas dictiões corda seducũt innocentiũ, qui cũ sine iudicio sint, prompti p̃ sua simplicitate credere oĩa, quodlibet p̃ quolibet admittũt, atq; hoc est, q́d facit montiũ aues & inquietas conscientias, dũ multa audiunt, & (vt Apl'us hebręos p̃monuit) doctrinis varĳs & peregrinis abducũtur, & alibi, oĩ vento doctrinę circũferuntur, hi eñ omni spiritui (.i. vento) credunt contra sapiẽtis consiliũ.

Odiose aũt appellat arcũ & sagittas, quę mortifera sunt instrumenta, ad terrendos nos & pręmonendos aduersus blanditias & speciem dogmatũ, Non eñ impĳ se arcum & sagittas habere putant, Sed plumas, puluillos & ceruicalia (vt est apud Ezechielem. xiĳ.) loquũtur eñ placentia & blandia. Quibus erudimur, vt mortiferum esse sciamus, quicquid docetur, q́d nobis blanditur. Apparet enim blandum sensui & opinioni

nostrę, sed reuera mortiferę sagittę sunt, sicut prouer. v, Fauus distillās labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima aūt illi⁹ amara quasi absynthiū, & acuta quasi gladius biceps. Sicut econtra, Christi sagittę sunt acutę ad sensum, sed in nouissimo quouis fauo dulciores, mortificant em̄ vt viuificent, illę aūt viuificant vt mortificent, vt in Ezechiele. xiij. dicitur. Violabant me ad populū meū, propter pugillū ordei & fragmen panis, vt interficerent animas quę non moriuntur, & viuificarent animas quę non viuunt, mentientes populo meo, credenti mendacijs. Quid est populū credere mēdacijs, q̄ obscurū esse & simplicem populū ludibrio supstitionū expositū? Quare vt supra dictū est, Allegoriam verborū, intelligamus & allegoriam rerū nobis indicare, ꝙ aliud geritur aliud videt, plumę & fauus videntur dogmata fallacia, cū sint reuera arcus & sagittę mortis, econtra sagittę Christi mortis esse putant instrumenta, cū sint vitę.

Q, aūt dicit eos arcū intendisse & sagittam posuisse super neruū, seu direxisse ad signū. Studiū eorum signat, & impiū zelum, Quia sicut Iudas cum cohorte vigilantior fuit contra Christum in obscuro noctis q̄ Apostoli pro Christo, qui etiā dormierunt. Ita pestilentes doctores diligentissimi sunt, vt abutantur simplicitate populi ad eius perniciem, dū veri pastores vix spirant ac viuunt pro populo, quin fere stertunt om̄es, & dum dormiunt homines, superseminat zizania inimicus homo. Quādo em̄ tanta cura (nisi Ap̄los exceperis & paucos successores) pro populo & salutari doctrina vigilatū est, quāta impij pro sua impietate vigilarunt? Nempe gloria & questus pręsentis vitę fortius hos mouet, q̄ꝫ illos gloria & honor vitae futurę. Dicit em̄ Paulus etiam pro suo tēpore, omnes quęrūt quę sua sunt, quātomagis hoc pro sequenti tp̄e dixisse intelligendus est. Et hodie, quis est qui tanta cura Christum, quanta Apostolicę Sedis & hoīm decreta prędicet? Nempe ꝙ in Chri. doctrina sit pręsens, ęgestas, crux, ignominia, in hominū fallacijs, gloria, opes & vita, siue ergo sagittas eorū in pharetra paratas, siue super neruum positas, siue ad signū directas dixeris, Idē studiū intelligas, quo non frustra docere parant, sed vt tangant & ad certū iaciant & plurimos in suā sententiā vulneratos trahant, adornant enim verba sua, & ita colorant, magnificāt, dilatant, instruunt, dirigunt, vt impossibile sit simplicem animam ijs non capi. Exempla sunt manifesta, quae

y ij

taceo. Sat est verbo intendendi & parandi & dirigendi, significari impiorũ magistrorũ nimiam diligentiam, qua cupiunt, q̃ minime frustra loqui simplicibꝰ, quin si vnus est qui elabatur, insaniũt, sicut multos audiuimus nr̃a ętate.

Q m̃ quę perfecisti destruxerunt, Iustus autem quid fœcit?

Hiero, Q m̃ leges dissipatę sunt, quo videmꝰ, vere psalmũ per sagittas intelligere dogmata impiorũ Magistrorũ, qui nũq̃ non sunt in populo dei, sicut i. Pe. ij. dicit, Fuerũt vero & pseudoꝑphetę in populo, sicut & in vobis erũt magistri mendaces &c. Et Paulus Act. xx. Ego scio, qm̃ intrabũt post discessionē meam, lupi rapaces in vos, nõ parcentes gregi, Et ex vobis ip̄is surgent viri loquentes peruersa, vt adducãt discipulos post se. Hęc & multa alia terribilia nobis tanta cura prędicta, ridemus hodie securi, & quodlibet docere miserũ vulgũ summa temeritate audemus, Intrant & inter nos surgunt mẽdaces magistri. Quis obsecro tutus esse põt?

Hebręus ꝓprie sic habet, Q m̃ positiones euerterũt, significat aũt id verbũ, statuta, instituta, cõstructa, posita, vnde noster interpres non inepte molitus videtur antithesin, Qm̃ quæ tu struxisti, illi destruxerunt, Quo modo Malach i. Qꝫ si dixerit Idumęa, destructi sumus, sed reuertentes ędificabimus quę destructa sunt. Hęc dicit dñs exercituũ. Isti ędificabunt & ego destruam. Et Isa. ix, Et sciet om̃is populus Ephraim & habitantes Samariam in superbia & magnitudine cordis, dicentes. Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ędificabimus, Sycomoros succiderũt, sed cędros immutabimus.

Diximus aũt supra p̄s, v. per structuram istam intelligi doctrinarũ structuram, sicut in Turre Babylonis figuratũ est, vbi semper dñs contra homines, destruens q̃ illi ędificãt, & hi rursum destruentes quę ille ędificat. Vnde recte hic dicit, destruxerũt q̃ a te posita & instituta sunt. i. (vt Hiere.) peruertũt verba dei viuentis. Et Mich. iij. Audite principes domus Iacob & iudices domus Israel, qui abominamini iudiciũ & omnia recta peruertitis, qui ędificatis Zion in sanguinibus, & Hierusalē in iniquitate. Hoc em̃ fit dũ sacra dei verba cogimꝰ seruire nostris affectibus & opinionibus, Hoc est ex inauribus filiarũ Israel & auro dñi conflare vitulũ & Idola, vt frequentissime in prophetis arguũtur, Quos si hodie arguas, heręticus eris, cum soli

hi sint Ecclesia dei hodie, qui talia faciũt, sicut & tp̃e pphetarũ erant.

Hebræus aũt absolute & impersonaliter dicit, qm̃ quę posita sũt, seu, qm̃ posita euerterũt, nõ quę tu posuisti, qđ nescio quid maioris emphasis habet, quasi ea sola velit esse posita & statuta, quę deus posuit & statuit. & nephas sit alia vel cogitari, vt differẽtia nulla sit opus, Quo modo & Apl'us dicit, Placuit in Christo oĩa instaurare, quasi aliud placitũ nõ sit nisi diuinũ, sicut de sole cũ sit vnus sine differentię nota loqmur.

Iustus quid fecit? Aug. ad Christũ trahit pugnans cũ suis Donatistis. Idem Hierony. si tñ eius est Cõmentarius, mea diuinatione generaliter iustũ accipio, pro oĩbus qui cũ impijs magistris negociũ habent quocũq; sęculo. Et quęstionem hãc pro eis fieri, primũ dolentis affectu in hunc modũ. Qñ contradictio impiorũ potentior est (vt Abacuk dicit) & prçualet aduersus iustũ, sicuti fere fit, non est inter homines qui pro eo iudicet aut vindicet, sed damnatur tanq̃ reus & malus. Hic dr̃. Quid faciat iustus? vbi resistere non potest, veritas eius nõ auditur, cogitur ergo causam tradere ei qui iuste iudicat, sicut de Christo Petrus dicit. i. Pe. ij. Quid enĩ prodesset si etiã insaniret? quare cum gemitu & patientia diuinũ iudiciũ expectabit, sinens interim impios furere & pficere in peius, vt qui sordent sordescant adhuc.

Secundo, potest quęstio ista fieri velut disputantis & expostulãtis affectu, qui est multo vehemẽtior, quo Paulus i. Cor. xv. aduersus negantes resurrectionẽ loquitur. Quid faciunt, qui baptisantur pro mortuis? Si oĩno non resurgũt mortui, vt qd periclitamur oĩ hora? Si sẓm hominẽ ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgũt? Et ps̃ xij. cum vidisset peccatores florere, dixit. Ecce ipsi impij abundantes in hoc sęculo obtinuerũt diuitias. Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meũ, & laui inter innocentes manus meas?

Ita & hic, Si sic prçualent impij, si nõ est iudex alius q̃ ipi, Quid operatus est iustus? Cur frustra laborauit? cur nõ quieuit & sine periculis vixit? Adeo ne frustra oĩa gessit? Absit, Non frustra operatus est. Est iudex qui iudicet iuste, vt sequit̃. Hic sensus mihi magis placet, quia verbum, fœcit, p̃teriti tp̃is ẽ, paal, qđ operatur significat, vt includat omnẽ piorũ vitam, ac si dicat. Cur frustra iustus tam operosus fuit? deinde & sequẽtibus aptissime quadrat, & afflictũ illũ affectũ iustorũ, quo in oppressa iustitia & veritate laborant & disputant, pulcherrime

exprimit, qui cũ certissimi sint iustum non derelinqui, tñ prę multitudine opprimentiũ & pręualentiũ veritati, simul indignantes, simulq́ dolentes incipiũt contradictiõis quęstionem, & apostrophen ardentissimã ad impios faciunt. Et qđ vltimũ habent ad iudiciũ recurrũt, dicentes.

Dñs in templo sancto suo, dñs in cęlo sedes eius, oculi eius in pauperem respiciunt: Palpebrę eius interrogant filios hominũ.

Hic versus apud nos in duos diuisus est, hebraismũ istum, dñs in cęlo sedes eius, potuit interpres, omisso ꝓnomine, eius, & nrõ in gtm̃ verso, sic mutasse. Dñi in cęlo sedes, non em̃ latine dicitur, mons in quo beneplacitũ ẽ deo habitare in eo, p̃s lxvij. ita nec dñs in cęlo sedes eius, posset distinctio & talis esse, Dñs in cęlo, sedes sua, subaudi, est. Nec ẽ in hebręo, in paupm, sed absolute & longe significantius. Oculi eius vident, vt sit sensus huius versus, Non frustra operatur iustus, q̈ si impij pręualent in terra & visibili imperio. Solatur tñ me, dñm esse in templo suo sancto, vbi impij non vident, & in cęlo thronum eius, quem illi ignorant, Nec solũ ibi est, sed vident oculi eius, aperti sunt super omnia, quia om̃ia nuda oculis eius, nõ enim stertit, nec dormitat, qui custodit Israel, illinc iudiciũ meũ expecto, Ita docemur superbire & p̃sumere in dño aduersus eos, qui superbiũt & pręsumũt in homine.

Quęritur qđ est templũ dñi? Q, em̃ nõ voluerit Salomonis corpale templũ intelligere, ex eo colligit, quia id nõdũ erat tpe Dauid, Deinde adiũxit in cęlo sedes eius, vt aliud templũ intelligeremus, qđ sanctũ .i. separatũ est ab om̃i ꝓphano vsu, hoc em̃ sanctũ vocatur, Non displicet etiam hoc loco dici, qđ p̃s.v. dictũ est. Templũ dñi appellari quẽuis locũ, in quo populus dei conuenit ad verbũ, qui cum sint vere templum dei, locũ a se non inepte denominant. Sic Ecclesia & populũ & domũ significat. Tũc sensus erit, sine eos, cęci sunt & duces cęcorũ, dñm non cognoscunt, sunt alij qui eum cognoscunt, si non est in prophanis illis, est tamen in templo suo .i. in suis & in loco vbi sui sunt congregati, vbi em̃ duo fuerunt in nomine meo congregati, in medio eorũ sum, dicit dñs, Quam Emphasin adiecto nomine, sancto, voluit illustrare. Quid enim si quidam non credunt? an incredulitas illorum euacuabit fidẽ

dei? Absit. Non ideo nulli erunt qui in dño confidunt, quia impij multos sagittãt in obscuro isto, & subuertũt quorundã fidem, manet sanctũ dñi & ipse in illo, quasi illud iij. Timo. ij. dicat. Fundamentũ dei firmũ stat, habẽs signaculũ hoc, nouit dñs qui sunt eius, & discedit ab iniq̃tate om̃is, qui inuocat nomen domini. Idem est quod repetit, dñs in cęlo sedes eius, q̃a dum populus eius templum sanctũ (.i. separatum) est, in cęlis conuersatio eius est, vbi Christus est, & ipse cum in terris esset, tamen dicebat. Nemo ascendit in cęlũ nisi qui descendit filius hominis, qui est in cęlo. Audi, filius hominis in terra, est in cęlis. Et quę est sedes dei, etiam in cęlis alia q̃ spiritualis & sancta creatura? At anima pia, sancta & cęlestis est, atq; sic in spiritu, cęlum & terra conueniunt in vnũ, & nihil differunt nisi fide & specie, Excellentius aũt angeli in cęlo (quorum sancti sunt in enygmatę socij) sunt sanctũ templũ & sedes dei.

Est aũt Emphasis sententię potissimũ in eo q᷑ dicit. Oculi eius vident. Et idem sensus cum illo p̄s. xxx. De cęlo respexit dñs, vidit omnes filios hominũ, de pręparato habitaculo suo respexit super om̃es qui habitant terrã. Et p̄s. ci. Q̃m̃ prospexit dñs de excelso sancto suo, dñs de cęlo in terram aspexit, vt audiret gemitus &c̃. Fidei em̃ sunt hęc verba & sp̃ũs, Nõ em̃ impij negant, si dixeris, Oculi eius vident, imo id pręom̃ibus iactant & predicant, sed contra se dici, nõ credunt, cũ arbitrentur obsequiũ se pręstare deo, dum destruunt leges dei, & seducunt in occulto rectos corde, videntq; sibi leges statuere & errãtes recta docere, perpetuo hãc allegoriam ludentes contrariã piorũ allegorię, cũ ergo omnia pręterеant surda aure, ad oculos dñi referenda est vniuersa causa, sicut Hiere. xi. Tu aũt dñe Zabaoth qui iudicas iuste & probas renes & corda, videam vltionẽ tuã ex eis. Tibi em̃ reuelaui causam meã.

Palpebrę eius interrogant seu probant filios hominũ, applicat particulariter q᷑ dixerat generaliter. Oculi eius vident, idest sunt aperti & om̃ia vident, tum precipue filios hoĩm non modo vident, sed etiam examinant, probant, & discernũt. Palpebras has dei Aug. ad scripturas sanctas refert, quę in alio loco apertę, in alio clausę sunt, pulchra tropologia. Alij aliud, mihi ꝓ simplicitate literę allegoria placet ex hominib⁹ sumpta pręsertim Magnatib⁹, quorũ ẽ, potissimũ oculorũ nutu agere, quos em̃ fauore dignãt̃, clemẽter apertis oculis intuent̃, q̃s v̾o abominant̃, clausis oculis, & pressis palpebris, aut truculenter

in altum surrectis auersantur. Itaq; palpebrę dei sup̄ pios clemēter apertę sunt, sed super impios aut clausę aut truces surrectę. Quę duo p̄s. xxxiiij. sic dicūtur. Oculi dn̄i super iustos & aures eius in p̄ces eorū. Vultus aūt dn̄i super facientes mala, vt perdat de terra memoriā eorū. Aliter ergo se habent palpebrę dei super iustos & impios, vt mox ip̄e se exponet, quia examinat & videt omnes filios hominū, sed iustos approbat, impios damnat, Quod tn̄ iterū in spiritu dictū, donec impleatur, sola fide capitur, cū impij longe contraria de se opinentur.

Dn̄s interrogat iustum & impium,
Qui aūt diligit iniquitatē, odit animā suā.

Aliter habet distinctio in hebręo, scz, Dn̄s iustū probat, & impiū & diligentem iniquitatē, odit anima sua, Et nomē (iustū) ante verbū (interrogat) ponitur, vt incertum sit, an dn̄s iustus, iusti, iustū, transferre debeamus, Nam & Hiero. priorē partem sic absoluit. Dn̄s iustū ꝓbat, deinde impium copulat cū diligente iniquitatē ad verbū, odit, non ad verbū probat, vt mihi prope suspitio fiat, hanc partem (dn̄s iustum probat) absoluta sententia id valere, Dn̄s iustus probat (.i. probator est) hoc est, ille qui probat om̄es & examinat, non est homo qui mentit̄, sed ipse dn̄s qui iuste iudicat, quē nemo fallit, nemo corrūpit, nihil latet, quomodo p̄s vij. dictū est in versu. Cōsumetur nequitia peccatorū & diriges iustum, scrutās corda & renes deus iustus, vt idem sit. Scrutans corda & renes deus iustus, qđ hic dn̄s iustus probat, Verbū em̄ ꝓbat & interrogat a verbo scrutans nihil differt in significato, cū eam significet probationem, qua aurū in igne probatur, exploratur, interrogatur, qđ vtiq; est scrutari. Ita deus, quia non sc͞z faciem iudicat, sed spirituū ponderator est, palpebras suas aperit aut claudit, sc͞z qđ probus vel reprobus fuerit inuentus sp̄us filiorum hominū, ideo merito iust⁹ probator vocatur. Quare mea temeritate versum per cola & comata sua sic distīguo. Dn̄s iustus: probat: & impium & diligentem iniurię: odit anima sua, vt sit sensus, Dn̄s est iustus, & ipse probat, ideo anima eius odit, & impiū & eum qui amat lędere aut iniuriari. Qui em̄ iustus est non p̄ōt inter probandū non odisse, impium & iniquitatis amatorem. Quo sensu hic versus per auxesin pręcedētem explicat, ꝙ oculi dn̄i vident, & palpebrę eius probant filios hominū, sed sic vt iuste prober,

probet, ac siquis p̄ nimia fiducia sese cōsolatus aduersus impij potentiā, dicat. Age, faciat quod facit. scio q̄ dn̄s om̄ia videt & probat, nec solū probat, sed iuste probat, & cū iustus sit, impiū meū & amantem iniurię, nō poterit diligere, me vero patientē nō poterit odisse, sicut Hiere. audet. xvij. Q̄d egressum est de labijs meis, rectū in conspectu tuo fuit. Et ipsi dicunt ad me, vbi est verbū dn̄i? veniat. Hunc acutū & securū affectū, & illa quęstio, Iustus quid fœcit, supra indicauit.

Iniquitas hoc loco nomen est, q̄d p̄s. vij. diximus significare iniuriam, offensam, lęsionem, & in verticem ipsius iniquitas descendet, q̄d dr̄ hamas, loquitur em̄ de iniuria, quā impij faciunt pijs, sagittando rectos corde, & destruendo leges dei. Cui hoc pessimū accedit, q̄ non solū lędunt, sed amant lędere, sicut p̄s. iiij. Diligunt vanitatem & quęrūt mendaciū. Impius em̄ pro suo sensu in id maxime incūbit, vt noceat pietati, quod vbi potest, gaudet sese fœcisse & facere, sicut p̄uer. i. dicit. Lętantur cū malefœcerint. Sic em̄ deo obsequium prestitisse sibi videntur.

Et illud Emphaticum est, q̄ non simpliciter dicit, odit, sed anīa sua odit, vt exprimat, q̄ magno & toto affectu deus illos odiat, videlicet, tota vita & sensu suo, non q̄ deus animam habeat, sicut nec oculos, sed q̄ allegoricę loquatur, iuxta illđ Numeri. xxi. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, Videmus em̄ q̄ toto motu & gestu, atq̄ adeo oībus sensib⁹ auersetur, qui nauseat, rursum, q̄ conuertatur, si diligat & appetat. Appetitus em̄ & nausea p̄prie tribuūtur animę in scripturis. sic Leui. xxvi. Abominabitur vos anima mea. Ita hic, cum impij sese tales arbitrentur, quos deus etiā magno ęstu desyderet, vere sunt, quos abominetur potius & odiat anima eius.

Nostra translatio, animam suam, refert ad impiū & diligētem iniquitatem, Quę sententia vera est, sed violenta nec vsitata in scripturis sanctis, sapitq̄ humanū dic̄, qua argute magis q̄ apte dicitur, odisse bonū, qui diligit (.i. faciendo diligere videtur) malū, nemo em̄ sponte amat malū vt malū. Q̄ꝫ siqs totū versum nostri interpretis velit sequi, sensus erit. Dn̄s qui videt omnia, & cuius palpebrę interrogant filios hominū, generaliter om̄es, sine dubio & quēlibet iustū & impiū seorsum īterrogat, iustū vt eruditū coronet, Impiū vt reprobatū dānet, nec hoc sua culpa, quia tua est perditio Israel (Oseę xiij.) Qui em̄ diligit iniquitatem, ipse odit & perdit animā suam, faciens hoc animę suę, q̄d nulli suo hosti, q̄uis acerrimo faceret.

Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur, & spiritus procellarũ pars calicis eorũ.

Frequẽs in scripturis, pluuię & calicis mentio. Atq; de pluuia satis constat, significari p eam, sermonẽ doctrinę, vt Deut. xxxij. Cõcrescat vt pluuia, doctrina mea, fluat vt ros eloquiũ meũ. Inde illd' Isa. vsitatũ. Rorate cęli & nubes pluãt iustũ. Aq doctores Eccl'ię. Nubes & cęli vocãtur passim in scripturis, nec est obscurũ, hunc versum esse sumptũ ex historia Gen. xix. de Zodomitis, igne & sulphure de cęlo cõsumptis, cuius rei allegoriam hoc loco tractat, Et verba singula, sunt multæ intensionis.

Pluet, quo significat abundantiã mali, mitius erat, si stillaret, aut rigaret, vt multitudinẽ Magistrorꝝ impietatis intelligamus, imo nihil aliud q̃ impietatis magistros (irascente deo) audituros esse peccatores (.i.) impios, reschoim. Quod imprimis cõtingit Iudęis, sicut dixit p̃s. cviij. Et non audiuit ppl'us meus vocẽ meã, & Israel nõ intendit mihi. Et dimissi eos ꝫm desyderia cordis eorꝝ, ibunt in adinuentiõibus suis. Quid em̃ Iudęorꝝ infęlix populus hodie habet, nisi nubes & pluuias impietatis? Tales hæretici, tales om̃es humanarꝝ legum tyrãni, & quicũq; veritati non acquiescunt, hi sunt ĩmissiones & angeli mali, qui percusserunt Aegyptũ, quę figura fuit pereuntis synagogę. Sed & Zodoma eiusdẽ figura fuit.

Laqueos scz plurali nũero, vt diuersi generis errores accipiamus, quibus tñ sic capiuntur, vt nihil minus q̃ laquei eis videant, ita fulgente specie veritatis & pietatis, Sic Paulus quoq; p̃dixit, fore in nouissimis diebus, vt deus mittat operationẽ erroris. Sic p̃s. lxviij. fiat mensa corã eis in laqueũ & in retributionem & in scandalũ. Quid em̃ aliud est, verbũ dei puertere & opiniõibus hoĩm cõtaminare, q̃ laqueos animabus ponere vbi veritatis dei intuitu errorem sequitur?

Ignis, melius in accusatiuo, ignẽ & sulphur, vt ad verbũ, pluet construat, sicut super Zodomam pluisse scribitur ignẽ & sulphur. Zelum & furorem indicat impiorꝝ pro suis doctrinis insanientiũ. Expedit em̃ occurrere vrsę raptis catulis, q̃ stulto confidenti in stultitia sua .i. sapientia sua, in laqueis suis, in erroribus suis. Hæc em̃ sunt signa irę dei, & palpebrarum eius, Q. impios non solum nõ agnoscit nec illuminat oculis suis,

370

11, psal:

sed palpebris clausis, sinit ire in errores toto affectu & ardente furia, si quis aut resistat, aut non sequatur. hinc irę inuidię rixę, & vt Apostulus videtur hunc versum. i. Timo. vi. pulchre interpraetatus dicit, Languentes circa quęstiones & pugnas verborũ, ex quibus oriũtur, inuidię, cõtentiones, blasphemię, suspitiones malę, conflictationes hoim mente corruptorꝵ, & qui a veritate priuati sunt &c.

Sulphur, propter grauem fetorem, non male patres, malã famam esse, arbitrati sunt. Hoc em̃ cõstat, odorem figurato sermone, famam significare. ij. Cor. ij. Nos bonus odor Christi sumus, alijs odor vitę in vitã, alijs odor mortis in mortẽ, vnde & vsu dicimus & iubemus odorari aut olfacere, dũ explorare & inquirere, famam aut rumorem alicuius iubemus. Ita impiorꝵ doctores & discipuli, non sunt odor bonus Christi, sed fetor Satanę & sulphur graueolentissimũ, quod pluente, in ira sua, dño, in eis abundat, sic obtinuit in Eccl'ia, vt non sit peior infamia & pestilentius nomen, ꝙ hæresis & perfidię, vt etiam cõmertium, aut quęuis conuersatio, suspitioni grauissimę obnoxia sint, & ei cũ sulphure multum conueniat, ꝙtum est in vi odoris.

Sed hebræũ videamus, qui sic distinguit, pluet super impios, laqueos, ignem, & sulphur, & ventus tempestatũ sors calicis eorꝵ, vbi Iohan. Reuchlin, arbitratur, pro laqueis, carbones dicendum, qđ si verum est, augurari licet, laqueos ignem esse id, quod carbones ignis. i. prunas, sicut ps xvij. Grando & carbones ignis, pro carbones igniti. Videtur aũt fulgura, tonitrua & omnem illam tempestatis vim, allegorice tractare, sicut in Aegypto & Zodoma factũ legimꝰ, in tempestatibus em̃ fremũt, ignis fulminũ, & ventus procellosus. Deinde fulmina & fulgura odorem sulphuris habent, & lux ipsa eorum sulpurea est, ait Ply. li. xxxv. ca. xv. Vt non absurde, versum sic reddere possim. Pluet super impios, carbones ignis & sulphuris, idest ignitos & sulphuratos, vt quos fulmina igne suo sulphureo succenderint. Signat em̃ eam vim & effectũ fulminũ & tonitruorum, quibus quicquid appręhenditur, in prunas, fauillas & cineres resoluitur, Sic em̃ Exo. ix. plaga septima scribitur discurrisse grandinem, tonitrua, fulgura, & ignẽ mixta parit super terrã, vt psalmo. lxxvij. latius videbimus. Et Exodi. ix. Tollite manus plenas cineris de camnio, vbi dictio consanguinea huius loci ponitur, quam cinerem transtulit, scz qualis est prunis & fauillis mixtus.

181

His omībus ego non aliud intelligo, q̄ impiorū & iustorū doctrinas allegorica comparatione cōferri, vt super pios plui accipias, imbrem temporaneū, matutinū, & serotinū, quo terra fœliciter perfusa fœcundatur ad germinandū fructū suū, de q̄ imbre frequentissimus sermo in ꝓphetis, hoc est, verbū dei salutare, quod germinare facit iusticiā & iudiciū, de qua benignitate p̄s. lxxxiiij. dicitur. Dn̄s dabit benignitatem, & terra nr̄a dabit fructū suū. Quod verbum, quia impij auersantur, imo persequūtur cū fructibus suis, Deus, versa benignitate in iram, mittit in eos iram & indignationē, & īmissiones ꝑ angelos malos, vt p̄s lxxvij. dicitur de Aegyptijs. Scz pro salutari pluuia, fulmina, ventū tempestatis, grandinem, quibus nō modo nō fœcūdatur terra, sed succēditur & vastatur, hoc est, verbū impietatis mortiferū, quo reddūtur vaniloqui & mentiū deceptores, & ad om̄e bonū opus reprobi, vt ad Titū Apostulus ait. Contritio em̄ & infœlicitas in vijs eorꝫ, & viam pacis non cognouerunt, p̄s. xiij. Neqꝫ em̄ aliud potest verbū hoīs, q̄ scrupulosam, pauidā, inquietam, erroneā, deinde inutilem, vastā & sterilem cōscientiā facere, eoqꝫ magis, quo diutius sub eo magisterio agit, vbi cū Aemorrhoissa, cōsumptis substātijs, in hos homicidas medicos, non emit, nisi peius habere.

Nec est præsentior allegoria, impię & humanæ doctrinę, q̄ꝫ tempestas fulminū, fulgurū, ventorꝫ, grandinis & id genus irę supernę, sic tñ, vt non solū desursum mugiat cœlū & minet͂ Sed ad terram ferantur & feriant, vastent succendantqꝫ oīa, reddantqꝫ terram inutilem victui hūano, Quod vt indicaret, carbones ignis & sulphuris, nō ignem simpliciter, dicere voluit, ꝙ fulmen, si solū luceat, nihil succendit, nec ignem, nec carbones facit, nec odorē sulphuris excitat, sed solū cōminatur talia. Quare ꝓpter Emphasim, per carbones, ignem & sulphur, exprimere voluit, fulminū & tempestatis vim, effectu & re ipsa nocentē, seu fulmen succendens, cōburens & carbones, cineres fauillas faciens, sulphureo odore graueolens, oīa vastans & in nihilū redigens, sicut Aegyptiaca plaga monstrat.

De istis doctrinis, Apoc. xvi. capitulū plenū est, vbi septē Angeli (.i. pontifices seu doctores) tuba canūt, & varia deinde monstra in Ecclesia, sequi scribuntur. Vide ergo, q̄ malū om̄e sit tristeqꝫ spectrū, quoties tempestate cœlesti vrbes, regiones, Agri & quicquid in eis est, incenditur & vastatur, q̄ꝫ sæuus q̄qꝫ sit is ignis, prę vsitato nostro, Deinde sulphure graueolens, feriatqꝫ frequentius & ip̄a delubra nostra, magno certe ꝓdigio,

372

impiam hoim in Ecclesiam doctrinā destetante. Contra q̄ iucūdū est, vbi verno tempore, datis oportunis pluuijs, renascentis testatur gratia mūdi, oia cum dño dona redisse suo, oia virent, florent, crescūt, & dulci odore tota terra perfusa, recreat omē animantū genus, magno sine dubio sacramento, Euāgelicę doctrinę gratiā cōmendante. Est em̄ huius vtriusq; rei scriptura passim refertissima allegorijs.

Verū hæc om̄ia sic gerūtur in spiritu, vt sola fide pcipiant, Non em̄ quales sunt impij coram hoibus, hoc psalmo scribūtur, sed quales coram deo inspiritu & seipsis. Nā quid speciosius in terra, hoc Saule & Absalom? Nōne regio Zodomorꝝ est sicut paradysus dñi? Geñ. xiij. Hi em̄ sunt, qui mundo oim vtilissimi, fructuosissimi, ītegerrimi & odoratissimi, nihil hic carbonū, igniū, sulphuris, tempestatis, Sed oia floribꝰ, fructibus. odoribus vernantissima. Vidit, ps xxxvi. Impiū eleuatum & exaltatū sicut cedrum libani, Et transiuit & ecce nō erat, & quęsiuit, & nō est inuētus locus eius, itaq; transeūtibus a cōspectu hoim, ad conspectū dei, apparet, quid sint & non sint impij, Coram deo sunt om̄ia eorū, in carbones. cineres, fauillas, ignē, sulphur redacta. Quē conspectū Abrahā Geñ. xix, figurauit. Vbi dicitur, Abraham cōsurgens mane, vbi prius steterat cū dño (ecce conspectus dñi) intuitus est Zodomam & Gomorram & vniuersam terram regionis illius. Viditq; ascēdentem fauillam, quasi fornacis fumū, Talis scz est, impiorꝝ conditio, in oculis piorū, & in veritate, cū tñ in mūdo gloriosissime fulgeant. Vnde dicit̄, q̄ ad mare mortuū crescūt in solitā speciē, atra & inania velut in cinerē vanescunt. Quo portēto naturę, quid nisi id qđ hoc versu de impijs dicitur monstratur.

Contra pij, quia verbo Crucis, s꞉m carnem om̄ibus malis subiecti sunt, super ipsos potius videtur deus pluere laqueos, prunas, sulphur, & quicquid est tēpestatis & turbinis. Sic em̄ ps. ij. Vincula & iugū appellāt verbū Christi, a quo plus metuūt q̄ a fulmine & tempestate, quibus tñ, vice illius, reuera obruuntur & vastantur, per impios suos magistros. Ad eūdem spiritū procellarū. Osea. viij. Quia ventū seminabunt & turbinem metent. Et iterū. xij. Ephraim pascit ventos & sequit̄ æstū tota die mendaciū & vastitatem multiplicat, quibus verbis ꝓphetę. Impiorꝝ vanitatem, deinde & inquietam conscientiā & ineptitudinem ad bonū depingūt, quisq; suo tropo.

Calix, vsitatissimo scripturę tropo, vasa doctrinę, idest verba seu eloquētiā significat, Quibus sensus in animā, sicut vase

in corpus vinū funditur. Sic B. August. de fausto Manichæo & eloquētia eius Confess. v. Quid mihi & ad meā sitim ꝓciosissimorum poculoꝝ decētissimus ministrator? Et infra, Sapientia & stultia perinde sunt, sicut sunt cibi vtiles & inutiles, verbis aūt ornatis & iornatis, sicut vrbanis & rusticanis, vtriqꝫ cibi possūt ministrari. Hinc apd' pr̄es passim celebrat⁹ aureus calix Babylonis inebriās omnē terrā. Hiere. li. Et poculū aureū in manu meretricis magnę, plenū abominatiōe & vino prostitutionis. Apoc, xvij. Deinde & vasa tabernaculi & templi, oīa figurant, siue libros, siue sermones doctrinaꝝ. Et in lege potissimus erat vsus phialarū ad excipiendū, fundendū, spargendū, sanguinem, quia legis doctrina, peccatum tractat & reuelat. de quibus mysterijs iam non est locus dicendi, sic infra. ps. xv. Dn̄s pars hæreditatis meę & calicis mei.

Verū non sic calix tantum est intelligendus, vt vocale aut scriptile verbū tm̄ significet, sed etiā id quod significatur, Sic em̄ Christus orauit pro calice auferendo, quē oēs intelligimus passionē eius esse. Et Hieremias. xxv, Sumit calicem vini furoris dn̄i, de manu dn̄i, & propinat oībus gentibus & regibus ex eo. Et Isaias. li. dicit. Hierusalē bibisse calicē irę dn̄i vsqꝫ ad fundum & feces. Ex his & alijs scripturę locis, in vnū significatum coacta vtraqꝫ significatiōe. Calix aliud non esse videbitur, q̄ p̄dictio & denūtiatio penarū & irę dei. Ita & calix Christi, est ira dei & passio eius in lege & prophetis præfinita. Miche. i. Irā dn̄i portabo, quia peccaui ei. Sicut &. i. Pet. i. dicit ꝓphetas prænūtiasse priores in Christo passiōes, & posteriores glorias. Quare is dicendus est. calicē propinare, qui seu dicēdo, seu scribendo penas denūtiat, sicut ꝓphetę passim & Apostoli faciunt. Vnicuiqꝫ em̄ suus calix ebibendus est, idest Crux & passio super eū definita in scripturis seu apud deū, ferenda.

Hinc iā duo genera calicis nascūtur, Alterū pioꝝ, alterum impioꝝ. Calix pioꝝ, est passio definita sup eos carnalis & temporanea vsqꝫ ad peccati destructionē, quo hausto, anima magis seruatur, & renouat̄. Licet is, qui exterior est, homo, corrūpatur de die in diem ista p̄ualida purgatione calicis, donec tādem anima & corpe liberent̄. Contra calix impioꝝ, est passio interna & sp̄ualis vsqꝫ destructionē iustitię & pietatis, quo hausto, animæ eoꝝ, perdunt̄ de die in diē, Licet homine exteriore, florāt & vigeant multa specie & abūdantia, donec in aīa & corpe simul pereant, fecem calicis in sempiternū bibituri, vt ps. lxxiiij. Calix in manu dn̄i vini meri, plenus mixto, Incli-

374

11· psal:

nauit ex hoc in hoc, verũtñ fex eius, non est exinanita, bibent oẽs peccatores terrę, idest, si iudiciũ (vt. i. Pet. iiij.) dei primũ a nobis inchoat, quis finis erit eorꝝ. qui nõ credũt Euãgelio? Itaq; calix, verbũ est, sed verbũ passiones p̃finiens & Crucem seu passio verbo p̃finita, sic p̃s. c. xv. Calicẽ salutaris accipiam (.i.) passiones salutares (quas Paulus appellat passiones Chrĩ) libenter feram, & nomen dñi inuocabo.

Hũc sensum si sequimur, calix impiorꝝ, hoc versu non ipsa eorꝝ doctrina erit, vt supra diximus, Sed verbũ dei ꝓnuntiãs eorꝝ vastitatẽ, ignẽ, sulphur, spiritũ procellarꝝ, & ne longe dis- cordent oĩa. Calix eorꝝ est, impietatis doctrina, & omne malũ, quod ipsa facit, cõburendo, vastando, inquietando aĩas eorꝝ, certa dei diffinitiõe & v̄bo scripturę, p̃nũtiata, denũtiata, pata.

Pars, more scripturę, nõ philosophice, significat particula, vt cõtra totũ distinguatur, sed idẽ est, quod sors, hæreditas, portio, quod olim hæreditates in tribus duodecim distributę sunt Sic illud dñs, pars hęreditatis meę, & calicis mei, Et portio mea dñe in terra viuẽtium. Et Hieremias ĩ Tren. Pars mea dñs, dixit anima mea, atq; his calicis & partis significationi assuesci oportet, ꝓpter scripturę sanctę vsum. Est ergo sensus, Impij hęredi- tabũt, id qđ eis pręfinitũ est a deo, nempe pluuiã carbonũ ig- nitorꝝ & sulphureorꝝ, & spiritũ procellarũ, hoc est, impietatẽ & mercedẽ impietatis, vastitatem & contritionẽ spiritus & in- quietudinem sempiternam.

Q̃m iustus dñs iustitias dilexit, æquita- tem vidit vultus eius.

Hiero. rectũ videbit facies eorꝝ, (si caret mendo codex,) de rectitudine & ęq̃tate abundę dictũ est. p̃s. vij. & ix, Et hic, in certũ est, an masculino gñe rectũ, ꝓ rectos synecdochicę, & iustos. pro iustitias dicendũ sit, verũ parum habet hoc momenti, qui respicit iustitiam & æquitatem, etiam iustos & æquos respicit.

Cõcludit ergo ꝓpheta psalmũ, aduersus p̃sumptionẽ im- piorꝝ dicens. Homo iudicat inique & ĩpios laudat, verũ dñs est, q̃ nõ fallit̃ specie, nec mouet̃ magnitudine aut mł'titudine iniquorꝝ, tenax & amãs est iustitię, & facies eiꝰ ad rectos corde respicit, ideo nihil est, qđ sibi impij corã eo p̃sumũt & pios ab eo contẽni sperent. Aliđ vultꝰ eius videt, & aliud vultꝰ hoĩm, diuersissimi imo aduersissimi sunt, cõspectus dei & conspectꝰ hoĩm, Qđ in hoc altũ est, in illo abomĩabile est, vt Chrũs ait.

VVITTENBERGAE PER IOHAN. GRVNEN. ANNO DOMINI. M. D. XX.

183

376

¶ PSALMVS VNDECIMVS, HEB. DVODECIMVS.

Ad victoriā super octauā psalmus Dauid.

De octaua seu ogdochorda cithara, p̄s vi. abunde dictū.

Aluū me fac dn̄e, qm̄ defecit sanctus, qm̄ diminutę sunt veritates a filijs hoīm.

Irata charitas hoc psalmo loquitur, quā zelū dei dicimus, sicut Ap̄ſus. ij. Cor. x. eodē affectu loquit̄. Emulor vos ęmulatione dei. Loquitur aūt in eos qui in populo dei ministerio verbi pręsunt, & sua cū magna pernicie animarū pro dei ꝟbis docent, abusi potestate docendi, deprauantesq́ purā & syncęram legis diuinę doctrinā, quales Dauid suo tp̄e & passus est, & tp̄e aduenientis Christi futuros pręuidit, in q̄s Christus Mat. xxiij. inuehitur dicens, Ve vobis scribę & pharisęi, hypocritę, qui clauditis regnū cęlorū ante homines. Vos em̄ non intratis nec introeuntes sinitis intrare. Et Lucę. xi. Ve vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientię (.i. potestatem docendi) vos nō intratis, & eos qui intrabant prohibuistis.

Quo patet, non de hęreticis agi, nec de persecutoribus hoc p̄s, nisi hęreticos censeri oportet eos, q̄ cęrimonijs & a se repertis opusculis bonis hominum capiūt animas, fide dei (quę vna docenda est) neglecta, quales hodie sunt, magisq́ futuri sunt, si mundus durabit, Iurisperiti, Theologi, religiosi, pontifices humanis scientijs & traditionibus. i. tam speculabilibus q̄ moralibus suis perditi & perdentes. Nec hoc solū indignatur propheta, ꝙ sint tales magistri vilissimi, sed ꝙ tam multi sunt & soli, vt nullus ferme sit reliquus, qui recta doceat, quo indicat psalmū ip̄m ad perditissimū aliquod sęculum pertinere, quale fuit tp̄e Christi, & nūc est nostro. Ideo tanto ęstu exorditur d. Saluū me fac dn̄e, qm̄ defecit sanctus, ac si dicat illud Michęę. vij. Ve mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autūno racemos vindemię, non est botrus ad comedendum, pręcoquas ficus desyderauit anima mea, perijt sanctus de terra & rectus in hominibꝰ non est, om̄es in sanguine insidiantur. vir fratrem suū ad mortem venatur. Malū manuū suarū dicūt bonū, princeps postulat, & iudex in reddendo est, Et magnus locutus est desyderiū animę suę, & conturbauerunt eā, qui optimus in eis

eſt, quaſi paliurus, & qui rect⁹, quaſi ſpina de ſepe &c̄. Quib⁹ verbis non modo idem qđ hic p̄s ſentit, ſed & ſpeciem ſimul taxat eorū, quo hęc mala veſtiunt, & bona videri volūt, in ſpū em̄ loquitur, quem fide ſola intelligi oportet. Agitur enim hic illud ꝓuer. xx. Sicut aqua profunda, ſic conſiliū in corde viri. ſed homo ſapiēs exhauriet illud, Multi homines miſericordes (.i. ſancti ſeu homines grę & viri miſericordię, quales tn̄ non ſunt) vocantur. Fidelem aūt virū (.i. fide ac reuera iuſtum ſeu miſericordē) quis inueniet? adeo ſcz ſpecies regnat & ꝓfunda eſt aqua iſta conſilij & affectus eorū, quam non niſi ſapiens exhaurit (.i. quos non niſi vere iuſti queāt diſcernere) cęteris omnibus per ſpeciem & multitudinē magnitudinemq; falſis. Et hęc perditio multitudinis diſcruciat ꝓphetę huius ſpiritū, vt ſic exclamet & ſine vlla prę fatione aut captatione beneuolētię inchoet & deū imploret ꝓ ſalute populorū.

Hebręus abſolute habet, Oſia. i. ſalua ſeu da ſalutem, non ſaluū me fac, vehemēti⁹ aūt ſonat, Salua, ſeu da ſalutē q̄ ſaluū me fac, ſicut & vernacula noſtra affectu pereuntis, ac iam morientis dicitur. Hilff du barmhercziger Gott, vbi omiſſa prefatione in p̄ſentiam periculi intenti validiſſime clamant & inuocant. Sic & ꝓpheta pereuntis populi affectu ardens, ſine p̄fatione erūpit, valida orōne dei auxiliū implorans.

Sanctus hoc loco, haſid eſt, quē p̄s. iiij. Hiero. miſericordē tranſtulit. Mirificauit dn̄s ſanctū ſuū, ideſt, miſericordem conſecutū, ſeu gratia dei iuſtificatū, qui ī fide ſeruatur, nō in operibus & viribus ſuis, nec hominū vllorū.

Veritates diminutę ſunt a filijs hominū .i. nō ſunt inter homines veritates. i. fidelitas, hebręa lī gua pōt dicere plurali nūo non ſunt in hominibus fides, ſicut & deus ſalutariū noſtrorū, vbi nos deus ſalutis noſtrę, & inter homines non eſt amplius fides dicim⁹, ſicut dicitur. Nuſq̄ tuta fides, Neq; veritas plurali numero in vſu ē, Quod dico, ne quis diminutas veritates intelligat a filijs hominū, quaſi filij hominū diminuerint veritates, q̄q̄ hoc verū ſit, ſed ꝙ p̄poſitio, a, debet exponi per inter, vel de, vel ex, vt ſit ſenſus ille Iſa. lvij. Iuſtus perit, & nō eſt q̄ recogitet in corde ſuo, & viri miſericordię colliguntur, & non eſt qui intelligat, A facie em̄ malitię collectus eſt iuſtus. Et qđ ex Michea retulimus, perijt ſanctus de terra &c̄. Vult em̄ dicere non eſſe amplius fidem in hominibus, quę hebręis cū vocabulo veritatis conſonat, & viros qui gratia iuſtificantur deſijſſe, abundare vero iuſtitiarios hypocritas, qui ſuis virib⁹, ſuis ope-

ribus, suis legibus, suis meritis sese & oms alios perdant, magno titulo & nomine salutis.

Hyperbolen facit vehementia affectus, non enim aliqñ nō sunt sancti & fideles Christi in terra, Et tñ dicit, defecit sctūs finiti sunt iusti, consumati sunt deo grati, qua figura & vulgo hodie omes quęrūtur. Non esse in hoibus vllam fidem & oīa fraudulenta geri, quę infidelitas, testimoniū est & argumentū interioris fidelitatis extinctę, sic ex fructibus arbor cognoscitur Qui em̄ fidelis deo est, & hoibus fidelis est, sine fide em̄ & grā dei, impossibile est hominē non quęrere, quę sua sunt (.i. infidelem etiā hominibus esse) Vnde Micheas. vij. cū dixisset, nō esse rectū in hōibus, mox & fructus malæ arboris persecutus dicit, Nolite credere amico, nolite confidere in duce, ab ea quę dormit in sinu tuo (Ecce periphrasin vxoris) custodi claustra oris tui, quia filius contumeliā facit patri, & filia consurgit aduersus matrē suam, nurus aduersus socrū suam & inimici hominis domestici eius, Et impij, cū tales sint, nihil minus tñ esse & videri volunt. Nota

Vana locuti sunt, vnusquisqꝫ ad proximum suum labia dolosa: in corde & corde locuti sunt.

Distinctio versus hebręi est post, dolosa, q̄ritur ergo, quo pertineant grammatica syntaxi, labia dolosa? Nō enim, labia dolosa locuti sunt, sed locuta sunt, dicendum erat, si nostri textus distinctio seruanda fuit, nisi dixeris, ꝙ locuti sunt labia dolosa, in Accusatiuo figuratiue, pro eo quod est, locuti sunt verba dolosa, quę labijs proferūtur, poterat sic reddi, locuti sunt labijs dolosis, puto ambiguitatē hic libertatem quoqꝫ parere. vt possimus versum in tria mēbra partiri, hoc modo hebręū reddendo, vanū locuti sunt, viri cuiusqꝫ proximo suo labium blanditiarū, corde & corde locuti sunt, hoc est, quilibet doctor vana docet, & est vnicuiqꝫ viro, ad proximū suum labium blandū & duplici corde loquuntur.

Primum, vana loquuntur, idest frustranea, vt quæ nō prosunt ad salutem, quę tamen ipsis (vt sepe diximus) vtilissima & sola saluberrima videntur, ꝙ em̄ hic non de vaniloquio priuato & confabulatiōibus, sed de ministerio verbi loquat̄ ex

ſequentibus patebit, vbi eloquia dñi opponit his vaniloquis mentiũ deceptoribus, Et illud, Vnuſquiſq; ad proximũ ſuũ labia doloſa, hebręo tropo vſitate dicitur, ſicut illud Canticoꝝ iij. lectulũ Salomõis ſexaginta fortes ambiũt, vir, gladius eius ſuper femur ſuũ, qđ nos dicimus, & vnicuiuſq; gladius ſuper femur ſuũ. Ita hic, Vana locuti ſunt, vir, ad ꝓximũ ſuũ labiũ blãditiarũ, qđ nobis dicendũ eſt, & vniuſcuiuſq; ad ꝓximũ ſuũ labiũ blandũ, hoc eſt, quilibet blanditur proximo ſuo, dũ nõ dicit verbũ crucis vere, alioquin vana non perſuaderent, niſi blanda & placentia loquerentur. Nam qđ hic doloſa ponit, & p̃s. v. doloſe agebant, Hierony, illic reddidit, Et linguã ſuam leuificant, i. mollem, blandam, adulatricem faciũt. Hi ſunt qui homines pruriũt auribus, quos exemplo huius pſalmi Paulus non aliquot, ſed aceruandos eſſe prędixit. i. multiplicandos, vt deficiant ſancti, de quibus abunde dictũ p̃s. v. & ix. Nec tamẽ ſatis dici poteſt, adeo profunde malus eſt affectus naturę, p̃ſertim in rebus his ſpiritualibus & quę ad deũ pertinent, non em̃ eſt ſubiecta prudẽtia carnis deo, ſed nec põt, ait Ap̃lus Ro. viij

Corde & corde põt referri ad eandem perſonam, vt is dicatur duplici corde loqui, qui aliud ſentit & aliud fingit, q̃ mõ hic accipi permitto, Verũ ego ad diuerſas perſonas refero, quia ſicut verbo dei ſyncęro facit Chriſtus habitare vnius moris in domo p̃s. vij. Et habitare fratres in vnũ. p̃s. cxxxij. Et credentiũ cor eſt vnũ & anima vna in dño. Act. iiij. Eſt enim vna fides, vnus dñs Ephe, iiij. Ita ecõtra apđ impios, quia vera & vnica fides deeſt, impoſſibile eſt, vt vno corde ſint, ſed neceſſe eſt partiũ ſtudia, factioneſq; inter eos abundare, Nunq̃ enim orta eſt ſecta, ex qua non mox alię ſint natę, Sic ſynagoga tp̃e Chriſti habuit Phariſęos, Zaducęos, Eſſęos, Ariani pepererũt. Ennomianos & Macedonios, Donatiſtę, Maximianiſtas, Et hodie Ariſtoteles, Scotiſtas, Thomiſtas, Occaniſtas, Sic Ap̃lus heb. xiij. Varijs & peregrinis doctrinis nolite abduci, Qui alibi eos om̃i vento doctrinę circũferri, & ſemper diſcentes nũq̃ ad veritatem peruenientes ſcribit. In his om̃ibus nunq̃ eſt vnũ cor, & ſi in hoc conueniant, vt om̃es vana loquantur, & quiſq; ſuę factioni blandiatur, ſuas opiniones, dogmataq; corroboret. Quare diuiſionem iſtam ſectarũ per diuiſionem cordis intelligendam puto. ſicut Daniel, xi. Cor duorũ regũ ad vnã menſam mendatiũ loquentiũ deſcribit.

Ideo & plurali numero loquitur, ne de vna aliqua ſolũ ſecta loqui intelligatur, cum p̃s. ix. Antichriſtũ ferme ſingulari

numero expresserit, Et epitasis est, in corde & corde, quia s͡zm faciem aliq̄n conueniūt, scz contra veritatem. Sic p̄s. ij. Astiterunt reges terrę & principes conuenerūt in vnū aduersus dn̄m, & aduersus Christū eius, qui tn̄ inter se diuersissimi, Pharisęi, Zaducęi, Romani, Gentiles, & alij fuerunt. Hoc Sampson in vulpibus ostendit, quarū caudas coniūxit faciebus in diuersa versis. Vulpiū em̄ facies, est impiorū cōditio apud deū & spiritu cognita, vbi sunt factiosissimi, Cauda est extremitas, & q̄ persona sunt in oculis hominū, vbi conueniūt in vnū in igne persecutionis ad perdendas segetes terrę .i. doctrine & operum fidei seu spiritus vastationem, De his & Osee. x. diuisum est cor eorū, nunc interibūt, cū p̄misisset, s͡zm multitudinem fructus multiplicauit altaria vitis Israel (.i. in sectas diuisa est) hoc est, qđ p̄phetā exclamare coegit sanctū deficere, Q₂ multę essent sectę, & tn̄ om̄es contra veritatem fidei deuorantes vniuersum populū dei. Quis om̄ib⁹ resistet, q̄n vni vix resisti p̄t? Sic Ecclesia & hodie habet, sectis quottidie nouis reptis, veteribusq; auctis, in minutissimas partes conscissa, interim charitatis vnitate prorsus neglecta.

Disperdat dn̄s vniuersa labia dolosa,
Et linguam magniloquam.

Scz, nisi deus disperdat, locustas, erucas, bruchos istis, vt Ioh. i. vocat, frustra pugnat sanctorū industria, Et apti⁹ dixisset interpres (quādoquidem per verbū heb. licuit) Excidat dn̄s. Solent em̄ linguę & labia excidi. Alioquin (vt Iacob⁹ ait) Nullus hominū linguam domare pōt, sed spiritualem excisionem imp̄catur, quę est, vt mutatis imp̄ijs, aut ab officio motis, aliud doceant, verā scz, crucis sapientiam.

Cur nō fuit satis dicere, labia dolosa (.i. leuia & blanda) sed addit vniuersa? Nisi q̄ ad multitudinem factionū respexit, nō vnius tantū, sed vniuersarū labia & blanditias petens disperdi, cū vniuersę vana loquantur. Recte interpres coniūctionē, Et, adiecit, quę in heb. nō est. Et linguā magniloquā, qđ hebraice duobus vocabulis dicitur, locutricem magnorū, qđ non tātū de rebus magnis (vti iactare solent imp̄ij) intelligitur, sed & de superbia, qua piam doctrinam contemptim opprimūt, & suā cū gloria statuūt, velut caudā vulpis interpreteris, quę magna est & pilosa, minime tn̄ corpulēta & carnosa, plusq̄ toti corpi, pręsertim capiti cōgruat, Ita impietas maior in specie & pōpa,

quam reipsa, Es ist eyn fuchs schwantz, quę bestia, dolis & astutia insignis, non frustra in scripturis assumitur, in argumentū prudētię carnis astutissimę & dolosissimę, quę i rebus sacris & ministerio verbi oīa monstra perpetrat in scripturis prędicta.

Qui dixerunt, linguam nostrā magnificabimus, labia nostra a nobis sunt.

Quis noster dn̄s est?

Explicat, quę sit & quid dicat lingua magniloqua, scz q̄ superbissime & contemptissime in pio℞ doctrinam loquitur, primo magnificemus, idest roboremus, stabiliamus, cōfortemus nostra dogmata, ecōtra, dirūpamus vincula eo℞, & proijciamus a nobis iugū illo℞, destruamus, quę pij edificant, linguam co℞ infirmemus & cōpescamus, nobis attrahamus ppl'os, populiq; principes, nō quod contra pios sese agere putent, sed obsequiū deo pręstare sibi videntur, si linguā suā magniloquam & dolosam roborēt, inq; multos propagent, tanquam syncęram & humilem, ita vt solū deū hic iudicē habere oporteat.

Deinde, labia nostra a nobis sunt, quod Hiero. nobiscū sunt Aug. apud nos sunt, Ego vellem dicere, labia nr̄a, nr̄a sunt, vt Emphasis sit in posteriore pronomine, Nostra, quo intelligatur iactātia potestatis & clauis sciētię, ac si dicāt, nemo audiat alios pter nos, nos sumus Mgr̄i populo℞, nr̄a audire oportet, & vt in Eccl'ia turgent inflati pontifices pontificūq; bullę, nr̄m est interp̄tari scripturas, nr̄m condere leges, nostrū probare & damnare, cuiuscūq; dicta & scripta vel sola potētia clauis, vt sic, per pronomen, Nostra, significent impij, oībus adimere facultatē docēdi, iudicandi, dicendi, & sibi solis rape ac vendicare, etiā si sunt iuxta indoctissimi & impijssimi oīm, quod ego tribuerem & nr̄i sęculi hōibus, nisi illis deesset species & cauda vulpis. Nā inscitia & impietas eo℞ est oībus manifesta, nec apparet vel pilus huius caudę. i. sciētię & sanctitatis, p̄ter nomen & opinionē vulgi, qua tn̄ fortius confidūt, quam vlli fœcerūt, q speciosissima tū scientia tū sanctitate fulserūt, vnde nō parū peius nr̄o sęculo habet Eccl'ia, quam hoc versu dicit, vbi mera vi & tyrānide nulla adhibita specie negant labia esse pio℞. Sic ad Christū docentē Matt. xxi. dixerūt, In quā potestate hęc facis? q. d. non tua sed nr̄a sunt labia, nr̄a potestas docēdi, Et act. v. Pręcipiēdo p̄cepimus vobis ne ī noīe isto doceritis, Sic sacerdotes Anatot Hieremię, sic Achas Esaię, sic Amos Amasias, & oībus prophetis fœcerūt, prohibentes loqui, tanquam quo℞ nō essent labia & potestas docēdi

Contra quos, veri ꝓphetę, cū non negarent eoꝝ esse potestatē dicerent aūt eos errare & male docere, opposuerūt argumentū ꝓscriptionis & potestatis simul, d, Hiere. xviij. Nō peribit lex a sacerdote, nec cōsilium a sapiente, nec sermo a propheta. Eodē prorsus forma, qua hodie arguūt, ex multitudine doctoꝝ, ex magnitudine auditoꝝ, ex longitudine tempoꝝ, ex indefectibilitate fidei Petri, ex ritu vniuersalis Eccłię (.i. eoꝝ, qui sua audiūt) His omibus inflati dicūt, Nostra sunt labia, & pręualent, cū his speciosissimis plausibilissimisq; rationib⁹ popularē sensum facile capiant, sicut olim populum capiebant, hęc tria, lex in sacerdote, consiliū in sapiente, & sermo in propheta.

Quis nr̄ dn̄s est? Non hoc dicūt impij, q̄ negent se habere dn̄m deū, quē vnice iactant aduersos pios, cuius titulo & sua colorant, & pioꝝ blasphemant, Sed q̄ pios nolint sibi pręferri & audiri. potestate docendi sibi tm̄ arrogata. Habetq; ista oro interrogatiua, insignē inflatissimāq; cōtentionem, qua sibi & suis fortiter ꝑsuadent, sese recte agere, & pios accusant magnę temeritatis, hoc modo. Ecce nos diuinitus positi pastores populi & ꝓ eis rationē reddituri, soli potestatē habem⁹ docēdi & ea q̄ dicta sunt a quocunq;, iudicandi, quos oportet ab oībus audiri & nos nullos audire, quia vbi est (vt dicūt) maioritas ibi est mandādi autoritas, certos vero manet obediendi necessitas Hic vero nouus ꝓpheta, in cœlū ponens os suū, nosq; docere paratus, detrahit potestati, estq; irreuerentialis suis maioribus, (sic hodie loquimur) non habet satis, nec audisse nec obedisse, nec cōtentus alios nobis subtrahere, etiā super caput nr̄m vult ascendere, nosq; discipulos suos facere, & plane nr̄i dominari. Nos ergo ista feremus? hūc patiemur nobis dn̄ari? ille nobis leges statuet & modū prefiget? Et sicut Iudęi Iohā. viij. ad cæcū natum dixerunt. Tu doces nos? Et ps. iiij. Quis ostendit nobis bona? Et Gen, xxxvij. fratres Ioseph ad eū. Nunqd rex nr̄ eris & subijciemur ditioni tuę? Hac inq̄ turgentissima & īmanissima sꝑbia Moab iste, superbię & temeritatis accusat pioru͞ humilima, pro verbo dei studia, interpretans id fieri, dominandi & potestatis minuendæ aut opprimendę gratia. Aut em̄ nihil veritatis est dicendū magnatibus, & offendetur diuina maiestas aut si dicetur, non veritatis dictæ gratia, sed læsę maiestatis & imminutę potestatis crimen obtinebitur. Adeo necesse est, veritatis nunciū offendere vel in deū vel in magnates homines, Idem ergo est dicere, quis noster dn̄s est, ac si dicant, desine tu velle nos docere, & nostra nō audire aut damnare, ne videaris,

non tam magister q̄ dn̄s noster velle fieri, sic Amasias, Amos vij. misit ad regem Israel dicens. Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel, non poterit sustinere terra vniuersos sermones eius, hęc em̄ dicit Amos. In gladio morietꝛ Hieroboam &c̄. Ecce rebellionis reus & vsurpati dominij ob solā veritatē prędicatam. Quid hodie fieret si veritatem theologi (sicut debent) palā ꝓfiterentur?

Simul tn̄ verū est, impios recusare simpliciter, etiā dei dominiū, & si contrariū fortiter simulant, Primū, ꝙ om̄is supbus & prudens prudentia carnis deo subijci non pōt. Deinde cum nuncios verbi dei reijciunt & confundūt, simul deū reijciunt, qui misit eos, sicut Christus ait Matt. x. Qui vos recipit me recipit, qui me recipit, recipit eū, qui me misit. Et i. Reg. viij. Nō te, sed me abiecerunt, ne regnem super eos. Hoc modo Hiere. v. dicit. Negauerūt dn̄m & dixerūt, non est ipē, neqꝫ veniet sup nos malū, gladiū & famem nō videbimꝰ. Ita fit vt simul pertinacissime iactent se habere deū pro dn̄o, simul immanissima superbia eum abijciant in seruis suis & verbo suo. Atqꝫ ita species hūilitatis apud eos, superbię apud pios fortiter parens, mouet stultū vulgū ad odiū pietatis. Quare in spiritu ꝓpheta nos iubet impios inspicere, ibi em̄, quia superbi verbū crucis contemnūt, dicūt. Quis noster dn̄s est? quātūlibet foris sonent ad laudē dei. Soli deo gloria, & in nomine dn̄i &c̄.

Propter miseriam inopū & gemitū pauperū, nunc exurgam dicit dn̄s, Ponā in salutari, fiducialiter agam in eo.

Ex isto versu duos fecimus, pro miseriam aptius fuisset interpretatus, vastitatem, vt ad versum primū referatur, vbi sanctos defecisse, & veritates diminutas seu finitas, hoc est, vastatos esse dixit, vsqꝫ ad reliquias istas, ꝓpter quarū gemitum dicit se surrecturū, atqꝫ ideo non om̄es sanctos defecisse certū est, & hyperbole manifesta in versu primo apparet.

Consolatur itaqꝫ seipm̄ ꝓpheta ꝓmissione dei in fide, certꝰ ꝙ superbiam contemptricem verbi dei & vastatricem sanctoꝝ & veritatis sit visitaturꝰ, & populū suū seruaturus, vt sequētia ostendent. Sępe iam dictū est sanctos dei Aenym & ębionim. i. pauperes & inopes dici in scripturis, ob quā personā maxime contempti sunt superbis & suspecti de affectata potestate & magisterio super eos, & odibiles ob rebellionem, irreuerentiam &

inobedientiā

inobedientiã (vt dicũt) ¶ Exurgere dñm.ps̃.iij. dictũ ẽ q̃d
significet, scz effectũ salutis ostendere. Exurge dñe, saluum me
fac deus meus. Sic & hic. Exurgam & ponam in salutem. Nec
sine pondere adiectũ est, dicit dñs, quo promissio diuina com=
mendatur ad excitandã fidem & spem nostram in afflictione
eiusmodi. Nihil em̃ preciosius in tota scriptura q̃ ꝓmissio dei,
quę nisi esset, nec orationi, nec operationi, nec fidei, imo nec
vitę, nec vlli rei locus esset, promissio em̃ dei sustentat & solat̃
nos in om̃i angustia carnis & spũs.
Hierony. sic dicit, ponam in salutari auxiliũ eorũ, quo mi=
ror, q̃d velit, cũ auxiliũ eorũ, mihi hebręus nõ videatur hr̃e,
& ipse idem vocabulũ ps̃. ix. verterit, Despicit, Ego nõ habeo
q̃d tradam, ludam interim pro meo ingenio, Vbi nobis, fidu
cialiter agam, hebręis est eadem prorsus dictio, quę ps̃. ix. do=
minabitur, versa est, ibi, omniũ inimicorũ suorũ dominabit̃,
vt eo loco diximus, Quare nõ potest hoc loco in prima per=
sona dici, agam fiducialiter, Demꝰ ergo huic medio versui sua
duo membra, Prius hoc, ponã in salute, Posterius istud, loq̃t̃
ei seu ad eũ, Prioris sit iste sensus, Ad hoc exurgã, vt ponã seu
erigam, seu statuã salutem, hoc est, firmã, stabilem, & quã nec
portę inferi queant conuellere, parabo salutem, & sic saluabo,
vt nemo mihi damnare, vastare, cõsũmare sanctos meos vltra
possit, Sic em̃ absoluta est oratio in hebręo, ponam .i. firmiter
statuã, firmũ fundamentũ iaciam, ero fundator, In salute. i. vt
fundatio ista non sit diuitiarũ aut rerũ mũdi, sed salutis, vt qui
in ea ponentur, salui sint in perpetuum & nemo rapiat eos de
manu mea, quæ snĩa vera fere similis est illi Isaię. xxviij. Ecce
ego mittã in fundamentis zion lapidem angularem, qui cre=
diderit, nõ festinabit, nisi ꝙ breuior & obscurior ẽ. Ac sine du
bio de Christo loquitur, qui fundamentũ salutis est firmũ, pe=
traq; inuicta om̃ibus qui credũt in eũ, cuius nomẽ etiã a salute
venit q̃d hic dicitur, Aschith beiesa, ponã in Ihesu, cui per an=
tithesin opponi subaudiũtur impij nõ ponendi, sed ꝓpellẽdi
sicut ventus, nec in salute, sed in perditionẽ & ruinã sicut do=
mus super arenã fundata, ꝓmissionis em̃ verbum est hæc pars
versus, cõsolans inopes & terrens impios, vt dixi.
Prioris membri sensus erit iste, quẽ altera pars Isaiaci verbi
habet. Qui crediderit nõ confundetur, ita hic, Loquitur ei (.i.)
despicit illos & cũ fiducia loquitur verbum crucis & fidei, sicut
ps̃. cxv. Apl̃us Cor. iiij. inducit. Credidi ꝓpter q̃d locutꝰ sũ,
& nos credidimus ꝓpter q̃d & loquimur, fide em̃ saluati & in
B

petra Christo fundati animantur ad prędicandū verbum dei cū fiducia omi volenti credere, nihil metuentes, q̄tūlibet multas ac potentes sectas hypocritarū, qd' referente Luca Act. iiij. in Ap!'is completū est, Qua fide qui carent, nec hiscere audēt.

Quare hanc partem versus obscurissimā breuissimamq; oportet tanq̄ spūs susurriū accipere in aures Dauid acceptū, cui cū gemeret pro vastatione populi & fidei, responsum est breui oraculo, quid nam deus in remedium eius mali cogitasset, scz hoc, ponā in salute, loquitur ei, hoc est, Scito me aduersus vastationē sanctorū id moliri, vt fidei ponā fundamentū Chr̄m in quo ędificabo & saluabo Ecclesiā meā, contra quā illi nihil pręualebūt, neq; aliquē credentē vastabūt. Nec hoc contentus sum, Erit em̄ vbi sic saluati fuerīt, vt audeant prodire in publicū & loqui verbū cū fiducia, quo nō modo sese tuebuntur, sed etiam suos vastatores vastabūt, multosq; conuertent qui se auerterant. Et sic concordari iam oīa facile poterūt, fiducialiter agam in eo (.i. faciam eos fiducialiter agere in verbo fidei) Quo modo Lucas in actibus dedita opera vsus videtur hoc versu, dicens. Act. ix. Paulū in damasco fiducialiter egisse in nomine Ihesu. Et, xiiij. Multo tpe demorati sunt, fiducialiter agentes in dn̄o. Et xviij. de Apollo. Hic cepit fiducialiter agere in synagoga. Est eidem Lucę ꝓpriū, fiduciā prędicandi verbū dei cōmēdare, vt appareat eū hūc versum sibi habuisse assiduo velut prouerbio. Quo autore pene moueor, vt credam verbū hebręū (qd' p̄s. ix. exposuimus significare, id qd' proferre, apparere, dominari, despicere, & hoc loco per Hierony, Auxiliū esse, secū meditari & loqui) oīm ꝓprijssime significare, fiducialiter agere, quod noster interpres posuit, cū Lucas per fiducialiter agere, nō aliud intelligat, q̄ verbū cū fiducia p̄dicare, hoc est, iuxta p̄s. cxv. credere & ꝓpter hoc loqui. Atq; id idem est (licet obscurius & breuius) despicere, dominari, apparere, meditari, loqui, auxiliū nostrū esse, Qua em̄ alia vi despicimus, dominamur, apparemus, meditamur, loquimur, auxiliū habemus, q̄ verbo fidei cum fiducia euangelisato ? Proinde sicut impius inimicorū suorū dominatur, & cum fiducia contra eos loquitur verbū suū, Ita pius suorū dominatur & cum fiducia cōtra eos loquit̄ verbū dei.

Quibus iterū docemur, virtutē Ecclesię, nō esse aliā q̄ verbū dei, qd' virtus dei est in salutem oīi credenti Ro. i. Et virga virtutis dei. p̄s. cix. Sic Oseę, i. Saluabo eos in dn̄o deo suo (scz p̄dicato per verbū) & nō saluabo eos in arcu & gladio & bello

& in equis & in curribus. Quare in summa, huius versus sensus est, piis aduersus impios dari duplex auxiliū, scz, fidem & verbū, Fidem, qua saluantur ipsi, verbū quo vastant impios & multiplicant sanctos & veritates in hominibus, quos illi vastarunt, fides tangitur cū dicit, ponā in salute seu salutari, verbū, cū dr, fiducialiter agā in eū, seu loquitur ad eū (vt heb. habet). In quo: & quis loquit: nulla hic persona significatur, adeo absoluta & gñalis est snīa, ac si dicat, ponam in salute, seu fide firmabo, Et ecce hoc ipso est qui loquitur, Q: primū em̄ aliquis credit, mox & loquitur, vt Act. iiij. Repleti sunt spū sancto & cœperūt loqui. Nec illū cui fit locutio designat, propter eandē gñalitatem, Loquitur ei seu in eū, scz impiū seu impios vastatores. Atq; ita posita fide, est qui loquitur & qui audit, sequiturq; fidei donū, tā locutio q̄ auditio, quib⁹ duob⁹ multiplicant̄ misericordia & veritas. Obserua aūt & illud, q͏̄ ponere in salutē est opatio solius dei. Loqui aūt impio, cooperatio nr̄a ē, ideo illud sibi, hoc homini tribuit, qđ tñ ipm nr̄a trāslatio deo tribuit, dū persona prima dicit, fiducialiter agā. Vide ergo q̄ breue, obscurū, plenūq; verbū sit, hic medius versus. Cōueniebat aūt, vt coniunctio, &, interponeret̄ sic, ponā in salutari, & loquitur ei, ꝓ vitando hebraismo.

Similem snīam p̄s. cix. tractat. Quid det̄ tibi: aut quid apponet̄ tibi ad linguā dolosam: scz q̄ facit vt deficiat sanct⁹ & veritas in hominibus. Respondet. Sagittę potentis acutę cū carbonib⁹ iuniperorū. i. verba Euāgelicę gratię cū exēplis antiq̄rū patrū, qui Euāgelio consonāt, Scriba em̄ doctus in regno cælorū ꝓfert noua & vetera. Et Christus cibat turbas, quinq; panibus legis Mosi expositę in spiritu, & duob⁹ piscibus. i. patrū exēplis eadē spirituali lege mortificatis & gemīę charitatis igne assatis. Verū nemo ordinis obliuiscat̄, q͏̄ prius ē, poni ī salute q̄ loqui in eū, seu fiducialiter agere, quia prius est credere & ardere, q̄ docere & lucere, si modo cū fructu & fiducia velis docere, Sine fide em̄, salutis verbū non docebit̄ tp̄e persecutionis, credidi, iñquit, ꝓpter qđ locutus sum.

Eloquia dñi casta, argentū igne examinatū, probatū terrę: purgatū septuplū.

Per antithesin & cōtentionem hęc accipienda sunt, qua verba hominum & verba dei componit, illi vana, blanda & varia, quibus tamen non castificantur, sed magis polluuntur in spiritu, per q̄ deficiūt misericordia & veritas ī hoib⁹. Dei aūt

casta, pura, seu munda, tum aspera, sed proba, fidelia & solida, quibus mundantur homines, & rursum multiplicantur misericordia & veritas, vastanturq; vanitas, dolus & discordia.

Aperit aũt hic versus allegoriam argenti, qua & vtitur in paradigma, vocãs eloquia dñi, argentũ examinatũ, probatũ, purgatũ septuplũ, cũ reuera in oculis impiorũ, vix scoria pessima & purgamenta mundi sint, quibus se inquinari & dehonestari arbitrantur. Sic contra, verba eorũ, vana, blanda & varia esse pronũciauit, quibus perdũt misericordiã & veritatẽ, quę illis longe aliud videnť, vtrobiq; in spũ loquutus. Non aũt eloquia dñi, tm̃ ea q̃ in libris scripta sunt ĩtelligit, sed mľto maxime q̃ voce proferũtur, sicut de impiorũ verbis dixit, vana locuti sunt, & labiũ blandũ vnicuiq; ad proximũ suum, & diuiso corde locuti sunt. Ita non scripturam dei, sed eloquia dei, potissimũ casta vocat, Nõ em̃ tantũ nocet aut ꝓdest scriptura q̃tũ eloquiũ, cũ vox sit anĩa verbi, nec est necesse, Eloquia dñi tm̃ ea intelligi quę de scripturis in vocem assumũtur, sed q̃cũq; deus per hominẽ loquiť, siue idiotam, siue eruditũ etiam citra scripturę vsum, sicut in Aplis locutus est & adhuc loquitur in suis. Quare eloquia dñi sunt, qñ dñs loquitur in nobis, nõ aũt qñ scripturã quilibet adducit, qđ etiã dęmones & impij pñt, in quibus tñ deus non loquitur, nec iam sunt eloquia dei, sed spuma eloquiorũ dei sicut scoria argenti.

Igitur remediũ salutis aduersus vastatores inopũ & cõsumptores sanctorũ in terra, Est verbũ dei contra verbũ hominum suscitatũ, quod cũ sit purissimũ (sicut argentũ defecatũ, ꝓbatũ, & septies purificatũ) purificat, consolidatq; ac probat cor hõis, faciens sibi simile, vt nihil sapiat eorũ q̃ sua sunt & super terrã, sed q̃ dei sunt & in cęlis.

Verbũ aũt hominum scoria & argenti huius spuma, specie aliqua argentũ mentitur, sed vanũ, deinde nõ solũ nõ mũdũ, sed ipsa ĩmundicia est, cũ sit purgamentũ argenti, hoc est, eloquia dei simulãt se docere, cũ omisso eius puro, vero, germanoq; sensu potius spumã seu scoriã, reliquãq; fecem doceant. Quæ vt est ipsa ĩmundities, ita nihil mũdat, nec probatũ fideleue facit, Sic Isa. i. Argentũ tuũ versum est in scoriã, & vinũ tuũ mixtũ est aqua, Exemplo aliquo id monstremus. Non occides, non mœchaberis & similia eloquia dei (vt taceã cerimonias humanas) si sic doceas, vt nõ occidisse nec adulteratũ fuisse queq̃ dicas, nisi patrato opere ipso occiderit aut adulteratus fuerit, scoriam impurã, vanã, vagãq; pro solido, ꝓbo,

12- Psal:

purò q̄ argēto docuisti, cū spiritu & volūtate opus homicidij & adulterij interim affectet, & ab alijs factū, non doleat nec arguat, sed rideat vel cantet potius, sicut est mos, imo mors cōis hominū, quo oms sunt viri sanguinū. Econtra, si orantē, ieiunantem, aut quodlibet opus bonū s͡zm facti substantiam (vt nūc loquūtur) operantem, doceas dei cultorem esse & sabbatū seruasse, iterū doloso labio, scoriam pro argēto docuisti, cum hęc omnia vel inuito corde vel sui comodi affectu, hoc est, sine spū fœcerit, ac per hoc non fęcerit, sed vir dolosus inuenitur, sicut & hic mos siue mors est hominū cōis, quo sunt viri dolosi, non solū non arguentes ista, sed pro virtutibus iactantes, cantantes, gloriantes, ac per hęc iā deficit sanctus, finiturq̄ veritas in hominibus. Lex em̄ spūalis est, ideo his vanis labijs & dolosis nō docetur, sed extinguit̄ potius. Similia de omnibus alijs quilibet obseruet in tota scriptura.

Apte aūt hic versus sequitur pręcedentē, vbi dixerat. Et loquitur ei, demonstraturus quis & quæ loquat̄, nempe de⁹ sua eloquia mūda, & vt ad grāmatica veniam⁹, nō ē in heb. casta pprię, sed mūda, licet metaphorice, castū pro mūdo sępius accipiatur. Nec de mūditia grāmatica loqui putādus, q̄q̄ & hęc non desit eloquijs diuinis, nec de sensuali aut morali, cū sępius de rebus fœdis ac pudendis (vt videtur) tractet, Sed de Theologica & affectuali, qua hominē similē sibi factura, ab impuris affectibus sola purgant, quibus nemo fœdius polluit hominem, q̄ humani dolosi doctores iustitiā suam docentes, & immundos affectus, etiam augentes insuper & inflantes, vt de sordibus suis glorientur, nedū purgentur. Non em̄ mūdatur vllius cor, nisi verbo dei, fide suscepto. Act. xv. Fide purificās corda eorū. Et p̄s. xviij. Lex dn̄i imaculata cōuertens animas. p̄s. l. Asperges me dn̄e hyssopo & mūdabor.

Igne examinatū, noster adiecit, igne, in hebręo tantūmodo est. Argentū sublimatū, seu liquatū seu pbatum, qđ quia per ignem fit, adiecit interpres lucis gratia, Probatū terrę omes fere volunt gręce dictū, dicentes, probū syncęrūq̄ terra seu a terra, sicut dicitur mundus a sanguine. Et Hieron. transfert, separatū a terra, vbi terram varia tropologia tractāt. Verū ego prorsus hic cęcutio, certū est, terrę ī hebręo esse datiui casus, qui trāsferri possit ad terram, melius q̄ a terra. Deinde Reuchlin dicit ęlibe (qđ nostri probatū transtulerūt) esse vasculi nomen, in quo liquantur metalla, cui additur p̄positio, in, quasi sic vertas hāc partem. Argentū liquatū ī liquatorio terrę, siue ad terrā, quod

sonat in rem & ad vsum terrę, hoc est, quo vtantur qui ĩ terrã sunt, scz homines. Quę si vera essent, opinari liceret ꝓphetã a re argentariorũ sumpsisse allegoriam (sicuti fere fit in ꝓphetis om̄ibus) & mysteriũ eius in eloquijs dei lusisse.

Argentũ em̄ nulli⁹ est vsus in terra, nisi liquetur & ꝓbetur primũ, vt argentũ terrę, distinguas ab argento fouearũ, venarũ & minerarũ, liquari aũt ad hũc vsum nõ põt, nisi per ignem, nec per ignem nisi in vase.

Harũ rerũ nũc reuelemus allegoriam, Eloquia dei in crassa litera & sensu carnis citra crucis sensum dicta aut scripta argentum est in venis, sicut Iob. xxviij. ludit, Habet argentũ, venarũ suarũ principia, aut repositũ in massa rudi, sicut Dauid figurauit, qñ Salomoni omnes p̄parabat impensas ad templũ struendũ, sed nihil vtilitatis est hominib⁹ terrenis in isto thezauro abscondito, vt Ecclesiast. ait. xx, Sapientia abscondita & thezaurus inuisus, q̃ vtilitas in vtrisq₃? donec ꝓferant̃ in mediũ, & ĩpugnantibus impijs, hereticis, dęmonibus ꝓbent̃. Credẽtes aũt sunt vasculũ istud fictile liquatoriũ, in quo portatur thezaurus iste, ꝓbaturq₃, quia certamen forte dedit ei vt vinceret, & sciret qm̄ oĩm fortior est sapientia. Sap. xvi. Sic aũt ꝓbato p̄ ignem verbo dei & fideli inuento, multis prodest hominibus per p̄dicationẽ eorũ qui ꝓbati sunt. hoc Aplus i, Cor. xi. tetigit, vbi dixit. Oportet hęreses in vobis esse. i. ignes liquatores, vt qui ꝓbati sunt (. i. vascula in quibus argentũ eloquiorũ dei exercetur) manifesti fiãt inter vos, facti sal terrę & lux mũdi. i. terrę luceant, hominib⁹ ad laudẽ dei ꝓuocatis, & sic eiusdẽ argenti vsu adiutis ac locupletatis, hoc est certe qđ dicit hic terrę seu in rem terrę. Hanc liquationẽ & ꝓbationẽ verborũ dei, qa impij in seipsis exhorrent, & scandalũ crucis nõ sustinent, q̃rũt hominib⁹ placere, facti vaniloqui, dolosi, deceptores, inconstantes, sicut Aplus ad Gala. disputat, & hic psalmus dicit. Nõ ergo intelligit̃ nec fructificat eloquium dei, nisi mortificatis & tribulatis nobis, hoc est, nisi ꝓpter verbũ fortiter impugnatis & tentatis, nõ em̄ tã nos q̃ verbũ patit̃ in nobis.

Ad hũc sensum nr̃a trãslatio põt duci, p̄teritis alioꝝ glossis, ita, probatũ terrę. i. fidele, gratũ, placitũ inuentũ hõib⁹ ĩ terra, qui experimẽto, fidelitatẽ, virtutẽ, puritatẽ eius cognoscentes, cõfidũt in eo, & amissa fœda illa oĩm rerũ fiducia, quã illi docẽt impij, solius verbi purissimi, purissima fide purificantur. Et sic terrę mãet ꝓprijssime datiui casus, sicut ẽ tã ĩ gręco q̃ he.

Purgatũ septuplũ, hic de septenario donorũ spũs profun-

dius tractant, q̄ mea tenuitas ac negociū literę ferat, Ego septu-plū simpliciter ꝓ perfectissime accipio. Septē em̄ nūerus vniuersitatis est. Et nescio, an eā hic argenti purgationē tāgat, qua nō in vase liquatorio, sed in cinere ossiū, apposito plūbo purgatur ad plenū & purissimū, Et q̄ mirabiliter ludit sapiētia dei in orbe terrarū, vt plumbū argenti purgatio sit, Nempe, ꝙ hypocritarū eloquia, cū sicut plumbū argēti, ita & ipsa diuinorꝝ eloquiorū similia sint, tñ in igne persecutiōis, sic exercēt & exercent̄ simul, vt sicut plumbū euanescit & argentū purgat̄, ita ī fine tandē elucescat vera sapientia & nihil fiat insipientia eorꝝ (vt Apl'us ad Timo. ait) Sic em̄ ꝓficit speciosissima impiorum doctrina, dū resistit pietati, ad gloriā verę doctrinę & suā ignominiā. Quare nō fuit absonū priorem purgationē liquatorīj persecutorib⁹ tyrannis, posteriorem plūbi, hęreticis & falsis fratrib⁹ dari, qui nobiscū, vt plumbū cū argento in eodē cinere & vase, ita in eadē Eccl'ia & mortuorū patrū, martyrūq̄ vestigījs exercentur, Tyranni aūt foris, sicut folles liquatoriū, exercēt.

Ita videmus, q̄ ꝓpheta operib⁹ detrahat & oīa fidei tribuat dū eloquia dei mūda asserit, simul argutissime rephendens eos, qui operib⁹ mūdari volūt. Quid em̄ prodest multa operari si nō mūderis? At nusq̄ est mundicia, nisi in eloquījs dei, & eloquījs dei nemo mūdatur nisi credens, Nemo aūt credit, nisi patiatur magis q̄ operetur, Quibus efficitur ꝙ vita purissima & sine pc̄tō nō stet in opetibus, sed in fide verbi & passiōibus.

Sed cur argentū magis q̄ aurū eloquījs dei compat? Aurū ꝓprię charitati in scripturis cōparatur, cuius natura in igne alia est q̄ argento, de quo dicemus infra.

Tu dn̄e seruabis nos, & custodies nos a generatione hac inęternū,

Poterat melius per optatiuum dicere, Serues, custodias, cū reuera sit oratio prophetę aduersus generationē iusticiariorū, Et q̄ q̄ non differant adeo, seruare & custodire, tñ hebręus, seruabis in posteriore & custodies in priore parte ponit, sicut & Hierony. facit, petit enim seruari a generatiōe, prohibendi modo sic, vt nos prohibeamur, ne consentiamus eis, & custodiri eloquia sua protegendi modo, ne illi ea polluant. Pro seruabis nos, seruabis ea, in heb. est, & ad eloquia dei pertinet, vt Hierony. transfert, Sed potest forte, ad sanctos etiam referri,

cum ſit generis maſculini, ſeruabis eos, nec hóc reiecerim. Si q̄s ſeruabis eos, de impíjs accipiat, vt deus eos ſeruet & ꝓhibeat, ne deinceps vana loquant̄ & perdāt ſanctos a filíjs hoı̄m.

Videmus aūt non noſtrę virtutis eſſe, vt eloquia dñi caſta maneant, & ſancti non deficiant a terra, ſed diuinę, Tu dñe nō nos homines ſeruabimus, ſicut docuit Chriſtus. Meſſis multa, operarij autē pauci, rogate dñm meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuā, Idem nos in orōne dñica iuſſit orare, dum panem noſtrū quottidianū. i. eloquia dei docuit petere. Nos vero poſita orōne fidētes literis, ingenio & ſtudio, ſecure agim⁹, donec ipſi facti ſimus qui vana loquimur & generatio impia, a qua hic cuſtodiri petit ꝓpheta, Vnde colligitur, q̄ p̄s iſtum, & ſi ad tempus Chriſti ꝓprijſſime ſicut oīa referatur, tamē, quia generatio iſta non p̄teribit, donec oīa fiant, etiam ad noſtra & omniū ſęcula pertinere. Noſtro ſane ſęculo Turcę, Iudęi, Cerimonijſtę hanc generationē ſtrenue augent, & fere omnē fidem & vniuerſum verbū fidei ſupplantauerūt, contra quos nō eſt qđ agamus, niſi vt oremus dñm Meſſis, vt exurgat poſiturus ſalutem, & locuturus ad eos.

In circuitu impíj ambulant ſcdm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominū.

Verbū multiplicaſti, in hebręo nō eſt, Hiero. ſic, In circuitu impíj ambulant, cū exaltati fuerint viliſſimi filiorū hoı̄m. Ego hūc verſum arbitror nondū eſſe de tenebris ab vllo erutū, ſicut nec illud qđ ſuperius dictū eſt, probatum terrę, vtriuſq̄ huius loci ignorantiā confiteor, & oībus alíjs tribuere eandē nihil vereor, qui hucuſq̄ ſcripſerūt. Primū, nō eſt in hebręo, In circuitu, ſed verbū trāſitiuū tercíj, ſabib, quod ſignificat circūdare fœcit, vt ſic transferre poſſis. Circūdedit impios, ambulabunt, hoc eſt, generatio iſta a qua nos cuſtodies, aceruat ſibi impio Magiſtros & prurientes auribus, his adhęret, his agglomeratur gregatim, Et pariter Magiſtri & diſcipuli in víjs ſuis ambulabūt, & proficient in peius falſi & fallentes, ſicut p̄s i. Beatus vir qui non ambulauit in conſilio impiorū, vnde interponenda ē cōiūctio, Et, circūdedit impios, & ambulabūt, iuxta hebraiſmum ſolitū, Sie ſamlen ſich mit hauffen vnd gehn dahyn. & clarior erit ſnīa, ſi p̄ponatur ꝓnomen, quę (ſicut alias ſolent) ſic, Quę circūdedit impios & ambulabūt, Q. ſi i ntō placuerit dicere. Circundedit, & impíj ambulabūt, idem ſenſus manet, niſi

nisi q circūdedit, tunc absoluto statu significabit id, quod fecit vt essent multi circunstantes & adhęrentes, vt sic pariter cū suis magistris impīj, in sua pertinacia ambulent.

Pro altera parte, noster dixit, s͡zm altitudinē, sed pronomē Tuā, superfluit, & Hierony. ait, cū exaltati fuerint, oīo ergo altitudinis vocabulū hic esse oportet. Mihi videtur esse verbū primitiuū actiuū, Rom. i. exaltauit seu eleuauit, inde me iudice ꝟtit sic, sicut exaltauit vilissimos filījs hoīm. Nā vbi nos multiplicasti habemus, heb. Zylloth feminino genere dicit, quod significat, viles, abiectos, leues homīes, quales sunt epulones & ganeones, nam hebręis & ij, qui cōuiuījs & luxu vacant, Zo-lelim dicunt masculino gnę, vt sit sensus. Generatio ista circūdedit impios magistros & ambulant simul, sicut ipsa eleuauit & voluit eos qui vilissimi sunt etiā filījs hoīm, seu inter filios hoīm, hoc est impios discipulos cōgregat & vilissimos magistros exaltat, quales discipulos, tales mgr̄os, vt cęci cęcos ducāt & ambo in foueam cadant. Quę versus snīa, si vllo tempore impleta ē, nōne hodie impletissima est? Quis em̄ hodie Ecclesiasticis gubernaculis, pręficit nisi fex mundi? Scz quibus mūdus vel vti vel frui non potest, atq id merebatur impia ingratitudo nostra.

Itē hic videmus impījs mgr̄is tribui, vētris curā sicut p̄s. v. Sepulchrū patens guttur eoꝝ dixit, Et Apostolus, ventrem deū eoꝝ signauit, dū zylloth idest Epulones odiosissimo nomine eos appellat, qui nō nisi victū q̄rāt, Nec frustra videt vnū lamed deficere, in vocabulo zylloth, & litera vaf in ꝟbo Crym, q̄si vtrinq speciē esse, re ipsa deficiēte, cū reuera, nō sunt exaltati, & ipsi lōge aliud q̄ epulones haberi velint, sed hęc cabalistis seu potius curiosis & ociosis.

Nostra trāslatio potest huic snīę sic aptari, In circuitu impīj ambulant (.i. multi vndiq circūdantes & circūdati, tā discipuli q̄ magistri impīj, ambulant & perseuerant in vījs suis, q a tu multiplicasti filios hoīm s͡zm altitudinē tuam (.i. in locum potestatis tuę cōstituisti nō filios dei, sed filios hoīm, eosq nō qui rari & boni sunt, sed mł'tos & qui vilissimi inter eos sunt, Sancti patres, filios hoīm ad filios dei referūt, & altitudinem, alīj secretū consilīj, alīj graciam & misericordiam dei sine merito hoīm datā putāt. Quoꝝ sententiā non damno, sed literalem esse non credo.

C

192

PSALMVS DVODECIMVS HEB. TERCIVS DECIMVS.

AD Victoriam Psalmus Dauid.

V squequo dñe obliuisceris me in finem?
Vsquequo auertis faciem tuam a me?
Vsquequo ponã cõsilia in anima mea, dolorem I corde meo per diem?
Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?

Simplicitas ista hebrea magis placet & nõ nihil ad affectũ facit, qua repetit quater idem vocabulũ, vsq; quo. pro quo varietatis amans interpres, in tercio loco, q̃diu posuit, nec sine affectus iniuria. Gñalis senteĩa psalmi esse videtur, in persona eorũ dicti, q similia Dauid patiuntur, hoc est mortẽ & infernũ qui affectus, p̃s. sexto similis est, nam & hic mortem allegat, & pugnat cũ desperatione, misericordiã dei predicans. Quod & indicat vehementissimũ exordiũ, quod quatuor questiõibus contentiosis & acribus proruit, cũ em̃ in om̃i tribulatione mora sit grauis, in hac spirituali est grauissima, adeo vt p̃s, vi. dicat Inueteraui inter omnes inimicos meos, & p̃s. xxxi. Quoniam tacui, inueterauerũt ossa mea, dũ clamarem tota die, Ita & hic quater expostulans nimiã dilationẽ diuini auxilij, q̃ritur sese in finem derelictũ, imo obliuioni datum, hoc est, desperatũ & nũq̃ recipiendũ, sic em̃ apparet in hac pressura eterne mortis cõstitutis. Emphasis itaq; est in singulis verbis, quibus iratũ deũ exprimit, q̃tũ est in sensu & affectu spiritus, Non solũ me derelinquis tanq̃ probaturus & obseruaturus, sed etiã obliuisceris tanq̃ extinctũ, deletũ de libro vite & memoria tua, reprobatũ penitus nũq̃ visurus. Nec hoc ad tempus, sed in finem & eternaliter, vt nihil reliquũ sit spei, quin sim cũ dãnatis perdẽdus in eternũ. Q, si etiam hic clamem validissima voce & inuocem te, ecce non modo non exaudis, sed etiã ne audias, auertis faciẽ tuã a me, factus inexorabilis.

Nonne aptis verbis hunc asperrimũ & amarissimũ affectũ pingit, qui deũ vndiq; auersum, aduersariũ, implacabilẽ, inexorabilem, eternaliter iratum sentit? Hic em̃ spes desperat & de=

speratio simul sperat, viuitque solus ille gemitus inenarrabilis, quo spiritus interpellat, incubãs super aquas tenebris opertas, vt Geñ, i. dicitur. Nemo hęc intelligit, qui nõ gustarit, nõ agũt hęc obiectis & phantasmatibus, sicut speculatores ludere possunt quieti, sed intimo immortalis vitę. i. anię sensu, Immortalis est quæ patitur, immortalia sunt quæ premunt scz pctã, immortalis finis, ppter quẽ fiũt, scz deus reprobãs, & immortales qui vrgent, nempe dęmões accusantes corã deo, vt Apo. xij. dicitur, atque ita ex omĩbus causis (vt vocant) materiali, finali, efficiente, formali, ęterna & ineuitabilis est ista tribulatio. Mitius em̃ patitur anima ex ea parte, qua tpalis & mortalis est, idest per carnem & sensum, At ea parte qua ĩmortalis est, incõsolabiliter cruciatur, voco mortalem & ĩmortalem animã p exprimenda rei natura, nequis me captet in verbo, Morit em̃ anima huic vitę, q̃ tamẽ viuit ĩmortaliter futurę vitę, Ita mitius patitur ab hominibus, mundo, carne, q̃ a dęmonibus, q peccatis, morte, & inferno intentatis pręmũt, Mitius in passionibus sensualibus, q̃ conscientię pauoribus & confusionibus. Mitius propter satisfactionẽ pro peccatis & reconciliationem dei speratam, q̃ propter æternam & ĩmobilem pscientiam dei reprobantem. Quare nemo putet esse vulgaris tribulationis verba ista, obliuisceris, auertis in faciem, non exaudis, nec exaudiri statuis, deles me de memoria tua, nunque respecturus, atque etiam vt Iob. ix. ait. Et cũ inuocantem me exaudierit, nõ credo cp audierit vocem meã, ac si dicat, adeo mihi inexorabilis apparet, vt si etiam quis pręsumere possit me esse exauditũ, adeo id non credo, vt nec auditam nedum exauditam vocem meã sperem.

Talem itaque sibi deum sentiens, sibi relictus miser facit qđ sequitur, idest, ęstuat varijs consilijs vndique tentans quo liberetur, Multa consilia molitus, semper tamẽ manẽs ignarus cõsilij, sicut Ezechias apud Isa. xxxviij. Quid dicam? aut quid respondebit mihi? cũ ipse fœcerit, deprehensus enim inter angustias, nescit quo se vertat, si ad deum velit fugere, audit hoc. Auertis faciem tuam, Et, quid respondebit mihi cum ipse fœcerit. Si ad alium, nullos alius est qui possit eruere, quin oĩa cum deo contra eũ stant, atque ita angustię vndique cogũt multa consilia quęrere, nec tñ sinũt inuenire, Hoc est qđ dicit. Q̃diu ponam consilia in anima mea. Est em̃ ea dictio quę ps. i. Consiliũ impiorũ dicit, scz, studia cordis, quibus sese gerere & regere debeat.

Quę aūt sint ista cōsilia afflictę huius animę, nemo nouit, nisi qui patitur, Exemplū tamen nobis egregiū prębet Iob. ix. per totū, vbi recēset opera dei magnifica & mirabilia, ostēdēs. quō anima, in hac hora cōstituta varia cogitet, nunc assurgit videre, quę in impijs fecit deus, se consolatura, Rursun dū sua sperat pterita bona cōsyderari, iterū decidit, dicēs, Si innocentē ostendero, prauū me cōprobabit imo & hoc asserit, si etiā innocēs corā eo qs sit poterit eū cōsumere (sic em̄ sentitur), vnde dicit. Iustū & impiū ipse consumit. q. d. nihil refert, iustus siue iniustus hic sis, potest quēcq abijcere, nec potest hic iuenire, qd ponat inter piū & impiū discrimnis, cū oīa intelligat esse dei libere data. Sed nec locus, nec virtus sinūt, idē capitulū digne tractare, Christus eandem in Cruce tulit tribulationē, quando se nō habere dicit vbi caput reclinet, Et perijt fuga a me, & nō est qui requirat aīam meam. Inquietudo em̄, pauor, fuga, cōfusio hic regnant.

Dolorem in corde meo per diē. i. tristitiam, afflictionē, abiectionē (sic em̄ heb. sonat) per totū diem, pauet em̄, omi momento metuens abijci inęternū, dolorē facit ipsa angustia, quę tribulatū non finit fugere. Vnde Paulus, hęc oīa his verbis exprimit Ro. i. ijs qui sunt ex cōtentione, ira & indignatio, tribulatio & angustia in oēm animā operantis malū, Iudæi primo & Gręci.

Ponam cōsilia in anima mea, hebraice dictū est, sicut, posui in ore tuo verba mea. Et pone hoc in corde tuo, posui animam meam in manu mea, quod latine diceremus, Capiā cōsilia. Et in aīa mea (. i. cū meipso) quia non erat, a quo consiliū acciperem, cū nullus hoīm, hunc gemitū noscat, nedū consulere possit, solus ergo vt patitur, ita solus secū varia anxie consultat, non est hic coīcare consilia, sicut nec dolorē cordis, atq idipsum vehemētissime discrutiat. In cęteris em̄ vsitatis tribulatiōibus inuenire est, q silīa passi sciant consulere & cōsolari.

Vsq quo exaltabitur inimicus meus super me, prius hoc tribuit deo obliuiscēti & auertenti, nō exaudienti, nunc tribuit inimico. Atq hic iam incipit victoria inclinare ad tentatū & finis fieri tentatiōis, pars em̄ victorię est sensisse inimicū in hac tentatione ac illo superiorē iā fieri. Etsi em̄ ordinante deo inimicus exaltatur, tamē in media tentatiōe, nō apparet inimicus sed solus deus oīa facere. Atq id etiā satagit inimicus, vt tētatus non sibi, sed deo tribuat soli, sicut in Christo Crucifixo ostensum est. Quē blasphemijs eo pulsabāt, vt deo odibilis esse vi-

deretur, Sic ps. iij. Multi dicūt animę meę, non est salus ipsi in deo eius. Inimicū aūt non nomīat, sed generaliter loquit̃, diabolū tamē intelligit & eius studia. Ipse em̄ in hac tentatiōe proprie regnat. Vnde sunt, qui & Christū arbitrent̃, sepe passum esse hāc tentationē, p̄sertim in horto & Iohā. xij. vbi dixit. Et nunc aīa mea turbata est & quid dicā? Pater saluifica me ex hac hora, sed ꝓpterea veni in hanc horam, pater clarifica nomen tuū, mira verba & certe angustię plena, vide vt & hic ponit cō silia ī anima sua turbata. Primo, quid dicam? deinde orat, saluifica me, rursus negat, propterea veni in hanc horam, donec diceret, pater clarifica nomē tuū. Hic tandem finita est pugna, quę a diabolo facta esse nulli debet esse mirū. Nam Lucas. iiij. scribit, diabolū, cū eū ī deserto tentasset, ab eo recessisse ad tps. Ex quo eliciūt illi, nec inepte, fuisse eū deinceps sepi⁹ tentatū, nec em̄ audiendi sunt qui nobis ipm, quasi insensibilē truncū fingūt, quē oportet omībus tentationibus, sicut purū & verū hominē credere subiectū fuisse, sicut & ad discipulos dicit, vos estis qui permansistis mecū in tentationib⁹ meis.

Itaq; cognito inimico ista operāte, incipit mox diuinę misericordię radius micare, & animā confortare ad accusandum inimicū, & bene sperandū de deo, quod in turbine procellæ medio non potuit, ideo & hęc vltima pars est quęrelę inimicū exaltari super eū.

Respice & exaudi me dn̄e deus meus. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte.

Distinctionem versuum, quę apud nos cōfusa est, hebręā sequor, q̄ longe ecce alius affectus, qui prius q̄rebatur sese frustra orasse, deū oblitū & auersum nō exaudisse, nūc perseuerans obtinuit fiduciam exaudiendę oratiōis suę, sicut Christ⁹ Luce xi. de perseuerantia orationis docuit inter amicū recusantem & aliū perseuerantem, sic em̄ & deus aliquantulū recusat, nisi em̄ fideret se exauditū iri, nō oraret. Quare iam pene victor emergens, finē orat tentationi & sese respici, cū iam reuera respect⁹ sit & exauditus, Neq; em̄ nos ante respici oramus q̄ ille respiciat, sed vt respicientē sentire per cordis pacem & fiduciam valeamus, qui nos per gratiā præuenientem respiciens fœcit, vt respici & exaudiri peteremus, vt sit non solū gratia dei miserētis, sed & pax misericordiā intelligentis hominis.

194

Reddit aut singula singulis, quattuor questus est mala, ita quattuor postulat bona. Respice, pertinet ad illud, vsq; quo obliuisceris q. d. nō modo nō videbas me, sed nec memor eras, at nunc non solū memēto mei, sed etiam propius accede & respice, vt tāto sit amplius redditū bonū, q̄to fuit atrocius malū. Respice aūt tropo scripturę, effectū dei miserētis significat, sicut de verbo. Exurgere, dictū est p̄s p̄cedēte, & pręsentiorē gratiorem q; effectū respicere q̄ meminisse significat, sicut asperiorē non meminisse, q̄ nō respexisse, tā pulchra & p̄pria antithesi cōponit mala tolerata bonis accipiendis. Exaudi me dn̄e deus meus, pertinet ad illud, vsq; quo auertis faciem tuam a me: ac si dicat, Auersus eras ac inexorabilis, tm̄ strictus seuerus iudex nihil aliud facturus, q̄ damnaturus me, nō modo nō audiebas, sed ne audires auertebas faciem. At nunc factus dn̄s deus meus, esto non tm̄ conuersus vt audias, sed etiā exaudias, nihil aliud facturus q̄ me seruaturus, vt sic pro irato iudice clementissimū deū habeam.

Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte, ptinet ad illud, Q̄diu ponā consilia in anima mea, dolorē in corde meo per diem: Auersa em̄ facie dei a nobis statim sequit̄ turbatio, confusio, caligo mentis & cōsilij ignorantia, qua velut in tenebris palpamus & vndiq; quęrimus, quo effugiamus. Ita si leuet lumen vultus sui super nos & conuerterit faciem suā ad nos exauditurus, rursus illuminātur oculi nostri, & plena sunt omia consilijs vberrimis, Ambulans em̄ in die non offendit, quia videt lucem huius mūdi, Accedimus sic ad eū & illuminamur, & facies nostrę nō confundūtur.

Ad illud, vsq; quo exaltabitur inimicus meus super me, ptinet qd̄ sequit̄. Ne qn̄ dicat inimicus meus p̄ualui ei. Hic vero addit, Neqn̄ obdormiā in morte, periculū cōmemorās. Dormiā em̄, ea dictio est, q̄ p̄s. iiij. requiescā, & per Hiero, dormiā reddita ē. ibi. In pace simul requiescā & dormiā. i. iacebo mortuus in pace cū patrib⁹ meis. Ita em̄, quia in spū loquit̄ & vsus scripturę sic habet, dormiendi verbo, nō ad corpalem somnū, sed ad mortē significandā vtitur. Et vt dixi hoc versu, tangitur vis huius tentationis, quę est intentatio mortis & inferni p̄sentissima & intolerabili amaritudine vrgēs, & vt Ezechias dicit Isa. xxxviij. Portę inferi iam iam absorpturę in puteū ęternū, sicut alio loco dicit, Neq; vrgeat sup me puteus os suū. Quare petit, ne dormiat in morte. i. ne moriatur & iaceat mortuus, ęterna morte, qd̄ latius p̄s. vi. sic dicit, Q̄m̄ nō est in morte q

398

memor sit tui, in inferno aūt quis confitebitur tibi? Cuius cōtraria sentētia est illa ps, iiij. In pace in idipsum dormiam & requiescā, dū em̄ lumen vultus dei super eū est, lętus est, & i pace moritur. At vbi auersa facie sinit eū cōsilijs in aīa sua ęstuari, dolens metuit ne in morte moriatur .i. inquietissima & ęterna cōfusione, sicut puluis turbine raptus agitetur, proinde hic versus, lux est hui9 psalmi, clare ostēdens hāc tentationē esse in rebus sublimib9, fidei, spei, charitatis, vbi diffidētia, desperatio, odiū, blasphemia, & similia inferni dānatorūq; portenta acerbissima certant contentiōe cū fide, spe, & charitate. Nihil est libidinis, irę, supbię, auaritię, cū castitate, mititate, humilitate, largitate, negociū, imo rabies persecutionis corpalis siue sit ignis, fames, gladius, ignominia ad hoc malū compata, Vnde & hic intelligi oportet, ideo se timere mortem, q̄ nō sit in ea laus & memoria dei, sed odiū & blasphemia, id qđ vince exhorret.

Neq̄n dicat inimic9 meus p̄ualui aduersus eū, Qui tribulant me exultabūt si motus fuero.

Cū hic sit vnus versus in hebręo, sententia clarior erit, si in medio ponatur cōiūctio, Et, p̄ tautologia elucidāda hoc mō, Ne forte dicat inimicus meus, potui ei, & tribulatores mei exultent q̄ motus fuerim, Nā verbum potui ei, seu p̄ualui aduersus eū, p̄s. cxxviij. sic reddidit, Etem̄ nō potuerunt mihi, sic em̄ hebręis dicitur, id quod pręualere aduersus quempiam nos dicimus, Idem ergo est inimicos iactare se p̄naluisse, & tribulatores exultare illū esse victū, Quod vtiq; fieret, si in morte obdormiret. Eadem snīa & p̄s. vi. in eosdē dicit. Discedite a meo om̄es, qui operamini iniquitatem .i. Auen seu dolorem. q̄m exaudiuit dn̄s deprecationem meam. Et. xxxvij. Neq̄n super gaudeant mihi inimici mei, & dū cōmouentur pedes mei sup me magna loquantur, vbi eisdem pene verbis eadem sentētia dicitur, vt patet.

Ista est iactantia & insultatio dęmonum, quales in Christo crucifixo per Iudęos euomebat. Si filius dei es, descende nunc de cruce, saluum fac temetipsum, liberet eum si vult. vbi exaltatur inimicus, vt versu quarto quęstus fuit, quod ne fiat, aut non in perpetuum irrecuperabiliter fiat, hoc deprecatur. Qđ cum ab hominibus fieri molestissimum sit in victorijs his nugacibus rerum temporalium, incomparabiliter atrocior est

confusio, si fiat a dęmonibus in his victorijs rerum ęternarū, Quod & vltimū est malorū, quod dicitur, ve victis, vbi malis & afflictionibus additur ignominia, insultatio, & iactantia, quę acrius solet vrere, q̃ ipsa pugna, imo q̃ ipa cędes & casus, quo symbolo docemur quid faciat ęterna confusio victis. Q̃uo aūt dęmones exultēt, quos credimus damnationē suam vbiq; secū ferre, alijs relinquo explicandū, Satis abundant exempla, fuisse eos ad lapsum sanctorū gauisos, & si exēpla nō essent, tamen huius scripturę autoritas sufficit ad rei veritatem astruendā fidelibus.

Ego aūt in misericordia tua speraui, exultauit cor meū in salutari tuo, cantabo domino. Qui bona tribuit mihi, & psallam nomini dn̄i altissimi.

Hęc vnus versus ī hebręo sunt, & particula vltima, Et psallam nomini dn̄i altissimi, assuta est ex p̄s. vij. hebręus em̄ alterā partem versus sic finit. Qui bona tribuit mihi, seu vt ad verbū reddā, quoniā reddidit super me, Itaq; tria mēbra habet prior pars, Speraui in misericordia tua, exultauit cor meū in salutari tuo, cantabo dn̄o, de quibus affectib⁹ p̄s quinto abūde dictū est, Opponere aūt videtur hęc inimicorū suorū iactantię, ac si dicat, illi iactant se p̄ualuisse, exultant me succubuisse, at ego nō de mea virtute, sed tua misericordia me iacto, & exulto nō in mea victoria, sed in tuo salutari .i. salute, qua me indignū longeq; alia meritū saluū fœcisti per misericordiā tuā, vt emphasis sit fortis in dictionibus, misericordia tua & salutari tuo, quibus iterū inculcatur qđ sępius inculcandū est, ꝑpter ignaros dei & superbos hypocritas, Neminem scz nō inueniri peccatorem damnabilem coram deo, nec posse subsistere ante faciem aquilonis huius dęmonū, q̃tumlibet sanctus & plenus bonis opibus sit, quę illi subito faciūt, sordere suis accusationibus potentissimis, nisi syncera fide & spe, de suis meritis & dignitate desperans, purissimā gratuitāq; misericordiā dei apprehendat & firmiter teneat in eaq; sola sese confidat salutē consecuturū, vt sic stet occasio cantandi soli dn̄o, non nobis, qui indignos mera misericordia saluos fecit, in q̄ salute exultare com possit, Nam si aliud prodesset ad salutē q̄ misericordia dei, idipsum sine dubio & hic posuisset, imo quæstus fuit, vniuersa

consilia

consilia animę suę, inter quę & de meritis suis tractauit, nō nisi dolorē ei prębuisse, adeo misericordia sola necessaria, & nihil secū patitur, in quo simul speret homo. Hoc em̄ esset diuaricari pedes & claudicare ī duas partes, & more Samaritanorū simul deū & Idolū colere, quē nemo colit, nisi fides syncera & vnica in vnicam misericordiā suā. Alioquin nō soli dn̄o cantabit, gratięq; agētur, sed & Idolo nostro, quod cooperatum fuerit, quod absit.

Q m̄ reddidit, Non hic merita digni, condigni, congrui oportet somniare, sicut hoc verbū retribuere seu reddere accipimus, quod em̄ per misericordiam solam redditur, indignis & gratuito redditur, cui debetur cantus, laus & gratiarū actio. Quod vero meritis redditur, sine misericordia, imo exigente iustitia, vbi laus debetur & cantus operanti nō reddenti. Qui impij doctores his pestibus doctrinę suę extinguūt, exultationē cordis & suauitatē dei in hominibus, & auferūt laudem eius, sicut Mich. ij. dicit. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarū suarū .i. de conscientia exultante in salutari dulcis misericordię dei, & laudem meam tulistis a paruulis earū imperpetuū, Stat sentētia, omniū hominū more quoq; firmata, eos in benefactore lętari, cantare, benedicere, qui se gratis adiutos intellexerint, quod quāto magis in deo pręstandū est, vt intelligamus & faciamus. Sciēdū q; ea q̄ in tentationibus amiserat siue amisisse videbatur, post cumulatius reddēte deo, receperit, proinde retribuere potius amissionem meritorū q̄ acquisitionem respicit, si scripturę vsum obserues, seu mutationē potiꝰ rerū, dū deus occidit & viuificat, peccatores facit & iustificat, & oīno auffert oīa, vt oīa reddat, Quā crucis sciētiā, qui nō habent, coguntur istis somnijs agitari de congregandis meritis, quę pręmijs congruis, condignis, dignis compensentur, etiam apud deū, Nā & illud Apl'i. Reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi in illū diem iustus iudex, potius referam, ad aduersarios pertinere q̄ ad sua merita, hoc modo, Deus cū sit iustus iudex, reddet mihi in illo die coronā pro stercore, quo me in hoc die confundit mūdus, Huic vero ꝑ sua gloria, qua in hoc die superbit iniquus, reddet & mutabit ignominiā in illo die, vt oīno significet aliud auferendū & aliud reponendum, vtrūq; gratuita misericordia, sicut Ihesus sacerdos apud Zachariā. iij. exuitur vestibus sordidis, in quibus aduersabatur ei Satanas, & induitur mutatorijs, vt ibidē dicit.

Id quod, mihi, & heb. alai, super me, dicitur, eadem dictio

D

Sola fides colit deum

In tentationibus nihil suscipit

Cui autē hec recepit bona illa mercedem sole stercore non ponit Ambro: in Hexameron

est q̄ supra, Vsq̄ quo exaltabitur inimicus meus super me. Et p̄s. vij. secundū innocentiā meam super me, vbi rectius dixissemus, scz̄m innocentiā meā mihi, q̄ ea q̄ ex Hieron. docuim⁹ & p̄sumpsimus, cū eadem dictio motū ad locū dūtaxat significet, vt & p̄s. xxxvij. Dū cōmouētur pedes mei, super me magnificauerūt, ita & ibi. Iudica scz̄m innocentiā meā super me, seu iudica ad me seu mihi, vt super me ad verbū iudica, nō ad innocentiā copuletur.

¶ PSALMVS TERCIVS DECIMVS HEB. QVARTVS DECIMVS.

AD Victoriam Dauid.

Dixit insipiens in corde suo, nō est deus, corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis, nō est qui faciat bonū, non est vsq̄ ad vnum.

Hi duo versus sunt vnus hebręis, & particula, non est vsq̄ ad vnum, superfluit hoc loco, quę tercio versu semel ponitur, Hebręus sic. Dixit stultus in corde suo, non est deus, corrupta & abominabilia fecerūt studia, nō est faciens bonū. Vbi stultus singulari numero per synecdochen ponitur pro toto populo, quia sequitur, fecerūt pluraliter. Est aūt hic psalmus ex Gen. vi sumpt⁹, vbi similibus verbis dicitur, corruptā esse terrā a filiis hoīm, & dn̄m respexisse super filios hominū, & iniquitatem seu malitiā, quę hamas hebraice dr̄. i. iniuriā, vim, oppressionē p̄ualuisse, quod hic dicit plebē deuorari, Quare eiusdē historię series hūc psalmū pulche illuminabit, qui generationem impiorū simili corruptela, siue describit in p̄senti, siue ꝓphetat in futurū p̄ualere, Semp em̄ talis gn̄atio durat, licet aliqn̄ atrocius sęuiat, nihil ergo hoc p̄s de presecutiōe piorū, nec de falsis mgr̄is loquit̄, sed scopus eius est. Mores & vitā peccatorū siue gn̄ationis prauę describere, & ostendere om̄s homines esse peccatores & malos, qui extra gratiā agūt, vt qui nō nisi in superbia, libidine, rapina, fraude, cęde & similibus peccatis viuunt, licet hęc om̄ia nitātur colorare aut negligāt obseruare, & ī hūc scopū adducit eū Paulus Ro. iij.

Primū malū, fons scz oīm malorū est, ignorantia dei, qui em̄ in primū pręceptū peccat, nullū aliorū non p̄uaricatur. At

cum in primo precepto omia precepta pendeant, indeq; regu lentur & agant, deinde nullũ aliud pluribus modis nec pluribus hominib⁹ violetur, ex eo ipso facile est intelligere, q̄ pauci sint boni, & inter filios hoim nõ esse vnũ qui faciat bonũ, Nã vt nõ oẽs adulterẽt aut libidinẽt i ope aut occidãt, oẽs tñ eadẽ oibus cõi incredulitate in primũ preceptũ peccant, & data occasione libidinant, occidũt omneq; malũ faciũt. Itaq; ois filius Adã est Nabal iste.i. stultus & idolatra, ignarus dei, vt hic dr. Nõ aũt hoc intelligendũ est, q̄ si prorsus nihil de deo sciant, cũ Ro.i. doceat. Notũ dei esse manifestũ oĩbus, nisi em̄ esset notitia diuinitatis inextinguibiliter oibus hoibus indita, nũq̄ fuisset idololatria inuẽta. Cur em̄ idola coluerũt, nisi q; diuinitatem aliquã esse oẽs persuasum habuerũt? Q̃uo eã tribuerẽt hominib⁹ demonib⁹, & sic veritatẽ dei in mẽdacia verterent, si eã nõ esse putassent? Aut quõ eos honorare p̄sumpsissent, quib⁹ nihil.i. diuinitatẽ nusq̄ existẽtẽ, tribuissent? Cognouerũt ergo, sed hoc errauerũt q; veritatẽ dei cõmutauerũt in mendaciũ, & ecõtra mendaciũ in veritatẽ dei, hoc est, id qd' vere deus est, tribuerũt hõi aut creature, & ediuerso qd' nõ est deus, sed mendaciũ, tribuerũt deo, qd' fœcerũt & adhuc faciũt, qui op⁹ & ṽbũ dei nõ intelligentes, blasphemant & demonibus tribuũt, rursum placita sua siue verbũ siue opus etiã ex demone suggestũ, deo tribuũt, frequentissimũ oim malorũ.

Nã nec illi Gen̄.vi. scribunt deũ sic ignorasse, qd' nihil de eo scierint, cũ iustitie pco Noe illis deũ p̄dicaret, sed spũs meus, inquit, nõ permanebit i hõib⁹ istis ineternũ, quia carnes sunt, seu vt hebreus, spũs me⁹ nõ iudicabit, nõ disceptabit cũ eis, nõ habet opationẽ suã in eis, qa crucifixionẽ carnis respuũt, ideo spũs mei iudiciũ nõ sustinẽt. Quib⁹ ṽbis, siue p Noe siue (qd' magis credo) p alios q̄q; dictis, idẽ voluit qd' hic p̄s, scz publice arguẽs eos esse carnes & sine spũ.i. abomiabiles & corruptos, nõ faciẽtes bonũ vsq; ad vnũ. Ita hic in spũ loquens, facie contẽpta, & renes scrutãs ac corda, dicit Nabal istũ negare deũ, nõ in ore & gestu & pompa externis, vbi deũ etiam p̄ veris dei amatoribus iactat se nosse, sed in corde.i. intimo affectu, cuius cecitatẽ mox sequit̃ cecitas q̄q; mentis, vt nec recte de deo cogitet, nec loquat̃, nec opetur, sicut p̄s.x. dictũ ẽ. Et Paulus Tit.i. dicũt se nosse deũ, factis aũt negant. Hi ergo soli habẽt deum, qui in deũ credũt fide nõ ficta. Ceteri oẽs sunt stulti, & dicũt in corde suo, nõ est deus.

Alterũ malum scz riuus imo gurges malorum, qui ex

hoc incredulitatis fonte proruit, Est om̃ia eorum studia (idest quicquid cogitant, sapiunt, dicũt, faciunt, statuũt, aut quouis modo agũt) esse praua & abomĩabilia, quasi iuxta Paulũ Tit. i. dicas. Immũdis nihil est mundũ, sed inquinata est eorũ mẽs & conscientia, Atq; ita vno verbo breuiter pronũciat vniuersam vitam incredulorũ, vt Ro. xiiij. Om̃e quod nõ est ex fide peccatũ est. Dictio em̃, ęlila, quę hic pro studijs ẽ reddita, sicut & ps. ix. Anunciate inter gentes studia eius, generale nomẽ est, vt om̃ia significet, quę quis gerere possit, cõsilia, conatus, verba, opera, vt om̃ia aut per fidem ꝓbata & grata, aut per incredulitatẽ praua & abominata esse intelligam⁹, quęcũq; homo põt aut facit, Nam & Apl'us Tit, i. cũ rationem redderet, quare nihil esset mundũ immũdis & inquinatę essent eorum mens & conscientia, non aliã dedit, q̃ ꝙ essent increduli & per hoc abominati & ad om̃e opus bonũ reprobi.

Quid ergo hic dicturi sunt, qui opera moraliter bona & neutralia cõmenti sunt? profecto aliud nihil, q̃ ꝙ corrupta studia & abominata & ĩmunda & inquinata & infidelia fingent sibi, idẽ esse quod nõ meritoria nec demeritoria, nec peccata, nec tñ merita, sic em̃ miseri loquũtur deceptores, timorem dei extinguentes, hominibus palpantes & gratiã fidei minorãtes, sed resistit eis etiã ipsorũmet sensu Apl'us Ro. xiiij. vbi omne quod nõ est ex fide, pct̃m vocat. Hic em̃ ipsi fidem cõscientiã intelligunt, optime loquẽtes, nec minus salubriter q̃ Caiphas ꝓphetauit, nisi ꝙ suũ optimũ verbũ sicut & ille nõ intelligũt. Si em̃ homo aliquid faciens aut viuens qđ non credit deo placere, idest contra conscientiã suam est, ędificat ad geennã, iam vere om̃ia eorũ opera & studia quę contra conscientiã faciũt. i. quę non sunt ex fide, seu q̃ non credũt deo placere, ędificãt ad geennã, quod & verissimũ ẽ, Oportet em̃ christianũ hominẽ credere sese in om̃ibus placere deo. Quando aũt hic locus nos vocat de fide & operibus loqui, paululũ verbositati dandum est, sicut fecimus de spe & passionibus ps. v. facturi idem de charitate & beneficijs vbi locus fuerit.

Principio hoc certũ est inter pręcepta dei summũ, maximũ & primũ esse, id quod in decalogo Mosi primo loco ponit, Ego dñs deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, Nõ habebis deos alienos coram me &c̃. Cuius pręcepti opera sunt ꝓpria & (vt vocant) elicita & immediata, credere, sperare, diligere, timere deũ & ea q̃ dei sunt, Quę opera nostri appellant habitus & actus elicitos, ideo in mortuã literam lapsi deputant eis opa

externa, vt labijs orare, genu flectere, & id genus alias ceremonias. Qua theologia excęcati, nō possunt intelligere verba diuinę scripturę, vbi de opere dei, fide, spe, charitate, timore docent. Maior em̄ scripturę totius pars hoc agit, vt opus dñi (.i. fidem) cōmendet, vt Isa. v. Opus dñi non respicitis, & Ioh. vi. Hoc est opus dei vt credatis in eū quem ille misit. Et p̄s lxxx, Israel si audieris me non erit in te deus recens, nec adorabis deū alienū. q. d. hoc erit opus cultus dei, si audias seu credas. i. fides est vere latria & primi mandati primū opus, Quare qui scripturas volet ītelligere, oportet, vt relicto philosophico theologorū ritu, vocabulū, opus dñi, tāto studio discat introrsū trahere ad actus animę, quos illi elicitos vocāt, quāto illi extrorsum traxerūt ad actus (vt dicūt) imperatos & mediatos, aut ꝙ magis excecanṫ, ad opera creationis extra a deo perfecta.

Sicut aūt nihil facit, qui primū pręceptū omittens, omnia alia inferiora tam diuīa ꝙ humana seruat, ita nihil facit, qui ꝙcūꝗ bona facit & mala omittit, si non credit in deū. Cum sicut primū pręceptū est, metrū, mensura, regula, virtus oīm aliorū pręceptorū, in quo, tanꝙ ī capite om̄ia membra, pendent, viuunt, vegetātur. Ita fides opus eiusdem pręcepti, est caput vita & vitus oīm aliorū operū & verissime vniuersale illud reale, quod est vnū in om̄ib⁹, vt nullū opus sit bonū, nisi fides ip̄m operata fuerit, īmo nisi fide vt fermento nouo penitus imbutū ac perfusum fuerit. Fides aūt esse nullo mō pōt, nisi sit viuax quędā & indubitata opinio, qua homo certus est super oēm certitudinem sese placere deo, se habere propitiū & ignoscentē deū in omibus quę fecerit aut gesserit, propitiū in bonis, ignoscentem in malis. Quid em̄ est fides quę non est talis opinio? talem ꝓbat Ap̄lus heb. xi. multis exemplis, & Christus in Euāgelio facturus virtutē fere explorat primū an credant eū posse & velle facere, qui ob hoc ip̄m scribitur Matt. xiij. in patria sua nō potuisse multas virtutes facere propter incerdulitatē eorū, & xvij. discipulos propter incredulitatē eorū dicit nō potuisse eijcere dęmoniū lunaticū.

Ex his intelligitur vnde fluat illud Ap̄li Ro. xiiij. Omne quod non est ex fide peccatū est. Et Tit. i. Inquinatę sunt eorū mens & conscientia. Quare? quia sunt increduli, cū sola fides purificet cor Act. xv. Et impleat om̄ia mandata dei, vt Eccle. xxxij. In om̄i opere tuo crede ex fide animę tuę, hęc est em̄ cōseruatio mandatorū dei. Nota, in om̄i opere tuo crede, & fides est mandatorū dei conseruatio, Nonne noua nostris theologis

ſententiaꝝ? Idem Eccle.ix. Vade & comede in lętitia panē tuū, & bibe in bono corde vinū tuū, quia placent opera tua deo, vbi hebręus dicit, ki kebar ratza ha ęloim eth maęſchecha. Bar aūt varię tranſferri pōt, qm̄ ſicut filius (ſiue electus ſiue purus) placens deo, opera tua, vel ſic, Qm̄ ſicut filij placētis deo, opa tua, vt ſit ſenſus. Eſto ſemper lętus & iucūdus, ſciens ꝙ quicqd feceris, tale eſt apud deū, qualis eſt dilecti & electi filij coram patre ſuo operatio, quo modo Malach.iij. dicit. Et erūt mihi in die, qua ego faciā, ī peculiū, & parcā eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi. Sequit̄, Om̄i tp̄e ſint veſtimēta tua candida, & oleū de capite tuo nō deficiat, fruere vita cū vxore quā diligis cunctis diebus vitę vanitatis tuę, qui dati ſunt tibi ſub ſole om̄i tp̄e vanitatis tuę. Hęc em̄ eſt pars in vita & labore tuo, quo laboras ſub ſole. Vbi, veſtimēta & oleū, licet multi nō indigna tropologia pro operibus & lętitia accipiūt, tn̄ ad literam puto dictū, ꝙ diebus lętitię candidis veſtibus, ſicut in luctu, pullis & atris ſeu ſacco vti ſoleant, ſaltē eius regionis homines, vt lętitię apparatum tam in victu q̄ amictu ſignificet, ſicut & Chriſtus Matt.vi. Tu cū ieiunaueris, vnge caput tuū & laua faciem tuā, .i. eſto lętus &c̄.

Pernicioſiſſime ergo docent, qui illuminatos fidei mgr̄os ſeſe ꝓfeſſi, negant neceſſariā eſſe hanc fidē in om̄i ope, imo in om̄e opus, fingentes nobis generalē quādā fidē in habitu ſtertentē ſeu mortuā potius, quę ꝓ tp̄e actū credendi eliciat, Quod em̄ tēpus huic actui dabūt? an tantū inquiſitiōis tēpus? Verū ſtultitia poſſedit eos nimia, qua fidem & opus eius cū cęterarū virtutū vſu contulerūt, vt quia nō om̄i tp̄e orare, legere, pauperes viſitare, infirmos iuuare, imo nullum opus, perpetuo & aſſiduo facere poſſumus, arbitrātur & fidē ſimili viciſſitudine, aliqn̄ operari, aliqn̄ quieſcere, nō intelligentes, ꝙ in om̄i operū varietate manet ipſa eadē fides in om̄i opere credens & confidens deo ſeſe placere, ſeu potius illū ignoſcere & ꝓpitiū eſſe, Error ergo eſt, fidem & opus eius iuxta alias virtutes & opera collocare, quā oportet ſupra om̄ia eleuare, & tanquā inceſſabilem quandā & generalem influētiam ſuper om̄ia opera exiſtimare, qua monente & agente, omnia, moueantur, agant, vigeant, placeant quę ſunt in homine. Sic Samuel ad Saul. i. Reg.x. nullū p̄ſcripſit opus, ſed ait. Et inſiliet in te ſpiritus dn̄i & ꝓphetabis cum eis, quādo ergo euenerint omnia hęc ſigna tibi, fac quęcūq; inuenerit manus tua, quia dn̄s tecū eſt, Itaq; in fide omnia opera ſunt ęqualia, vtcunq; ſeſe obtulerint. Ipſa

enim sola est opus operũ omniũ, vbi aũt differentia operum fuerit, hic vel fides deest, vel in oculis insipientiũ apparet differentia operũ aliqua esse. Credenti em̃ deo, idem est, si ieiunet siue oret, siue fratri seruiat, in omnibus em̃ deo se seruire nouit & placere ęqualiter, siue magna siue parua sint opera, preciosa siue vilia, breuia siue longa, Nec eligit proprie aliquod opus, rursus nec reprobat vllum, sed vt Samuel ait, facit, quodcunq; inuenerit manus eius. Vbi aũt fides non est, ibi feruet miserrimũ negocium, distinguendorum, eligendorũ, reprobandorũ operum, dum stulta & impia opinione credunt, se hoc opere minus, & illo magis placituros esse, quę iniq̃tas plena labore, cura & sollicitudine, hebraice, Auen & amal dicit, vt supra satis dictũ est.

Horum impia stultitia est, quadam spirituali simonia velle donum dei emere, Hoc enim agunt, vt per & post opera fidẽ in deum habeant, suisq; studijs propitium deum faciant, cum econtra, deum propitium habere oporteat in fide primum, deinde in eadem fide operari bona, vt sit gratię preuenientis, non nostrę virtutis merentis q; placemus deo, Nõ em̃ placere potest vllus deo, quia operatur bona, sed operatur bona, q̃a placet deo, vt causa operum bonorum sit fides placendi deo, non aũt opera sint causa fidei placendi deo, Vnde & impossibile est eos non magis fidere in sua opera q̃ in deum, & si (vt solent hypocritę mentiri) iactent sese in deo solo fidere, ita semp circa fidem reprobi manent, simulantes perpetuo sese cõfidere deo, incredibileq; est, q̃ occultum, profundũ, magnũq; malum sit, hoc vitium cordis humani, quod non modo bonis operibus sese vestit & alit vsq; in insuperabilem ac desperatã peruersitatem, sed & ipsi⁹ fidei, cui ex diametro pugnat, titulo & precio sese tum venditet, tum palpet in seipso, Dauid in illđ orat p̃s. l. Cor mundum crea in me deus, & spiritũ rectum innoua in visceribus meis. Et. xiij. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo, Si quis videre posset, quot speciosissimos operarios perdat hæc nequitia, intelligeret illud Eccle. viij. Vidi impios sepultos qui etiam cum adhuc viuerent, in loco sancto erant & laudabant in ciuitate quasi iustorũ operũ, Deniq; vix est aliud naturalius homini vitiũ & maiore cura eradicandũ, q̃ subtilis ista p̃sumptio, q̃ semp nitit̃ deũ p̃uenire, & per op a sua, p̃pitiũ facere. Ex quo mõstro naturali fluxerũt etiã impia illa dogmata ĩ Eccl'ia

quibus homines pro placando deo & satisfaciendo p peccatis ad opera & indulgentias impellũtur, fide dei penitus omissa. Quin ego credo id radicatissimi mali & speciosissimi doli i spũ (vt ps xxxi. vocat) non extingui, imo nec cognosci quidem vnq̃, nisi homo maioribus illis mortis, inferni, conscientię, seu fidei, spei, predestinationis & id genus tentationibus vexetur. Cętera oĩa augent potius q̃ tollant, quantũlibet sint magnę virtutes aut opera.

Eadem pernicies est eorũ, qui negant oĩa opera extra fidẽ facta, pctã esse, quã supra tetigimus. Quibus si dicas, an opus bonũ factũ in adulterandi, occidendi, furandi studio, aut in rebellione seu inobedientia, sit peccatum, sine dubio respõdent peccatũ esse, Cur ergo peccanti in primũ pręceptum & facienti opus bonũ in inobedientia dei (.i. incredulitate) tantũ tribuunt vt peccatũ esse negent? An non est inobedientia dei & incredulitas tãtũ peccatũ, quãtũ est fornicandi studiũ seu castitatis neglectus? Verũ peccatũ incredulitatis arduũ & oĩm naturalissimũ est, imo natura ipsa factũ, de qua dicitur, oĩs homo mẽdax, non potest in seipso homo agnoscere, sed peccatũ carnis & furti & homicidij & rebelliõis humanę, quia in crassa parte sua, sensu & corpore geritur, facile intelligitur in parte sua subtiliore scz anima & intellectu, sed ipsa anima suũ incomparabiliter maius vitiũ & trabẽ in oculo suo nõ sentit, ideo festucã corporis sui facile videt, sicut est ingeniũ hypocritarũ & oĩm q sunt spiritu immũdi, donec robustis & spiritualibus periculis mortis & inferni examinẽtur, sicut in simili. Calx friget donec aqua perfundatur, vnde recte Sapiens dicit, Initiũ seu caput peccati, seu potius princeps & summũ oĩm peccatorũ est apostatare a deo, Cuius capitis velut membra sunt, rebelliones, libidines, cędes, furta, & quicquid peccatorũ nominari potest, Quib⁹ nos deus velut monet, vt cogitem⁹, si hęc tam magna & fœda sunt, q̃ magnũ & fœdũ sit caput & regulus ille multipes & multiceps gliriũ istorũ, incredulitas ipsa, imo Basiliscus, vt quod solo conspectu omnia opera mortificet. Quid ergo sunt multa opera bona sine fide, nisi (vt Christus ait) Sepulchrũ dealbatũ, intus plenũ oĩ spurcitia & iniquitate?

Corruit & illa peruersitas de obice ponendo vel tollendo vulgata, si ẽm adulterari aut furari aut occidere, est obicem ponere, quantũlibet simul quis bona operetur aut sese disponat, quãto magis nõ credere est obicem ponere, etiã si oĩa interim opera bona faciat, multo ẽm rigidius pręceptum est vt credamus

mus in deũ, q̃ ne fornicemur aut ne occidamus, Quare fidei in prima tabula p̃ceptę, omissio, longe pponderat istorũ peccatorũ cõmissioni in secunda tabula phibitorũ. Itaq; sicut incredulitas fons omniũ malorũ, nullũ sinit op⁹ bonũ fieri, aut si fit, polluit, & ad omia peccata pronum facit. Ita ecõtra, fides fons oim bonorũ non sinit fieri malũ, aut si fit, statim tollit & purgat, & ad omia bona opera pronũ facit. Inde cũ Adam & Heua incredulitate peccassent, mox libidinem ceu fructum in membris senserũt, contra Ioh. vij. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flũina de ventre eius fluent aquę viuę. Et. ij Timo. ij. Et discedit ab iniquitate omis qui inuocat nomen dñi. Quare nos fortiter teneamus, primũ pręceptũ esse caput & initiũ oim pręceptorũ, & opus eius esse caput & initiũ oim operũ, totaq; via errare philosophiã moralem peripateticorũ, quę dicit, faciendo iusta tempata efficimur iusti tempati &c. Non sic impij non sic, sed iusti tempatiq; facti, facimus iusta & tempata. Iusti aũt efficimur per fidem, quę credit deũ esse nobis ppitiũ, quod vt crederemus, p̃cepit dicens. Ego dñs deus tuus, Non habebis aliũ deũ coram me, sicut aũt credimus, sic fiet nobis, Neq; em fides hęc fallitur, fallit poti⁹ qui hoc timet aut dubitat credere.

Dices aũt, quõ potest fieri, vt in omnibus operib⁹ credã me placere deo, aut deũ mihi esse semper & perpetuo ppitiũ, cũ aliqñ cum proximo loquar, bibam, comedam, rideam, sed & iocer aliquoties & iucundis sermonibus mutuo nos consolemur? Iam quid si peccem manifestario peccato & ruam etiã grandi aliq̃ lapsu, vt irę, libidinis, cupiditatis? atq; quis ẽ ille perfectus vir, qui non offenderit in verbo? vt Iacobus Apl'us ait, Sed & tu ipe doces, in omni opere bono esse vitiũ, nũquid vitiũ deo placere põt?

Respondeo, primũ de operib⁹ familiaritatis, Hypocritę qui opera dei concluserũt in suas tristes angustias, rigidi & implacabiles censores sunt eorũ operũ, quæ familiaritas honesta facit, vt sunt hilares cõuictus, acute aũt facete dicta, risus & iocus humaniores, Nã de scurrilibus, cachinno, turpiloquio hic nihil dico, quãdo hęc, nec humanitus instituta viuendi ratio probat. Verũ cũ vita ista sine conuictu non transeat, certe credere te oportet, deo etiam placere, si fratrem hilariore vultu alloquaris, blandiusculo risu inuitaris, nonnũq̃ & facetulo aut arguto dicterio delecteris, Nam hęc nimirũ est Chrestotes illa a Paulo Gal. v. cõmendata, quã benignitatem seu suauitatem conuersationis vocant, quam idem. ij. Corin. vi. exhibere nos

iubet, dicens, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia, & infra, in suauitate in spiritu sancto, vbi in spiritu sancto addit, ne comitas ista seu hilaritas, sicuti fere solet, degeneret in leuitatem & effusam scurrilitatem, ac licentiam quandā qđlibet dicendi & faciendi, donec ex suauitate fructifera spiritus sancti faciant suauitatem mortiferam spūs īmundi. Sic de S. Bernhardo legitur. Qui fratrem tristiorem solaturus, iocatus est in eū ponens ei pedem in insidijs vt caderet, dicensq́. Factū ociosum, sed non ociose. Q. siquid etiā peccati (sicut timendū est) per ignorantiā irrepserit, vincit tn̄ fide dei, qua credim⁹ nos ita placere, vt ignoscat qđ peccatū est, qui talem se nobis p̄bet qualē credimus.

De peccatis vero manifestarijs illud prouer. xxiiij, dico. Septies cadet iustus & toties resurget, impij vero corruent in malū, hoc em̄ distat iustus ab impio, q impius per opera p̄sumit deū placare & vincere, vnde vbi ciderit nūq̄ resurgit, qa aliam viam resurgendi non habet, q̄ opera, quibus deū flectat sicuti putat, qđ quia nō potest fieri, pacem cordis nō inueniēs vnq̄, necessario desperat. Iustus aūt qui scit deū nō mō promisisse & preuenisse, sed etiā p̄cepisse ante om̄ia opera ī se credi & sperari, nec ideo resurgit, quia operibus nititur, nec ideo iacens manet, quia cecidit, sed promissi & precepti dei memor misericordiā p̄pitiam ante oculos habet, quā solā ante oculos habere iussit, qn̄ dixit. Ego dn̄s deus tuus. Sic p̄s. xxv, facit. Q m̄ misericordia tua ante ocl'os meos est, & cōplacui in veritate tua, ideo verbo & precepto dei sustentatur ne corruat cum impijs in malū desperationis, Sicut ergo diuerso imo cōtrario studio nituntur, ita contrario fine cadūt. Impius nititur opib⁹ in deū currere. Iustus aūt studet fide ex deo venire & nasci. Ille p̄ponit iustitiā dei superare viribus suis, hic misericordiā dei proponit, que sanet om̄es infirmitates eius. Et in hac re exēplū patris & filij predictū adhibere oportet, Filius em̄ siqn̄ peccauerit, patrem quidē timet, sed fiduciā nō ponit paterne benignitatis, parat⁹ tn̄ est humili cōfessiōe peccati portare disciplinā paternā, sicut ex Malachia. iij. retulimus, Parcam eis sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. Et p̄s. lxxxviij. Visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberib⁹ hoīm peccata eorū, misericordiā aūt meam nō dispergam ab eo, neq́ nocebo in veritate mea, Prudens ac sciens hic pretereo Theologorū recentiū questiōes, an fides pereat per peccatum mortale, & quid sit peccatū mortale, quod hec res nondum maturuit, ignorantibus illis quid sit fides aut mortale peccatū, & sibi ipsis arrogantibus, decq́

arbitrium pronunciandi rapientibus, cũ quantõ peccatõ stet aut non stet fides. Secretum meum mihi, ait Isaias, & secretum dñi timentibus eũ ps. xxiiij.

Tercio, de peccatis in operibus bonis, concedo nullũ esse opus bonũ, quo deo placere queamus, sicut orat Ecclesia dicens. Dñe sẑm actum meum noli me iudicare, nihil dignum in conspectu tuo egi. Et iterum, Vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filij tui &c̃. Atq; hęc ipsa est gloria & gratia fidei, q; sola ipsa est opus placitũ, qđ nostra oĩa placita facit, & omnia displicita tollit. Si enim cętera nõ essent peccata, nec displicerent, fide non esset opus quę interpellaret, Quare ex ipsius fidei tum vi tũ necessitate discimus nobis esse desperandũ de vniuersis operibus nostris, & proposita misericordia dei cũ iudicio dei pugnare, sicut Iacobus. ij. dicit, Supexultat misericordia iudicium. i. misericordia gloriatur aduersus iudiciũ, & plus potest fides misericordiæ dei pro iustificatione, q̃ timor iudicij dei pro damnatione conscientię nostrę, proinde semper timendi causam habemus, dũ omnia quę facimus mala sunt & per se damnabilia. Rursum eodem timore occasionẽ quoq; habemus semper credendi & contra timorẽ iudicij, per fidem misericordię pugnandi, triumphandi & gloriandi, vt stet illud ps Beneplacitum est dño super timentes eum & sperantes super misericordia eius. Sic. i. Iohan. ij. Sed & siquis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ihesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Eiusdem. iij. Si reprehenderit nos cor nostrum, maior est deus corde nostro & nouit oĩa.

Ex his oĩbus sua spõte notescit, quid de cerimonijs sentiendũ, & quatenus eis vtendũ sit, de quibus cum varię sit disputatũ, etiam antiquis patribus, & hodie multis penitus adorentur, rursum alijs oĩno contemnantur, pauca dicenda sunt. Primũ, Certum est in nouo testamento vnas tantũ cerimonias esse diuinitus institutas, scz, sacramẽtũ Eucharistię, quod tñ & ipsum non alio fine factũ est, nisi vt populus ad verbum dei & orationẽ cõueniret, In q̃ simul qui per verbũ essent conuersi & instructi, baptisarent̃, & accepto sancto pane confortarent̃. Cęterę oẽs Ecclesiasticis decretis institutę & auctę sunt, donec Ecclesiam hodie aliud non esse permitterent, q̃ meras cerimonias, extinctis prorsus oĩbus dei mãdatis. Quare hic discere debemus, ne ad dextram nec ad sinistram declinemus, hoc est, ne cerimonias aut nimio ęstimemus, aut nimio contẽnamus, sed recta via & medio incedentes, proptẽ tum eas obseruemus,

tum deseramus, in qua re non erit, quod nos fidelius, certius, tutiusq; ducat, q̃ ipsa fides & charitas, longe inq̃ certius & fidelius & tutius, q̃ vniuersę oĩm pontificũ & doctorũ dispensationes, Epiicię & interpretatiões.

Sit ergo hoc positũ, Q. hanc vitam sine ceremoniis agi est impossibilę, cũ em̃ simus in corpore & medio tpaliũ rerum, differentias operum, locorũ, officiorũ, temporũ, personarum aliarũq; rerũ non possumus euitare, & sicut Paulus Ro. xii. & .i Cor. xii. dicit. Multa membra & vnũ corpus, sed nõ oẽs eundẽ actũ habent, Nam si tollas ceremonias om̃es, vbi stabit vllum imperiũ, regnũ, principatus, magistratus, aut vlla deniq; administratio mundi? Neq; em̃ domũ aut familiam, nec liberos regere possis, nisi tpa, loca, officia, operaq; distribuas, & statis cerimõiis administres, sed neq; teipsum, nisi certis horis, certis studiis, certis locis tete exerceas, Neq; em̃ aliter corpus tuũ te viuere sinit, saltem quod ad fructũ & salutem pertinet, Quid em̃ facies aut viuas, si nihil operis, loci, tẽporis, officii, psonę tibi proposueris? Deinde, Quid sunt opera externa ipsa mandatorũ dei & totius Euangelii, q̃ quędam cerimonię? Quid est, orare, ieiunare, vigilare, laborare manu, iuuare proximũ, nisi cerimonię? Veruntñ, cerimonię prophanę seu ritus politici, & secularíũ rerum iura siue consuetudines, aut quocũq; nomine censeri debent, vt sunt multo quidẽ necessariores & necessario plures variięq;, ita sacrę cerimonię & ritus Ecclesiastici, seu iura rerum (vt vocant) spiritualiũ, sunt multo periculosiores, q; in his factis procliue sit, fiduciam vanam aut omissis, stultum timorem (.i. pessimã vtrinq; conscientiã) concipere. Ipsa enim fides, quę est in deũ, magnis fluctibus hic periclitatur, vbi nõ affuerit seruus dñi fidelis & prudẽs, qui sciat separare p̃ciosum a vili. Si em̃ cerimoniis ceperit fidere, aut extra cerimonias diffidere, iã fides periit, quę cerimoniis vti debuisset, sicut sessor equo, & regnant ipse solę, seruiles scz personę, & vt Eccle. x. dicitur. Seruus in equis & principes ambulantes super terram sicut serui, periculũ inq̃ est, ne cerimoniista cõfidat sese placere deo per cerimonias, falsus earũ sacra specie, & qđ in iis agũt, q̃ ad deum pertinent, Quod periculũ, in prophanis, aut nullũ aut paruũ est, & ita crassum, vt qui in eo inflatus superbierit, etiã hominibus stulta cõfidentia, seu vt dicitur, philautia notetur, cũ agantur in his quę sunt mundi.

Quare cerimoniis ĩ fide & charitate vtendũ est, vt sint vtiles, sine quibus non possunt non esse noxię & perditionis occa-

ſiones. Si em̄ om̄ia alia opera bona ſunt pernicioſa extra fidē, quāto magis opera cerimoniarū, humanitus ſtatuta, Tūc aūt fiunt in fide & charitate, quando non neceſſitate ſui, nec quia bonę, nec quia precep tę ſunt, fiūt, ſed libertate ſpirit⁹, hoc eſt, ſi qs confidit ſe etiam in ijs deo placere, quę ex ſeipſis indifferē tia ſunt, faciens hac fide ſua ſibi lucrū, ex re, quæ nec lucrū, nec damnū eſt, & ex non bona, bonam. Ad quod faciendū, nō mouet, ꝙ multa ſibi merita cogitet in his parare, ſed vna hac ſola cauſa, ꝙ ei neceſſario viuendū ſit in corpe, quod cerimonijs carere nō poteſt, licet ipſe eis prorſus non indigeat, abundatur meritorū ex ſola fide ſua, deinde. ꝙ neceſſario ei cōuerſandū ſit illis, qui vel prophanis cerimonijs opus habent, ſæculi huius perituram ſubſtantiam adminiſtrare, vel ſacris cerimonijs tanꝗ paruuli & infirmi in Chriſto, tanꝗ ſub pedagogo legis corporalis alendi fouendiqꝫ ſunt, donec creſcant & ipſi in cognitiōe dn̄i noſtri Iheſu Chriſti vt Petr⁹ ait. Vtriſqꝫ em̄ debitor eſt ex charitate, vt ſeſe moribus eoꝝ attemperet, cū qbus viuit, imo non ſolū attemperet, ſed etiam per hęc ſeruiat eis, ne ſtulta fiducia ſua, infirmos aut ſecularem politiam cōtemnat, & ſic vtroſqꝫ ſcandaliſet, quod eſt cōtra charitatē. Sic Chriſtus Matt. xvij. Ne ſcandaliſaret publicanos Romanę poteſtatis, iuſſit Petro, vt ſtatherem ſolueret. Et Paulus. Tit. i. mandat, vt poteſtatibus ſubditi ſint, dicto obediāt, ad om̄e op⁹ bonū parati ſint, idem Ro. xiij. Et. i. Pe. ij. Subiecti eſtote om̄i humanę creaturę, (.i. inſtitutioni) ſiue regi tanꝗ pręcellenti &c. Non ꝙ hęc neceſſaria ſint ad iuſtificationem fideliū. quoꝝ iuſtitia Chriſt⁹ eſt, ſed vt in charitate ſeruiant om̄ibus hominib⁹, & hoc bono exemplo ~~modo~~, prouocent alliciantqꝫ ad Chriſtum infideles & malos, hoc eſt (vt Tit. i. dicit) doctrinā dn̄i noſtri Iheſu Chriſti ornent in omnibus. Et. i. Cor. x. Per omnia omnibus placeant, ſicut Ap̄l'us ſe om̄ibus per omnia placere dicit, non quęrens, quod ſibi, ſed quod multis vtile ſit, vt ſalui fiant.

Et ad noſtras cerimonias veniendo, cum quottidie vtraqꝫ generatione, pueri & adoleſcentes in eccleſia multiplicentur, q̄s impoſſibile eſt prę feruore ętatis & rerū imperitia per ſeipſos bene viuere, opus eſt, vt ſint parentes vtriqꝫ eorū pedagogi, & datis cerimonijs eos ad pietatem exerceant, ne ocio aut licētia pereant, Vbi neceſſe eſt, vt & ipſi eaſdem cum illis ſeruēt cerimonias, exempli boni cauſa, & ea q̄ ſibi ſuperflua quidem ac neceſſaria non ſunt propter illos tn̄ faciant, quibus neceſſaria ſunt, Sic Ap̄l'us. i. Cor. xij. dicit ſe factū eſſe Iudęum iudęis, &

gentilem gentibus vt omnes lucrifaceret, & ijs qui sub lege erāt factus est sub lege, cū sub lege non esset, Sic Deutro. xxxij. de Christo quoq; dicitur, ꝙ sit sicut aquila prouocās ad volandū pullos suos & super eos volitans. Si enī parentes aut maiores in Ecclesia omittant cerimonias in totū, aut ea contēnant, quō non scandalisabitur puer aut adolescens imperitior, qui hoc lactis exemplo alendus erat vsq; ad perfectū & solidū cibum? Itaq; ij qui in Ecclesia maiores sunt & spirituales, qui iam veritatem cognouerūt, esse scz ī fide sola iustitiam sitam, & cerimonias esse nihil, sicut de circūcisione Paulus ad Galatas dicit, debent hoc sentire qđ in Christo Ihesu & formā serui accipere, non fastidire infirmos, qui cerimonijs adhuc indigent, aut aliquid eas esse credūt, sed cū eis ire etiā duo alia miliaria & palliū adijcere, libertatem suā exinanire, nec alio fine cerimonias seruare etiam strictissime, q̄ ne offendāt infirmos, aut scādalisent paruulos, quibus poti⁹ debēt ꝑire exemplo bono in ipis adeo cerimonijs, donec perducant eos in eandem libertatis cognitionem.

Nec est ꝙ iactet vllus sese scire, oīa esse neutralia & indifferentia & licita solamq; fidē iustificare, cū hoc iam diu Apl'us ꝓuenerit, dicens. i. Cor. viij. Oēs scientiā habemus, scientia aūt inflat, charitas aūt ędificat. Et. x. Oīa mihi licēt, sed nō oīa expediunt, Oīa mihi licent, sed nō oīa ędificant. Et iterum. Vt quid libertas mea iudicatur ab aliena consciētia? cur non expediunt nec ędificant oīa cū liceant oīa? Scz ꝙ nō oēs sciūt oīa licere, Ideo mea scientia nō potest quidē iudicari & damnari ab alterius ignorante cōscientia, debet tamē sese submittere & illius ignorantię ad tempus seruire, nec aduersus eā inflari, vt potior sit charitas seruiens illi⁹ ignorātię seu infirmę conscientię, q̄ scientia inflata dominans eius ignorantię, Sicut Christus ꝓ nobis ad tēpus mortuus est, seruiens peccatis & infirmitati nostrę, sicut Ro. v. dicit. Ad quod nos debet mouere ꝙ scientia ista nr̄a nos tutos reddit, vt opera cerimoniarū nobis nō noceāt, qui fide nos iustificari nouimus, Deinde ꝙ nos nostra bona in Christo oīa habemus, nec iam curandū sit, q̄mō iustificemur, Ideo quicquid deinceps viuimus, ꝓximo viuere debemus, sicut Christus nobis fęcit, & cū oīa facere in bonū eorū debeamus, multo magis has cerimonias indifferētes, Atq; ita nulli⁹ quicq̄ debebimus nisi vt inuicē diligamus, & ea charitate fit, vt oīa sint bona, quęcūq; facimus, & tamen ꝓpter opa nō q̄ramus iustificari, qđ ē vere christianū esse.

Quod aũt de paruulis & adolescentibus per cerimoniarũ vsum & exemplũ alendis diximus obseruandũ, idẽ dicendũ de peccatoribus conuersis, quibus infirmã facit conscientiam nimis magna illa cerimoniarũ Ecclesiasticarũ tyrannis, sine fide traditarũ & administratarũ, imo hi forte vt sunt magis pueri & pusillanimes, ita magis indigent, vt opinio eorũ, quã in cerimonijs istis habent, nõ scandalisetur, sed paulatim sanetᷣ potius, interim exẽplo & ope earundẽ cerimoniarũ cũ eis strenue impleto, donec adolescant & ipsi in eandem nostram scientiã, q̃q̃ reuera omĩ sint maledictione digni pontifices isti Romãi & Ecclesiastici tyranni, qui tacita fide Christi, suis legibus in infinitũ multiplicatis, sic illaqueant miserrimas cõscientias Christianorũ frm̃, & his scrupulis, infirmitatibus, scandalis, quę sanare & tollere debebãt, seu per legũ suarũ abrogationẽ, seu per fidei eruditionẽ, nõ nisi ad stabiliendã tyrannidem abutũtur, atq; cũ ipsi quottidie nihil eorũ seruẽt in grauissimũ scandalũ infirmorũ, non tñ omittũt, inanibus, imo pestilentibus traditionibus animas pauidas terrere, sibi subijcere, expilare, & Christo penitus subtrahere, Ferendę sunt quidẽ illorũ leges, ꝑ fidem & charitatẽ, q̃tũlibet tyrannicę & multę, sicut leges ciuilis politię, vt dictũ est, & earũ exẽplo infirmis pręeundũ. Verumtñ detestandi sunt ipsi impij conditores legum, qui turbę tantę nõ miserenᷣ, quasi tm̃ ad cõdendas leges, terrendasq; suis pestiferis statutis animas positi sint, Ita fit, vt maiores põtifices in Ecclia aliud officiũ hodie nõ agant, q̃ꝫ qꝫ cõscientias perplexũt, confundũt, illaqueant, nobis aũt imponitur vt perplexas cõponemus, cõfusas solidemus, pauidas quietemus, Sic tñ vt tyrannidi eorũ carnifici nõ resistamus, volũt em̃ ius, imo opus conscientiarũ perturbandũ, prorsus illesum haberi, Et impletũ est illud Sap. Vnus ędificans & alter destruens, quid ꝓdest illis nisi labor ? vere em̃, quicquid verbi dei inferiores p̃cones ędificant, hoc superiores verbi hoĩm tyranni destruunt. En tibi, Petre, primatũ tuũ & monarchiã Ecclesiasticã.

Faciamus Epilogũ, cerimonias operãtur, primũ paruuli in Christo (.i. pueri, adolescentes, iuuenes) hos oportet a maioribus nõ contẽni in his operibꝰ, sed exẽplo, licet sibi ipis nõ necessario iuuari. Sic em̃ charitas eorũ in spũ quidẽ ab his libera est, nec cõfidit si ea fecerit, nec diffideret si omitteret, sed exteriꝰ ĩ corpe seip̃m in seruitutẽ dat ꝓximis, vt eos lucrifaciat & a pctĩs q̃bꝰ feruẽt, exm̃o bono & regĩe custodit, & sic ĩplent legẽ Chrĩ,

ab ijs, qui tolleret cerimonias, aliud non faceret, q̄ si gladiū potestatis mundanę tolleret, & mundū adulteris, homicidis, furibus & oībus scelestis impleret. Nam hi timore & legū carcere concludendi sunt, vsq; ad Christū. vt Paulus Galatas docet. Secundo, paruuli in fide, etiam si sint senes, qui timore peccati & cōscientię ea faciūt, nondū habētes hanc scientiam libertatis, hi instruendi sunt in fide, & sinendi in operib⁹ eiusmodi hęrere, quę subito dimittere non possunt, donec agnoscant, non in eis, sed in sola fide iustitiam esse, proinde valde cauēdum, ne cerimonias hoꝝ vituperemus antequ erudiant̄, sicut quidam solent nimiū confidenter, Optime faciūt, q cerimonias & humanas traditiōes vituperant, sed pessime faciūt, qđ animaꝝ, quę in ejs hærent infirmę, non magis rationē habent sanandarum & molliter explicandaꝝ quā cerimoniaꝝ vituperādarum. Similes sunt hi fatui illis, qui si amicū funibus implicitum collo cernant, pręcipiti zelo in funes ferantur, & toto impetu ac eos detrahant. & amicum suffocant potius quā expediant, vbi potius oportuisset funes molliter & lente, primum dissoluere & sic amicū liberare. Ita cū leges hoīm vi tollere nequamus, sensim ipse animus erudiendus est, quo modo eis recte vtatur. Ita Paulus. i. Timo. i. dicit. Legem esse bonā, si quis legitime vtatur, scz si sciat, q iusto non est lex posita. Cū enim credentibus etiam pessima quęq; cooperent̄ in bonū, quāto magis traditiones, quātūlibet noxię, his qui ignorātes sunt, cooperantur in bonū, si quis eis legitime vtatur. Vsus aūt nō est alius legitimus, nisi fides & charitas, vt dictū est. Nō tñ per hoc legislatores sunt excusati. Sicut q ego morte, contumelia, rapina & oībus malis legitime vtor in bonū meū, non ideo occisor, calūniator, raptor, persecutor meus excusatus erit. Ita pōtifices Ecclesiastici, suis legibus pestiferis, rei sunt oīm animaꝝ etiam eaꝝ, quę legibus eoꝝ legitimę vsę, bonū suū operatę sunt.

Nec dubites, formesq; tibi conscientiā securā, leges hoīm in Eccl'ia, nō alio loco esse habendas, q̄ inter plagas & phialas irę dei, sicut gladiū Turcaꝝ, sicut pestē corporis, sicut famem terrę. Et quo modo, in his malis te habere doceris, ita te habe in legibus hoīm. Q̄uo eñ te habes in malis istis? Primo, vteris eis tanquā remedijs peccatoꝝ tuoꝝ, in patientia ferens hoc flagellum dei, Deinde vteris tanquā pręseruatorijs medicinis, q his malis p̄ssus multa facis & omittis, q̄ liber nec faceres nec omitteres. Ita leges hoīm, multiplicatas in flagellū tuū non dubites & ex pastorib⁹ tuis factos esse carnifices tuos certus esto, quoꝝ

violentia

violentia pressus & vexatus, si patiens fueris, multa omittes & facies, nunq̃ alias omissurus & factur⁹, Quis est em̃ qui noceat vobis (ait S. Petrus) si boni ęmulatores fueritis, boni. i. bonę rei seu bonitatis seu id quod bonũ est (ne amphibologia quęq̃ fallat.) Verũ hoc facient ij qui scientiã legis habent legitimũq; eius vsum, boni scz ęmulatores, paruuli aũt & infirmi hęc nõ capiũt, ideo pereunt per hos Animicidas pontifices & Seminiuerbios. Tercio faciũt opera cerimoniarum Moab & Amon. & cultores vitulorꝝ Bethauen, & qui confidunt in monte Samarię. Hoc est, qui de operibus & in operibus suis gloriantur, cęci cęcorꝝ duces, nec opus habentes eruditione fidei sicut primi, prę nimia sapientia & iustitia sua, ~~quibus~~ sicut Heliu Iob. xxxij. pleni sunt, ceu vas plenũ musto & absq; spiraculo. Nimirꝝ disrumpũtur hi prę sapiẽtia & iusticia, quos proprie hic & om̃es psalmi arguũt, de quibus sepe diximus. Hi soli sunt arguendi dure s̃zm Apostolũ, nec petunt vnq̃ doceri, sicut secundi, sed ipsis totus mundus minor est, q̃ vt sufficiat eorꝝ eruditioni, Hoc est populus ille Behemoth cuius cor induratur sicut incus. Iob xli. Et palpebrę in altũ surrectę prouer. xxx.

Quarto faciunt ista operarij, de quibus dixim⁹ spũales viri in fidei libertate & charitatis seruitute, vtentes illis, non nisi ad exercitandũ corpus in hac vita, sicut quolibet alio artificio ꝓphano, aut ad prouocandos ꝓmouendosq; paruulos & infirmos, exẽplo bono, cauẽdũq; a scãdalis eorũ donec formet Christus in eis. Hoc nimirũ est q Paulus, vbi vbi differentes dei donationes cõmemorat, tantũ curat, vt vnitatem persuadeat, q sciat nedũ diuersas cerimonias, sed & ipsa dona spũs, si prudentia carnis & Satan inter filios dei fuerit, fortissime cõtra vnitatem pugnare. Ex om̃ibus his colligimus q coram hoc genere hominũ cerimonias nec laudare nec vituperare opus ẽ. At coram tercio vehementer sunt detestandę & vituperandę, q in eis infœlicissimi homines fidunt, quo fiunt stulti isti, qui dicunt in corde suo, nõ est deus, abominabiles & corrupti in omnibus studijs suis, vt nec semel bonũ operentur. Quod vbi feceris, irritabis contra te vniuersum corpus Behemoth cũ oĩbus squamis suis, tibiq; dicent. Tu es hęreticus, seditiosus, irreuerẽtialis, scandalosus, quia negasti bona opera, & Canones sacros patrũ, & Consilia Ecclesię, quę nõ potest errare, Corã secundo genere sunt modeste laudandę & ad temp⁹, ne scãdalisetur infirmitas eorũ, quę cũ prompta sit meliora facere, nondũ tamẽ potest nec capit, in gremio materno fouẽda est, ei conniuẽdũ,

& quę laudant laudanda, quę faciũt facienda, qua beneuolētia capti, credant & sequantur meliora. Coram primo genere sunt vehemēter laudādę & exigendę, ꝙ rudes illi, timore solo possunt moueri ad bonũ & terreri a malo, simul tñ ingerēda syncera fidei & libertatis doctrina, quam spiritus hauriat, olim fructiferam futuram, vbi corpus cerimonijs attritũ & exercitũ, didicerit spiritui mollius subijci & seruire, sedatis affectibꝰ iuueniliter insolescentibus & furentibus.

Nec ista sint mirabilia in oculis nostris, easdem cerimonias tam varie tractari, Nonne & cibus ac potus, aliter crapulosis, aliter infirmis, aliter sanis ac tēperatis, aliter superstitiose ieiunantibus docetur ac tractatur? Crapulosis vituperandꝰ, Infirmis molliter suadendus, Superstiсiosis vehemēter laudādus, Sanis ac temperatis in arbitrio relinquendus. Atq; vt perniciosissimꝰ est œconomus, qui sine delectu ab om̃ibus domesticis exigat eādem ciboꝝ voraginem, aut parsimoniā, Ita pestilentissimus est Ecclesiaꝝ Magistratus, qui easdē farragines legum suaꝝ ab oĩbus ęquali obediētia extorqueat, Hic em̃ plurimos occidat necesse est, Ex his om̃ibus, prudens Christianus accipiat, qua regula in cerimonijs viuere debeat, quoq; alijs consilio prodesse in eisdem. Primũ. Vbi non est certus de tertio genere hoim, caueat ne cerimonias vituperet, aut eũ, quē videt in his incedere iudicet, Quis em̃ scit, an ex necessitate (vt primi) aut ex infirmitate (vt secũdi) aut ex libertate (vt quarti) in eis incedat? Iudicasse aũt aliquē hoꝝ, nõne Christũ iudicasse est? ꝙ si monasterioꝝ greges his tribus generibus abundarent, nihil coꝝ multitudo noceret. At nunc fere abundant, tercio & infęlicissimo genere ceremonijstaꝝ, quoꝝ in Ecclesia oportuit, ne vnũ quidem monasteriũ aut collegiũ esse, cum non nisi onus & scandalum sint populo dei, sed quis omnes malos de terra aufferet? In terra sumus, terrę quoq; hoĩbus conuersari cogemur.

Addemus vnũ & finem faciamus, Siquis sentiat sese in operibus cerimoniaꝝ fiduciam habere, audax sit, & ea aliqñ intermittat, nec in hoc requirat pontificũ dispensationē aut potestatem, In his em̃ quę sunt fidei, quilibet Christianus est sibi Papa & Ecclesia, nec potest statui aut statutũ tenere aliquid, qđ in fidei periculũ cedere q̃quomodo possit. Q; si consilium in hac re cum proximo voluerit comunicare, quo audētior sit,

virtute verbi illius. Si duo super terram consenserint super q̃=
cunq; re &c. optime facit. Hęc dico, quod sciam, quam pertinax malũ
sit fiducia operum nostrorum & periculosa legum humanarum
superstitio in fidei syncęritate. Vide ergo, quod omnia sunt libera
nobis per fidem, & tamen omnia serua per charitatem, vt simul stet
seruitus libertatis & libertas seruitutis, quod nulli quicq̃ debemus
nisi vt diligamus inuicem, Sic Christus Iohã. x. dicit. Ego sum
ostiũ, per me si quis introierit saluabitur, Et ingredietur & egre=
dietur & pascua inueniet. ¶ Ingressus in Christũ, est fides, quae
nos colligit in diuitias iustitię dei, qua deo iã satisfacientes iusti
sumus, nullorum operum egentes ad iusticiam parandam.
Egressus autẽ est charitas, quę nos iusticia dei indutos distribuit
in obsequia proximi & exercitiũ proprij corporis, ad succur=
rendũ alienę paupertati, vt & ipsi per nos attracti nobiscũ in=
grediantur in Christũ, Sicut enim Christus exiuit a deo & attraxit
nos, nihil quęrens in omni vita sua, quod suũ esset, sed quod no=
strũ, Ita vbi fide ingressi fuerimus, & nos exire oportet, attract
uri & alios, nihil quaerentes, nisi vt omnibus seruientes, mul=
tos saluemus nobiscũ.

Vt autẽ ad Psalmũ redeamus, satis constat, incredulis nihil
esse mundum, sed quia caro sunt & spiritus domini non reg=
nat in eis, studia quoq; eorum putrida ac talia prorsus esse,
q̃lis est caro, fęda scz corrupta & abominata, id quod ipsa nõ tã=
tum in morte, sed etiam in vita satis ostendit suis multipharijs
corruptionibus. Est autẽ in hebręo vtrunq; verbum actiuũ
Corruperunt & abominauerunt (si sicut liceat dicere) studia
sua, seu melius in transitiuo tercij, Corrupta & abominata stu=
dia fecerunt, cum sit idem verbum Genẽ. vi. Omnis caro cor=
rupit viam suam (.i. fecit vt esset corrupta. Vbi ne nostri (vt
dixi) Neutralenses negent, omnem viam stultorũ esse corrup=
tam & abominatam, addit. Non est qui faciat bonum, vt pror
sus nihil boni, sed omnia mala esse in hominibus doceat.

Dominus de coelo prospexit super filios
hominum, vt videat si est intelligens, aut re/
quirens deũ.

Emulatione Mosi Geñ. vi. hic versus dicitur, Ille em̃ dicit, videns aũt deus q̃ multa malitia esset hominũ in terra, & iterũ. Cũq; vidisset deus terrã esse corruptam, vult em̃ ęmulatione verbi, etiã ęmulationẽ morũ exprimere, vt sicut isti illos ante diluuiũ moribus referũt, ita eisdem verbis arguantur, sed alio fine, illi em̃ diluuio perditi sunt, hi vero in agnitionẽ peccatorũ suorũ prouocantur, vt meliore baptismi diluuio seruent. Sic em̃ agit Paulus Ro. i. & ij. causans om̃es esse peccatores Iudęos & gręcos, vt omniũ deus misereatur, Vnde & hic p̄s finit dulci promissione. d. Quis dabit ex Zion salutare Israel? cum auerterit dñs captiuitatem plebis suę, exultabit Iacob & lętabitur Israel.

Dicit aũt. deus de cęlo prospicere super filios hominũ, cõtra insipientiã stulti, qui dicit deũ non esse, ac si dicat. Non solum est deus, sed etiam videt, imo prospicit omnia, hoc est visu penetrat & pertingit ad om̃ia, Deinde ne quis stultos illos & corruptores studiorũ putet esse vnius alicui⁹ anguli homines, inter quos solos nõ sit qui faciat bonũ, extendit sententiã generaliter ad om̃es, dicens, de cęlo dñm prospicere, vnde omnes homines in terra prospicit, ac null⁹ eum latet, sic Geñ. vi. vidit terram totã corruptã esse. Et filios hominũ dicit, in quo ęque vniuersitas hominũ intelligitur, In quibus verbis duo occulte innuunt. Primũ, vnus filius hominis, in quo solo om̃s filij hominũ iustificentur, propter quẽ & scriptura tropũ hũc seruat, vt filios hominũ pro hominibus frequentissime dicat, Q. & ille sit homo, sed non filius hominũ, cęterosq; om̃s esse & filios hominũ & peccatores, in peccatis hominũ cõceptos & natos, Verecundũ est em̃ & mite os sp̄ũs sancti, qui cũ pestilẽtissimos dicere possit homines, mitiore titulo accusat, q̃ sint filij hominũ, in quo satis est comprehensa, licet tenui vocabulo vniuersa miseria & malitia hominũ. Alterũ. Q. aliter apparent homines in prospectu dei, & aliter in ꝓspectu hominũ, in cõspectu dei non gloriatur om̃is caro, ait Ap̄lus Ro. iij. pulchre indicans vtrunq; hunc conspectũ intelligi, in hoc versu, cum dicitur, Dñs de cœlo, non homo de terra, hoc vidisse & iudicasse.

Nam homines inuicem non modo non vident (saltem in omnibus) studia sua esse corrupta, sed etiã laudant q̃ñq; & p̄dicant magna gloria, qualia sunt, ingenia, artes, facinora, moralesq; virtutes (vt vocant) Inter cætera vero oĩa, nõne id qđ oĩm pessimũ est omniũ maxime celebrant? Quis em̃ bellorũ

gloriam (.i. humani sanguinis effusionem) nō summā virtutis inter homines posuit? Quid sunt Homerus, Virgilius & reliq Heroici poete, nisi incentores, inflāmatores, iactatores, cruentissimi crudelissimiq; homicidarū, tyrannorū, truculentissimorūq; hostiū sanguinis & generis humani? ita vt periculum sit Christiano homini, si horū libros legat, ne vel affectū cruente huius glorie imbibat, aut cedibus tātis humani generis mellita titillatus eloquentia, imo innata sanguinis humani siti perditus delectetur.

Vt ergo taceam spurciloquos poetas & Carmina venerea. si in omibus alijs hoim filij essent integri, nonne sola belli libido eos ad vnū omes insanissimos merito probaret? Quantus est queso iste furor? quāta caligo, de strage, clade, sanguine, cede & omni malorū caho, quod bellū infert, etiam gaudere, cantare, laudare? vbi sanguineis lachrymis, omes plorare conueniebat, pͤsertim vbi nō mandante deo, sed insaniente libidine dominandi & possidendi belligeratur, sicut gentes fecerunt & faciunt. Et hodie proh dolor Christiani, populi pacis, filij dei, crudelius omnibus gentibus faciunt. Sit ergo ista laus Homero & similibus. vbi Horatius dicit. Post quos insignis Homerus. Tyrteusq; mares animos in martia bella, Versibus exacuit. Modo Christianus sciat hanc furiosam furiosorū laudem esse in conspectu filiorū hominū insignem, ceterū in cōspectu dei abominatissimā. Atq; id est, quod poetis hoim peccatorū laudatoribus accidere omes cōfitentur, vt pleniore & feliciore vena insaniant, quando aut Martis aut Veneris opera tractant q̄ si pacis aut castitatis, aut q̄uis diuina tentant, adeo impatiens est spiritus ille, quisquis est quo agitante calescūt. pacis & quietis, ac si aquas Siloah que fluant cum silentio, compares, ad aquas fluminis fortes & multas, vt Isa. vij. & viij. facit.

Hebreus, & hic verbo transitiuo dicit, Dñs prospicere fecit in quo ostendit non solū prospexisse dñm ipsum, sed & alios fecisse prospectores, Hoc est, ꝓphetis reuelauit, qui filijs hoim annūciarent, quid essent & facerent coram deo. Alioquin quo modo potuit Noe scire, terram esse corā deo corruptam, nisi deus reuelasset? Nec hoc tacuit scriptura cū dixit, Corrupta est aūt terra corā dño. Coram dño (inquit) q̄ corā filijs hoim longe aliud videretur, ita vt fide opus fuerit in his verbis, sicut & Paulo opus est credi, qn̄ omes in vniuersum peccatores arguit & inanes gloria dei, eadem loquens ex reuelatione. Simul hic cōmendatur locus ille cōis, ne quem iudicemus temere in-

cognita causa aut non conuicta, quod nec ipse dñs filios hoim inutiles pronunciet, nisi prius prospiceret, nec solũ prospiceret, sed videret & cognosceret, sic em̃ ait, dñs prospexit, vt videret, sicut Gen̄. xi. Descendit dñs vt videret ciuitatem & turrẽ, quã ędificabant filij Adã. Et. xviij. Descendã & videbo, an clamorem, qui venit ad me, opere cõpleuerint an non est ita, vt sciã. Semper em̃ dñs pręmisit nuncios, qui hominib9 peccata eorum aperirent & minas intentarent, quoties aliquod insigne facere voluit. Sic Ionas Niniuitis missus est, sic Helias ante iudiciũ venturus creditur, & multa talia, vnde Amos. iij. Non faciet dñs deus verbũ, nisi reuelauerit secretũ suũ ad seruos suos prophetas.

Si est intelligens aut requirẽs deũ. Non est coniũctio, aut in hebręo, maleque ponitur. Ponenda aũt fuit potius coniunctio, &, licet nec ipsa in hebræo sit, pro linguę idiotismo, cum sit sensus copulatiuus, intelligẽs & requirens deũ. Fęcũda est hebręa lingua verbis intelligendi. sciendi, sapiendi, quorum exactam & constantẽ differentiam, ego non ausim profiteri. Ego mea temeritate somnio, Hoc pñte vocabulo, Mascil, eã puto significari sapientiam seu intelligentiã, quę non tm̃ reuelatione aut speculatione, sed ipso rerum gustu & experiẽtia sit cõparata, Qualis est eorum patrum, qui per spiritũ multo vsu versati in verbo & opere, pro consuetudine exercitatos habent sens9 ad discretionem boni & mali, vt ad Heb. v. dicit Apl'us, quãdo doctrina seu eruditio pietatis omnino talis est, vt dici, scribi, cogitarique a multis facile quidẽ possit, vnde coram hominibus sapientes vocentur, ob insignem sermonẽ sapientię & scientię, quo dotati sunt, quales. i. Cor. xii describuntur, Intelligi vero ac ipso gustu sentiri (quod proprie sapientia est) non possit, nisi vsu vitę in ea exercitatę, hominẽ reddiderit expertũ & certũ ac constantem in omnibus vijs. qua experientia non modo de illorum vita, sed & ipsa doctrina quantumlibet sana iudicare possit. Hi sunt quorum doctrina, non verbũ sed vita, non fumus sed ignis, non litera sed spiritus est, qui non sapientia spiritus, sed spiritu sapientię pleni sunt, vt Isa. vii de Christo dicitur. Cęteri vero, quantumlibet multi sciant, de illorum tñ nũero sunt, quos Apostolus. i. Timo. i. signat cũ dicit, Volẽtes esse legis doctores, cum ignorent, quid loquantur, aut de quibus affirment. Hoc est, quod vulgo dicitur, non possunt applicare suam doctrinam, loquentes in ventum, qui vbi occasio venerit, qua vtendũ sit sapientia, nihil minus inueniant.

esse q̃ sapientes, & cum alios omnia docuerint, ipsi etiam vno verbo egent doceri, quales esse necesse est omnes ranas istas semiuerbios, qui multa dicunt & nihil intelligunt.

Tales, inq̃ stultos, hoc vocabulo pingere videt̃ propheta, ꝙ nullus sit in filijs hominum eruditus seu sapiens, ac si dicat, Non solum ij, qui præ cæteris rudiores sunt, non sunt intelligentes, sed & ij, qui multa garriunt, sicut amici Iob, Heliu, Balaam, quorum sapientię, aliorum ruditate comparatę, non est numerus, nihil intelligunt, quia nunq̃ ea gustu aliquo vitę & experientię cognouerunt. Ad hanc significationem verbi, mouet, quod & p̃s. xxxi. in titulo scribitur. Intellectus seu eruditio Dauid, & multis alijs psalmis, in quibus ipsa vita & experientia eruditi videntur loqui, experientia inq̃ non naturę vitio sed gratię dono exercitata. Est aũt absoluta locutio, non est intelligens, neq̧ em̃ addit quid non intelligat, deum ne an alia, vt hanc absolutam eruditionem vitę vsu paratam intelligamus, quę facit, vt homo in omni rerum & doctrinarũ sorte, & prudenter iudicet & recte sapiat de deo & omnibus, qua re fit, vt idoneus sit & alios recta docere, vt non inepte, hoc vocabulo, imprudentes & garrulos Magistros argui intelligerem⁹, sicut sequẽti, non est requirens deũ, auditores seu imitatores.

Requirens deum, hoc verbo prauitatem affectus taxat, sicut pręcedente cæcitatem mentis, ꝙ vbi non est vera dei notitia, nec verus amor est, omnes em̃ quęrunt, quæ sua sunt, ait Apostolus, excepta sola charitate, quę quęrit non quę sua sunt. Et hoc vitiũ cordis humani, subtilius est̃ q̃ vt cognosci ab homine possit, de quo sepe diximus. Hęc em̃ duo, nõ itelligere, non quærere deũ, includũt om̃ia illa monstra, quę p̃s. v. dicta sunt, Impietatem, malignitatem, iniusticiam, mendaces, quia per hæc, inquinata est eorum mens & conscientia. Caueamus ergo, ne inlligere hoc loco accipiamus, pro istis speculationibus hominũ, qui multa, grandia, singularia de rebus diuinis fabulari didicerunt, sed, qui pauca multo vitę vsu sic appręhenderunt, vt de omnibus omniũ iudicent, & vt vocant animam legis intelligant. Nec requirere deum, sit, oratiunculis aut repertis opusculis, quouisue alio proprio studio ad deum compręhendendum niti, & vt dicunt, pro æterna salute, facere bona meritoria, sed hoc est quærere deum, in

omibus nihil suorum quęrere, omnia in gloriam dei & commodũ proximũ, tm̃ facere q̃ pati, id qđ est, abnegare seipsum cũ om̃bus suis seruũ aliorꝫ fieri summa scz in deũ & hoĩes pietas. Contra quam nemo acrius pugnat q̃ꝫ viri sanguinũ & dolosi qui deũ quęrere sibi videntur, & seipsos quęrunt.

Quare non ad opera, sed ad affectũ & votũ hominis, hoc verbũ quęrendi aptemus, & videbimus, in filĳs hoĩm non esse, q̃ quęrat deũ, sed om̃es esse aut manifestis peccatis malos aut dolosa specie peiores. In hunc modũ Paulus hunc locũ. Ro. iĳ. inducit tam contra Gentes manifestarios peccatores q̃ contra Iudæos vmbratiles sanctos dicens, Causati sumus Iudæos & Gręcos om̃es sub peccato esse, Sicut scriptũ est, Quia non est iustus quisq̃ꝫ, non est intelligens, non est requirens deũ, omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonũ non est vsq; ad vnũ. Vbi Ap̃lus per hanc particulã. Non est iustus quisq̃ꝫ, q̃ hoc psalmo nõ ponitur, colligere & exponere videtur sensum, primi versus, Dixit insipiens in corde suo, nõ est deus. Corrupti sunt & aboĩnabiles facti sunt in studĳs suis, non est qui faciat bonũ, Nisi per non esse quemq̃ꝫ iustũ, voluit idem, quod non esse qui faciat bonũ. Et videmus, q̃ non adducat scripturã, ad verbũ, sed ad sensum tantũ.

Vbi nunc est lib. arbitriũ? vbi virtutes morales? vbi prudẽtia & scientię practicę directrices hoĩm in agibilib⁹? Vitia scz sunt naturę, seu potius, dona dei, per vitia naturæ. i. cęcitatem mentis nihil intelligentis & prauitatẽ affectus non q̃rentis quę dei sunt, inquinata, abominata & reprobata,

Om̃es declinauerũt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonũ.
Non est vsq; ad vnũ.

Quantis ecce superfluit verbis, vt om̃es homines inuoluat & neminem excipiat, Primo, Om̃es ait, deinde simul, Tertio, Nõ est etiã vn⁹. Est aũt aduerbiũ simul, hebraism⁹, q̃ mlˀtitudinem in vnũ collectam significat, vt p̃s. xĳ. c. Cui⁹ participatio eius in idipsum (.i. Hierusalem assotiatur ei simul cũ om̃ibus q̃ in ea sunt. Et p̃s. xxx. Exaltemus nomẽ eius ĩ idipsũm. i. oẽs in vnũ simul congregati. Ita hic simul inutiles sunt, i, om̃es in vnũ sumpti. Et respectũ prophete obseruare oportet, qui inter hoĩes videbat, alios quidẽ videri, recte incedere, deo appinquare,

quare, vtiles esse, bona facere, vt speciosos iusticiarios ōꝑarios legis, qui a vulgo manifestario peccatoꝝ pharisei (.i. separati & separata lõgeq̃ dissimili vitę & moꝝ cõsuetudine insignes) cẽsentur. Propter hos potissimũ, sic repetit, & ingemĩat, om̃es, simul, nec vnus, vt peccatis fęliciter inuoluat & reos faciat, seu vt Apl'us ait, vt om̄e os obstruatur & obnoxius fiat om̄is mũdus deo, qui nimis infęliciter sese explicuerunt, ne fędis titulis, declinandi, inutilitatis, nõ facti boni, cõmunicare viderentur.

Tria dicit, declinauerunt om̄es, inutiles facti sunt, non faciunt bonũ, Declinatio, pertinet ad impietatem seu incredulitatem, quę fons & caput est maloꝝ, sicut econtra, Pietas seu fides est initiũ bonoꝝ, qua ad deũ ꝓpinquamus. Oportet em̄ accedentem ad deũ credere, vt dicit Apl'us Heb. xi. Atq; qđ hic declinantibus tribuit seu recedẽtibus, seu discedentibus (est em̄ idem hoc loco verbũ, quod p̃s. vi. Discedite a me &c̄.) supius insipientibus dedit, dicentibus in corde suo. Non est deus, declinare em̄ a deo & dicere in corde, non esse deũ, idem sunt, scz nõ credere, sic Heb. iij. Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrũ cor ĩcredulitatis, descedẽdi a deo viuo. Et hãc fidei defectũ in Eccl'ia futurũ, videtur Apl'us. ij. Tessa. ij. appellare. Apostasiam, dicẽs. Nisi primũ venerit discessio seu defectio (.i. apostasia), fidei, in q̄, nõ Romani imperij defectionem ego intelligo dictam a Paulo, scz vbi deserto principe & autore fidei Ihesu Christo, hoĩm operibꝰ Ecclesia vastabitur, sed & ipse seipsum exponit. i. Timo. iiij. Spiritus manifeste dicit, ꝙ in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibꝰ erronis, & doctrinis dęmonioꝝ in hypocrisi loquentiũ mendaciũ, & cauteriatam habentiũ suam conscientiam, prohibentiũ nubere & abstinere a cibis, quos deꝰ creauit ad percipiendũ cũ graciaꝝ actione fidelibus. Dura verba, aspera sentẽtia, in Romanaꝝ legũ tyrannidem, quam suis coloribus graphice depingit.

Om̄es aũt declinasse dicit, vt eos quoq; inuoluat, qui maxime propinquare deo vidẽtur, sicut & Apl'us. ij. Timo. iij. inuoluit eos, qui speciem pietatis habent, & virtutem eius abnegant, cũ superbis, blasphemis & cęteris, quos in nouissimis periculosisq; temporibꝰ futuros predicit, imo propter hos hypocritas. (vt dixi) om̄ia potissimũ, dicuntur hoc psalmo, ꝙ ij qui manifesto peccant, minus noxij sint, q̄ hypocritę isti cum specie sua, qui nihil eoꝝ ad se pertinere tũ ipsi credunt tum alijs perniciose persuadent, quæ de malis & impijs dicuntur.

Simul inutiles facti sunt, eadem sententia est quam supra dixit, Corruperūt & abominata fecerunt studia sua, Id quod sa pertinet ad mores & opera apostataꝝ seu declinantiū, quid em̄ impius & infidelis faciat, nisi inutile, abominabile, corruptū & putridū, in oculis dei, licet in oculis hoīm oīa vtilia, & bona videantur. Sic Isa, lix. Tel ę eoꝝ non erunt in vestimentū neq̧ operient operibus suis, opera eoꝝ, opera inutilia, & op⁹ iniquitatis in manibus eoꝝ. Et iterū addit (simul) vt vtranq̧ hoīm impioꝝ turbam comprehendat, eoꝝ scz qui manifestis peccatis impietatem cordis produnt, & eoꝝ qui bona specie impietatem vestiunt, venientes in vestimentis ouiū, intus lupi rapaces.

Non est, qui faciat bonū, non est vsq̧ ad vnū, quo arguit, eoꝝ omissionē, vt qui non tantū mala faciant & increduli sint sed etiam nunq̄ bona faciant & nūq̧ pij sint, vt sic, per affirmationem maloꝝ, & negationem bonorū, absolute & penitus comprehendat om̄es esse peccatores filios hoīm. Nam quod & hic addit, nō est vsq̧ ad vnū, vniuersalem negatiuam facit, sicut in prioribus duob⁹ vniuersalem affirmatiuā, iteꝝ propter hypocritas, ne putent sese bona facere, præ cęteris manifeste malis, nullus (inquit) eoꝝ facit bonū, idest nullus eoꝝ, habet fidem & bona opera, sed aut mala manifeste aut tm̄ specie. Proinde quando spūs, tanta verboꝝ vi, affirmationes & negatiōes componat, & vniuersaliter om̄s pronunciet, esse malos & nō bonos, Mirū est, qua subtilitate Neutralis illa Aristotelis Theologia per mediū affirmatiōis & negationis vniuersaliū repere queat, & sic elabi, vt libere audeat spūi cōtra pugnare & dicere, non om̄ia sunt mala hoīm opera, sed quædā sunt bona, licet hęc om̄ia sint non meritoria, seu nec meritoria, nec demeritoria. Verū oportet scripturam esse signū cui contradicit & aquā contradictionis, iuxta quam iurgantib⁹ filijs Israel, Iudices & Electi Israel absorbeantur.

Hęc tria, Paulus. Tit. i. breuibus sic explicat. Cū sint abominati & incredibiles & ad omne opus bonum reprobi. Abominati hic inutiles putridi & corrupti dicuntur, Incredibiles seu inobediētes, hic, declinantes seu recedentes, impij & infideles, Reprobi vero ad omne opus bonum, hic non facere vllum bonum dicuntur, Confitentur tn̄ se nosse deū, factis aūt negant, in quo hypocritas pariter inuoluit sicut & hoc loco psal. facit.

Iam vide, ꝙ eadem tria repetita sunt, hoc tercio versu,

quę primo dicta sunt, sed hoc interest, q primo versu, suam sententiam propheta profert, tercio confirmat eam, sententia diuina, quæ non modo secum concordat, sed etiam latius & vniuersaliter loquitur, q idē scz de cœlo dn̄s, quod ipse in tera viderit, Hinc Ap̄lus Ro. iij. solū adducit, id quod dominū de cœlo prospexisse & definijsse propheta dicit, quod & magis ad institutum Pauli faciebat, qui vniuersaliter omnes & oim opera, sub peccato comprehendere proposuerat, vt humiliati graciam necessariam agnoscerent.

Sepulchrū patens est guttur eorū, linguis suis dolose agebant, venenū aspidū sub labijs eorū.

Quorū os maledictione & amaritudine plenū est, veloces pedes eorū ad effundendū sanguinem.

Contritio & infęlicitas in vijs eorū, & viam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorū.

Hos tres versus, hębrica veritas non habet, nec mihi certū est, an lxx. interpretes abinitio sic verterint psalmū hunc, quos Apostolus deinde secutus credi possit, cū non esset tū alia trāslatio apud gentes q̄ lxx. saltem vulgatior. Mihi verisimilius est Apostolū ipsum, proprio spū de plenitudine sapientię suę eructasse hanc sanctā crapulam ex diuersis locis scripturarū congestam, quam siue quis postea huic psalmo interseruerit, siue ipi lxx. reddiderint, nō me magnopere sollicitat. Prima pars, Sepulchrū patens est guttur eorꝫ, linguis suis dolose agebant, Psalmi quinti est, vt satis claret, Sequens, Venenū aspidū sub labijs eorꝫ. Psalmi. c. xxxix. Tercia, Quorꝫ os maledictiōe & amaritudine plenū est, Psalmi noni. Quarta. Veloces pedes eorꝫ ad effundendū sanguinē, Prouer. primo & Esa. lix. Quita Cōtritio & infęlicitas in vijs eorꝫ, & viam pacis nō cognouerūt Esa. lix. Sexta & vltima, Non est timor dei ante oculos eorꝫ. ex psalmo. xxxv. est.

Quę psalmo quinto & nono explanata sunt, hic non sunt repetenda, sed monendum tantummodo & inculcandū est. Eos qui sine fide sunt, hoc est, impij, omnibus his vitijs esse inquinatos, aut data occasione inquinari, cum

ēs desit virtus resistendi vlli peccato, & assit pronitas in omne malū, vt Geñ. vi. & viij. scribitur, quare oēs ad vnū vsq;, sunt sepulchrū patens & insaturabiles voragines diuitiarꝝ, animalia ventris, quorꝝ deus (vt Paul⁹ ait) venter est, deinde oēs, linguam dolosam, blandam, adulatricem habent, veritatem nec docentes, nec defendentes, sed quę placita sunt magnatibus loquentes, ne scz pereat venter & esca & guttur, quod malū cū omnibus sit comune, potissimū tñ ab eo laborant, qui verbi ministerio pręsunt, quod dico, ne re pugnet, quod p̄s. v. diximus, hūc versum ad populorum Magistros pertinere, quem Paulus omībus videtur tribuere, nec male, cū quales sunt Magistri, tales fiant & discipuli, & eodem verbo vtriq; aut pereāt aut seruentur.

Venenū aspidū sub labijs eorꝝ. Hoc proprijssime ad dogmata pertinet, siue de tradentibus, siue accipientibus dixeris, omes em̄ venenata doctrina infecti sunt, qui fide imbuti non sunt. Verum Epitasis est, in hoc versiculo, Aspis em̄ serpentis genus esse in Affrica dicitur, cui⁹ ictui, nullū sit remediū, quo significatur, q̄ insanabilis sit impietatis doctrina, bona specie commēdata, qd' & ipsa hæreticorꝝ & impiorꝝ pertinacia satis probat. Hebręis videtur pro veneno, poculū seu lagēna dici. qua metaphora, aptius exprimitur dogmatis significatio, ꝙ Vasa, vt iam sepe diximus, vocale verbū, liquor ipse, sensum verborꝝ significet.

Sub labijs, eodem mysterio dictū est, quo. p̄s. ix. sub lingua eius labor & dolor, ꝙ pestilens & venenatū dogma aliud super linguam, aliud sub linguam habeat, hoc est, blandū, rectū, sanūq; apparet, cū sit asperrimū, peruersissimū, mortiferūq;, in rei veritate.

Quorꝝ os maledictione & amaritudine plenum est, p̄s. ix. expositū est. Cū vero hic constet Paulū non adducere hebraicam veritatem, sed lxx. & vsitatam inter gentes translationem, quę pro dolis, habet, amaritudine, permittemus imo credam⁹ maledictionem & amaritudinē, hic pro maledicentia & iracūdia accipi, cū p̄s. ix. maledictionē, pro doctrina impia acceperimus, simpliciter ne an violenter, lectoris esto iudiciū, q̄q; vbi obscuritas est, nihil officit varios sensus tenere, vt vtrobiq;. Maledictio, pro maledicentia, vel mala doctrina accipiatur, Hoc tñ loco, quia sequitur, pedes eorꝝ veloces ad effundendū sanguinem, pro verbis irę & furoris (vt dixi) fas est, maledictionem intelligere. Itaq; omnis homo, est vir sanguinū etiam ij

qui sanctissima pompa fulgent, immo ij omniũ maxime sunt maledici, amarulenti, virulenti, non semper nec in omnes (nã hoc operculo tegunt nequitiam suam) sed in eos, quibus offenduntur, aut non honorantur, sicut sunt ad manũ exẽpla nostro sæculo copiosissima, inter eruditos & sacris initiatos passim grassantia. Nõ est ergo, ꝗ neget se maledicũ esse & amarulentũ, qui aliquot amiculis dulcissime cõuersatur, si vel vnũ si vel aduersariũ, odit aut criminatur. Hic em̃ ex fructibus suis cognoscitur arbor, non illic ex vestimentis ouiũ.

Veloces pedes eoꝝ &c. prouer. i. Quoꝝ pedes ad malum currũt, & festinant vt effundant sanguinem, eodem pene modo Isa. lix. Non solũ verbis sunt cruenti sed & opere, data em̃ occasione occidunt, aut si non occidunt, saltem gaudent occisos esse, quos oderunt, sicut si etiam non maledicant, tamen gaudẽt maledici eos, quos oderunt. Quo vitio, cũ om̃es sint filij Adam perditi, quot, rogo, sunt, qui se eodẽ perditos esse agnoscunt, aut hęc ad se pertinere credant, dũ dicitur, Veloces pedes eoꝝ ad effundendũ sanguinem? Nec em̃ frustra dixit. Veloces esse pedes ad effundendum sanguinem, non aũt, esse effusores sanguinis, vt reos faceret sanguinis effusi, quotquot, probarint, lętati fuerint, non prohibuerint, non restiterint, nõ saltem doluerint. sanguinem effusum aut effundendũ, affectũ scz non tantũ opus eorum arguens. Quis ergo est, qui hic sese reũ queat negare, in vitio comuni, tam late patenti, vt vix iustos sinat in immunes esse.

Contritio & in fęlicitas in vijs eoꝝ. Hic versiculus, optime declarat impioꝝ operũ conditionem, & semel exponit, quid sit, ea, Auen & Amal toties appellari, quid em̃ faciunt impij in omibus suis operibus, pręsertim ijs, quæ bona vocant, nisi ꝗ frustra consumunt, quicquid virium impendũt, & vt dicitur, oleũ & operam perdunt, nec solũ perdunt, sed & vastant & cõterunt seipsos, hoc est, cũ hęmorroissa erogant substantiam suã in medicos, & semper peius habent. Ponamus exempli causa pro vtroq; genere impioꝝ ante oculos, hãc ipsam hęmorroissam substantię consumptricẽ, & filiũ prodigũ itidem substantię suę consumptorẽ, vt hic sit, exemplar eoꝝ, qui in rebus mũdi, honoribus, voluptatibus, diuicijs, volunt suauiter viuere, Illa vero, eoꝝ, qui viribus & operibus suis sese pacare & conscientiã confirmare. Hic experientiam cõsulamus & videam9 an non vtrunq; hoc hoĩm genus sit martyres diaboli, qui maiore infęlicitate, contritione, vastitate, egritudine animi, ad in-

ferna descendunt, q̄ ij, qui per fidem omnibus malis & peccatis assidue vexantur.

¶ Ita certa habet, vt quo quis abundantius carnalibus bonis fruitur, hoc infelicius in anima conteratur, dū conscientia eius assidue concutitur, quia quo plus peccat, eo magis fiducia in deū perit, & augescit scrupulus, morsus, in q̄etudo, pauor, turbatio conscientię, ita dū videtur foris, ꝓspere in oībus agere & suauiter crescere, interim intus, medullitus exugit virtus bonę fiducię, exhaustoq̄ omī robore miserrime vastat, vt demū cogat desperare inęternū, Sic & illi qui ignorata fide, opibus nitunt̄ peccata & conscientiā supare, quo plus nitūtur, eo infelicius conterūtur, donec illud Sap. v. dicant, lassati sumus in via iniq̄tatis. Recte ergo dicit. Cōtritio & ifęlicitas in vijs eoꝝ, seu, vt Herony. trāstulit, vastitas & cōtritio in vijs eoꝝ, sic & Hiere. ij. Contriuit dn̄s cōfidentiam tuam & nihil habebis prosperꝝ. Duo itaq̄ mala sunt, vastitas & contritio seu cōtritio & infęlicitas, prius q̄ fiducia conteritur, quæ contrita & vastata, quicquid facit aut conatur, magis affligit q̄ solatur, magis infęlicitat q̄ promouet, quę omīa ex sua antithesi melius intelligūtur. Iustus em̄ sicut ps. i. scribitur, sicut lignū plantatū ad riuos aq̄rum crescit, fructificat, floret & multiplicatur ꝓsperaturq̄ in omībus, quę facit. Et iteꝝ. Iustus vt palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabit. Cōtra impius, sicut ficus maledicta & palmes extra vitem arescet, deinde minuit̄ assidue & perit vsq̄ in puluerem, quæ omnia spiritu aguntur in conscientia, adeo vt redundent etiam in corp⁹ & infirment, etiā vires naturales. quia sicut secura mens, iuxta Sapientē, est velut iuge conuiuiū. ita tristitia cordis occidit multos & non est vtilitas in ea, vt idē dicit. Atq̄ idipsum etiā videmus ita fieri, vt opera impioꝝ, ferme cū eis sepeliantur.

Et viam pacis non cognouerūt. Quare? quia rem seq̄tur & sicut equus & mulus, non habent intellectū, qui est fides rerum inuisibiliū, Sensuales em̄ homines pacem in rebus huius mundi quærūt. Hypocritę aūt in suis consilijs, studijs & operibus, vtriq̄ in his q̄ sentiunt & capiunt. At pax vera est in fide verbi, & his rebus q̄ nec sentiuntur nec capiuntur, sed capiunt credentē sibi, sicut Christus dixit iudęis. Sermo meus nō capit in vobis, pisces em̄ non capiūt sed capiūtur rheti. Proinde vbi sensua lib⁹ defecerint, opes, fauor, voluptas, honor, ī grueritq̄ paupertas, ignomiā, morbi, dolor, contemptus, q̄ inquieti sint, videmus, Nec hoc solū modo inquietantur, externa in=

gtudine, sed & interne, amissa em fiducia dei, p psperа sua, in quieti & contriti sunt misera cõscientia, vt sic nec corã deo nec in seipsis nec coram hominibus pacẽ habeant. Hypocritę vero vbi operibus suis defecerint, siue in morte siue periculo, sicut oportet fieri, inuentaq́ fuerint omnia eorũ esse peccata, cõfundunt & perturbãtur inconsolabiliter, quo argumento & ipsi ostendunt suis operibus aliud nihil fecisse, q̃ vastasse & cõtriuisse, fidem cordis, quę esset vita, virtus, gloria, substãtia eorũ. Nec hoc solũ modo confundũtur, sed etiã, si corã hoĩbus, opera & studia eorũ periclitantur & arguũtur aut calũniantur, cęlũ & terram miscere & turbare conantur, quia amissa fiducia dei & in sua studia nixi, nec apud deũ, nec ĩ seipsis nec corã hoĩbus pacem habent. Ita vtrunq́ hoc impiorũ hoĩm genus, vtrinq́ pacem non habet, nec intus nec extra, descenditq́ oĩs ille tumultus mundi ex interiore tumultu, qui em intus quietus est, foris nihil tumultuatur, qui aũt intus turbulẽtus est, foris quoq́ non potest quiescere.

Dicit vero, non modo eos pacem non habere, sed viam pacis nescire, hoc est, ignorant, qua via ad pacem eatur. Nempe per Crucem, Crux em, quæ mortificat omnem sensum & affectũ, ipsa ducit ad pacem. Et CHRISTVS dũ Crucifixus est, secum pacem nostram abscondit in deũ, qui sub Cruce latet nec alibi inuenitur, At impij vtriusq́ generis, quiduis aliud quærunt, q̃ Crucem, sed sensum & affectum suũ rebus & consilijs suis, nituntur seruare, ideo fieri non potest, vt pacẽ cognoscant, nedum vt habeant, quare via pacis, est via Crucis & pax non est pax, sicut pphetę dicunt, Econtra Crux nõ est crux. Ille em pacẽ habet, qui pacẽ nõ quærit, ille crucẽ habet, q crucẽ fugit, Verũ hic nisi vsus vitę doceat, vba nihil faciũt.

Non est timor dei ante oculos eorũ, Sepe dictũ est in supioribus. Hunc esse titulũ impiorũ, vt sine timore dei agant securi, freti, vel rerũ copia, vel bona sua intentiõe. Sicut & in pphetis olim arguebant dicere, pax, pax, cũ nõ esset pax, dabit forte se occasio, de timore & pace, latius dicendi. Hic breuiter satis fuerit nosse, piũ hominẽ sic distribuere vitã, vt in psperis & pace deũ metuat, eleuatus per fidẽ sup oĩa, quę habet tam interne q externe, ideo est timor ante oculos eius, ne reb⁹ psperis puer se affectus, secure cũ eis fornicetur. In aduersis vero & inquietudine, in deũ fidat, ęque eleuatus per fidem super omnia, quę sentit tam ineterne q̃ externe, ideo dicitur nosse viam pacis, quæ exuperat omnẽ sensum, vtrinq́ ęq̃bilis permanẽs, nec

apponens cor, si affluant diuitię, nec recedens, si instet temp9 belli, sic de eis dicit, pro vtroq; tempore, Beneplacitũ est dño super timẽtes eũ, & in eis, q sperant super misericordia ei9, impij, quia fide carent, necesse est, vt rebus affecti super harenam positi sunt, quo sequitur, vt quocunq; ferantur cadantq; res eorũ, ipsi rapiantur simul cũ eisdem. Ita fit, vt etiam tũc pacem non inueniant, dũ eam quęrunt in rebus, cũ res ipsę stare natura nequeant.

Nonne cognoscent, omnes, qui operantur iniquitatẽ, qui deuorant plebem meã sicut escã panis.

Dominum non inuocauerunt.

Hic vers9 & sequẽs ꝓbare mihi videntur, tres proximos esse suppostitios, cũ eandem ferme habeant sententiã, quam non est verisimile, superfluis verbis esse iteratã ꝑsertim eodẽ loco.

Cognoscent, absolute dicitur, pro eo quod est, an non aliquando efficientur cognoscentes? vt sciant & sentiant, q̃tum malorũ faciant, qui prę securitate & timoris dei negelctu, etiã bene sese facere arbitrantur, excęcati affectu rerũ, quas solas cognoscunt. Porro ipsi, nihil minus de se dici credunt, q̃ q; sint ignari quid faciant, Scimus (inquiũt) quid faciam9, quin aliorũ oĩm quoq; iudices & Magistri fieri prompti sunt.

Operarios iniquitatis, Poele Auen, abunde dixim9, esse q ea operentur, vnde pax cordis non acquiratur, quæ ex solius opere fidei & pietatis (vt dixi) possidetur, sed potius dolor miseria, & vt Eccl'iast. solet appellare, vanitas, labor, afflictio cõtritio seu absumptio spiritus, Diximus cũ Auen proprie significare, dolorem, qui fructus est contrarius paci, oĩm qui extra fidem operãtur, siue sint bona in oculis hoĩm siue mala.

Itaq; verbũ longanimitatis vel tedij vel etiã cõmiseratiõis est, dum dicit. Nonne cognoscent, ac si dicat, q̃ diu miseri isti different cognoscere suã miseriã, & q aliud nihil sint q̃ operarij Auen? Nõ sentient aliquãdo sese nõ nisi conteri, tristesq; magis fieri in vijs suis, vt tandem viã pacis, quę exuperat oẽm sensum quęrant? Hanc certe sententiã, precedens versus sic dedit Contritio & infęlicitas in vijs eorũ, & viam pacis non cognouerũt. Cũ Auen illa, siue dolor, aliud nõ sit, q̃ contritio & infęlicitas, tũ q viam pacis non cognouerunt, idem est, qđ hic dicit. Nõne cognoscent aliqñ se esse operarios Auen?

Aptior

Aptior etiã fuisset quæstio per simplicem negationem, vt optantis affectu dicatur, non cognoscent ꝛ. Nam nonne, vel nũquid, prophetantis affectũ indicat, alterũ affirmatiue, alterũ negatiue, vt grãmatici docent, Tamen si quis contendat, affirmatiuo quęsitiuo, nõne, ostendi ꝙ impij aliqñ saltẽ in morte & iudicio extremo cognoscent. Et per negatiuum, nũquid, ꝙ nũq̃ salubriter cognoscent, nõ repugno, potest forte hebraicũ Halo, om̃ibus tribus his quęsitiuis dari.

Qui deuorant plebem meam, sicut escã panis, voratores populi, tyrannos scz hoc verbo arguit, deuorant ait Aug. populũ, qui sua comoda ex illo capiũt, non referentes ministeriũ suũ ad gloriam dei, & eorũ quibus p̃sunt, salutẽ. Taxat igitur inexplebilem auaritiã & rapacitatem magnatũ, qui dolis ac vi om̃iq; arte populum exhauriũt, sicut hodie cernimus in Romanę Curię & Episcoporũ mõstris poti⁹ q̃ excẽplis. Sic Amos ij. Super tribus sceleribus Israel & super quattuor nõ conuertã eũ, pro eo ꝙ vendiderit pro argento iustũ & pauperem ꝓ calciamentis (hoc est vt hebręus habet, ꝓ moneta vel frumento) qui conterũt super puluerem capita pauperũ & viam humiliũ declinant. Et Michee. iij. Nũquid nõ vestrũ est scire iudiciũ, qui odio habetis bonũ & diligitis malũ: qui violenter tollitis pelles eorũ desuper eis, & carnes desuper ossibus eorũ, qui comederũt carnem populi mei, & pellem eorũ desuper excoriauerunt, & ossa eorũ confregerunt & conciderũt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollę.

Quibus artibus hoc illi egerint in populo Israel, tacemus, in Ecclesia certe idem agitur, pallijs Episcoporũ, annatis, indulgentijs, indultis, priuilegijs, exemptionibus, sacerdotiorũ impudentissimis nundinis, vt taceam quid redditibus, reemptionibus, mendicitatib⁹ deuoretur, quę om̃ia si quis exigat ad supputationẽ, vna cũ tributis, quę magistratib⁹ prophanis dant̃, inueniet, primo, nec terciam partem populi pro victu & substantia laborare, reliquos oẽs partis frui, deinde vnũ eundẽq; populũ, plus sexagesies singulis annis exactionẽ pati, ita lõge plures sunt comestores & voratores, q̃ operatores, vt mihi om̃ sit miraculorũ maximũ, hom̃es vno anno ali posse, ex ijs q̃ proueniũt, imo credo prouentus omnes inuisibili miraculo assidue augeri, nõ aliter q̃ panes Christ⁹ multiplicauit in Euãgelio, Atq; hanc gratiam referre debemus acceptam Romanę tyrannidi, quę suis legibus aliud non fecit, q̃ vt ociosorũ deuorantiumq; hominum vbiq; superaret numerus, sub specie

H

religionis & nomine Ecclesię, Essetq; vnū in Ecclesia negociū, auaritia, rapacitas, exactio, sicut est dies hęc. Quid ergo miramur Turcas aut Iudęos opulentos esse? laboratur em̄ apud eos, apud nos voratur.

Diximus aūt & supra ps. v. Eos qui veritatem syncere non docent, sed suis traditionibus animas illaqueant, in scripturis appellari canes insaturabiles, auaros, guttur patens, deuoratores domorū, animalia ventris, quorū deus venter est, vbi em̄ non pascūt mentem reliquū est vt solū pascant ventrem, vbi non quęrūt quę dei sunt, quęrāt quę sua sunt, & vbi nō sapiūt quę sursum sunt, sapiant quę super terrā sunt. Vbi aūt pastores tales sunt, nec syncęre quę dei sunt docēt, necesse est defectu verbi dei, talis sit populus, qualis est sacerdos, sicut Isaias solet dicere, & om̄es quęrant quę sua sunt, vt Paulus dicit. donec in populo aliud non sit q̄ mutua rapina, auaritia, dolus, vis, iniuria, & vt hic dicit, deuoratio populi dei, donec antiqui illius populi mores repręsentent Isaię. lvi. Om̄es declinauerūt in viā suam, vnusquisq; ad auaritiam suam, a summo vsq; ad nouissimū. Et Hiere. viij. A minimo vsq; ad maximū om̄es auaritiam sequūtur, Interim tamen nihilominus iactent iustitias & virtutes, doceant, tractentq; leges, tū ciuiles tū ecclesiasticas, quibus ius & iustitia putantur administrari, Deinde moralia & summas virtutū vitiorūq; prędicent, Sic em̄ & illi faciebāt, vt ibidem Hieremias ꝑsequitur d. Et sanabant contritiones populi mei ad ignominiam, dicentes, pax pax, cū non esset pax. Sicut videmus hodie per dioceses, monasteria, collegia auaritiam furere, & tn̄ multa interim bona (sicuti putant) docerī & fieri. Quare pulchre hęc duo coniūgit, Operātur iniquitatē & deuorant plebem, ꝙ sint auari & tn̄ bona operari, aut saltē humanitatis (vt vocant) officia vel paucis exhibere videntur, cū fides, q̄ dei cultus est, iuxta auaritiā, q̄ Idolorū cultus est, consistere nequeat, ita excęcat eos malitia, vt vtrūq; nō videant, sicut dicit, Nonne cognoscent?

Igitur ad locū auaritię pertinet hic v̄sus, imo auaritię periphrasis est, deuorare plebē, ꝑpter escam panis, qualē necesse est esse cōmunem vitam oīm, qui fiducia dei vacui, filij diffidentię vocantur apud Paulū Colo. iij. Mortificate mēbra vr̄a q̄ sunt super terram, fornicationē, immūditiā, libidinē, concupiscentiā malam, auaritiam q̄ est Idolorū seruitus, ꝑpter q̄ venit ira dei in filios diffidentiæ seu incredulitatis, fedissimum sane incredulitatis genus est, non tm̄ deo confidere, ꝙ corpus

alere possit & velit, qui volucres cæli pascit, fœnũ agri sic vestit, vt Christus Matt. vi. in idem monstrũ loquitur. Quid enim illi deo crederent in rebus spiritualibus & tentationibus maximis, qui ventrem fœtidũ nõ credũt a deo pascendũ esse? Aut quõ in morte credent in manus eius animas suas, quas in sempiternũ pascat (si debet viuere) qui corpa sua ad incertũ momẽtũ ei nõ credũt? Vnde Heb. xiij. pro fœda hac pusillaminitate dicit, Sint mores sine auaritia contenti præsentib⁹, ipse em̃ dixit. Nõ te deseram nec derelinquam, ita vt confidenter dicamus, dñs mihi adiutor, nõ timebo q̃d faciat mihi homo.

Quo vitio (vt dixi) vt careant, maxime refert pastorum, qui nõ modo (si auari sint) exemplo, sed & autoritate, deinde quod extremũ est malorũ, verbo nocent subiectis, dum aliud nec docent, nec doceri sinunt, nisi q̃d quæstũ vel auget vel seruat. Harũ rerũ exempla non est necesse monstrare, cum iam in mores, imo in articulos fidei trãsierint, & hæreticus sit, qui auaritiam Pontificũ & monachorũ taxat, quã hodie pulchro nomine potestatem regitiuam, monarchiã, vicariatũ dei in terris appellant, adeo verũ est quod Paulus ait. Existimantes quæstũ esse pietatem, siue vt hic dicit, operarios Auen, & tñ deuoratores plebis. Vnde & Exodi. xviij. Ietro Mosi consulturus, quos populo pficeret, ait, prouide de omĩ plebe viros sapientes & timentes deũ, in quib⁹ sit veritas, & qui oderint auaritiã, & constitue ex eis tribunos & centuriones &c.

Hebræus dicit, Comestores populi mei comederũt escas, explicandi gratia, ne quis de spirituali deuoratione eum loqui crederet, sicut nostra translatio videtur sonare, quæ per similitudinem dicit, eos deuorare plebem, sicut escam panis. Hic aũt dicit ꝙ in populo aliud non faciunt q̃ ꝙ comedunt panẽ seu escas, hoc est, ꝙ seipsos pascunt, & ventri insaturabili auaritia seruiunt, quã comestionẽ malo populi faciunt, cuius substantiam infinitis modis deuorant. Et sic deuorantes populum, in hoc deuorant, vt comedant & seip̃os saturent, aliud nihil pro deuoratione reponentes, sicut hodie Romana Romanistarũq; facit furiosa auaritia.

Dñm non inuocauerunt. Hic causam & radicem iniquitatis auaritiæ ponit, nempe diffidentiam seu fedam incredulitatẽ ꝙ in domino non confidunt, ¶ Fides enim, quia solo verbo dei viuere docet, assidue inuocat dominum in quacunq; necessitate, pendetq; ex solius dei bonitate, cũ itaq; pastores fidẽ

non doceant, nec eam populi sciant, nihil iam reliquũ est, nisi vt operentur Auen & auari sint, dicantq; auro, fiducia mea & obrizo, robur meũ, Iob xxxi. Et cõgregent aurũ in quo con fidunt homines, Baruch. iij. Cũ ergo deus præceperit præcepto primo, vt non habeatur alienus deus, hoc est, vt in nihil aliud confidatur, ipseq; solus in omni necessitate inuocetur, patet, Auaritiã esse Idolorũ seruitutem, q facit, vt dñm nõ inuocẽt, nec ei credãt, credant aũt & inuocẽt potius aurũ, qua impietate perditi, quicquid bonorum facere videntur, operationes sunt frustraneæ, doloris, iniquitatis .i. Auen, vnde non habeat conscientia, nisi inquietudinẽ & vanũ laborem.

Illic trepidauerunt timore, vbi nõ erat timor, Q m̃ dñs in generatione iusta est.

Particula ista, vbi non erat timor, non est in hebræo, videturq; explicandi sensus gratia, adiecta, Apte aũt spiritus & ꝓprie depingit ingenia & mores impiorũ. Impossibile est enim vt cor hominis sit sine timore, quia si amor fuerit rectus & ipse rectus est, cum peruerso aũt peruertitur & ipse, Cum aũt impij amissa fiducia in deũ, inhæreant auro & operibus suis, necesse ẽ vt misera sollicitudine & timore amittendi auri discrutientur, deinde quia fide iustificati non sunt, oportet vt traditiunculis anxie & scrupulosissime vexentur, vt sic duplici timore vexentur, altero ne peccent, altero ne egeant, Quam miseriam hodie in pontificibus & Ecclesiasticis omib⁹ sic videmus inualuisse, vt hunc versum nulla glosa adhibita, solo illorũ intuitu quilibet planissimũ habeat. Quid eñ hodie metuitur aliud apud eos, q̃ ne res Ecclesiæ alienent̃, minuantur, occupentur, ne patrimonia Crucifixi, S. Petri. B. virginis & aliorum periclitẽtur, quantis statutis hic cautũ est, ne contra hæc aliquis loquatur? quãtis fulminibus terrent, ne contrectentur? quantis indultis, priuilegijs, ĩmunitatibus, ea munierunt, ne tempalia tempalia sint? quantis benedictionibus, promissis, indulgentijs, titulis, bullis, & infinitis machinis hic actum est & agitur assidue, vt multiplicentur, roborent̃, perpetuentur? Vnde hæc oĩa curarum examina? nempe q deum non inuocant, deo non credũt, ideo timent hic, & suis sese consilijs ac virib⁹ stabiliũt, ne aliqñ egeãt, Canes impudẽtissimi (vt Isaias ait) qui nesciũt saturitatem. Cũ aũt vel cõis sens⁹ hominũ has crassos & inutiles pretextus ferre tandem nequeat, Simul aliquot pij & spiri-

tuales, nequitiam hanc irreprehensam non sinant, fit, vt semp timendi, semperq; veritatem odiendi occasionē habeant, sicut Iudęi, quādo dixerunt contra Christū. Si dimittimus eum sic, omēs credent in eū, Tales fuisse, esse, foreq; omēs impios, pręsertim magnates populi ab initio mundi in finem, facile est intelligere, si consyderemus cor hominis oportere esse in ijs quæ dei sunt, aut in ijs quę sua sunt. Et vel aurū pro deo, vel deum pro auro habere.

Idem exēpli videas in altero timore, scz traditionū suarū, sicut Isaias ait. Timuerunt me mandatis hominū & doctrinis, Quātis quęso hic laqueis legū irretitę sunt conscientię fideliū? Quātis exactionibus pręfecti isti Pharaonis, operibus duris, luti & lateris pręmūt & ad amaritudinem perducūt vitam filiorū Israel? Quis sic timet in mandatis dei, sicut in mandatis Papę? Neq; em̄ Auen ipsam aptius explanes, q̄ si filiorū Israel in Aegypto seruitutem applices, Sic plena est Ecclesia perturbatis, confusis, scrupulosissimisq; conscientijs, quas quottidie augent tyranni Romanistę, suis casibus reseruatis, exemptionibus, minis, censuris, & mille his artibus perdēdę Ecclesię dei, his adde Monasteriorū & collegiorū ritus, statuta, cerimonias, peruersu sensu intellectas, peiore vsu seruatas, vt vbiq; in mercedem diffidentię & neglectę fidei, operetur in eis deus huius seculi hanc irā dei, vt auari sint & operarij tristes, vtrobiq; inquieti, pauidi, & vt Hieremias ait, duplici contritione contriti magisq; in sempiternū cōterendi, vbi tam auro q̄ operibus, timore & scrupulo possessis, desperatione ęterna priuabūtur.

Hęc contingēt, quia dn̄m non inuocauerūt, fides em̄ sola vnicū huius irę & miserię remedium erat, qua dum carent, nec dn̄m habent, qui solū in generatione iusta est, hoc est, apd̕ eos cū eis & in eis qui credūt ei, & hac fide iustificantur, siue sit aliquis Iudęus siue gentilis, magnus aut paruus, ne quis de persona aut genere glorięt, sicut Samuel ad Saul dixit, Fac quodcūq; inuenerit manus tua, dn̄s em̄ tecum est. Et Paulus i. Cor. iij. Vbi spiritus dn̄i, ibi libertas. Hic em̄ nec opera Auen, nec cura rerū, nec conscientia traditionū, sed om̄ia libera, iucūda, quieta, quęcūq; facit placere confidit, quęcūq; potest, plebi dei facit, quomodocūq; vult, traditionib⁹ vtitur, cū iusto nō sit lex posita, nulliusq; egeat, solo dn̄o cōtentus, quem in hęreditatē accepit loco oīm, sicut ait ps. c. xviij. Portio mea dn̄ē ī terra viuentiū. Et. xv. Dn̄s pars hęreditatis meę & calicis mei, tu es qui restitues hęreditatem meam mihi. Sic em̄ dum omnia

discedunt & nos relinquunt, simul nos labor, cura, timor eorū relinquunt, & appropinquat suscipitq; nos ipse dn̄s, & simul inuenimus requiem, securitatem, libertatē animabus nostris, vt Matt. xi. dicit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos, tollite iugū meū super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde & inuenietis requiem animabus vestris, Iugū em̄ meū suaue est, & onus meū leue. Sic ps xxij. gloriatur. Q m̄ pater meus & mater mea dereliquerūt me, dn̄s aūt assumpsit me.

Videmus ergo & hic, q̄ iustus ex fide sua viuet, dū per antithesin, operarijs Auen, auaris, iustitiarijs, & deū nō inuocantibus, opponit generationē iustā, q̄ dn̄m habet, cū deū habere nemo possit, nisi per fidem, quia iustorū generatio, deum in om̄ibus inuocat, ideo non timet, nō est sollicita, nō est auara, non operatur inutilia, sed est in om̄ibus, eadem, equabilis, indifferens, vt Philip. iiij. Gaudete in dn̄o semper, iterū dico gaudete, modestia vestra nota sit om̄ibus hominibus, dn̄s em̄ ppe est, nihil solliciti sitis, sed in om̄i, oratione & obsecratione petitiones vestrę cū gratiarū actione innotescant apud deū. Ecce q̄ pulchre concordat his verbis Ap̄lus cum sententia horum duorū versuū, vbi tollit sollicitudinem, iubet inuocari dn̄m, promittit dn̄m esse prope, docet gaudere non in rebus sicut auari, sed in dn̄o &c̄

Illud, Trepidauerunt timore, idiotismus est hebręus, sicut ps. cxxxi. Et sancti eius exultatione exultabūt. Et. xx. Lętificabis eū in gaudio cū vultu tuo, vt indicet eos timere, nl̄la causa, cum non sit quod eos terreat, sicut prouer. xxv. Fugit impius, nemine persequente. Et Leui. xvi. Terrebit eos sonitus folij volantis. Et Deutro. xxviij. Dabit tibi dn̄s cor pauidū, itaq; a suo timore timent. Si em̄ paupertas quā auari metuūt, & traditio hominū, aut quęcūq; mala, sua natura terrerēt, etiā iustos terrerent. At nūc vitio cordis eorū, nō sua natura eos terrēt, Sicut econtra dn̄s beneficio fidei cor lętificat, ideo exultatione exultat, cū tn̄ dn̄m nō videat, nisi per fidem, ac sic de nulla re, q̄ de hac fiducia gaudet. At dices, forte impij cognoscerent & facerent eadē si quis eos moneret ac recta doceret, Nūc quia nō audiūt, quid mirū si nō cognoscāt, maneātq; operarij Auen, auari, dei ignorantes, timoribus vndiq; inquieti? Respondet Non est ita, Sūt qui monent, quos non modo nō audiūt, sed irrident, afficiūt contumelijs & persequūtur, vt sequitur.

Consiliũ inopis confudistis
Q m̄ dn̄s spes eius est.

Non ait Consiliũ generationis iustę, sed inopis, cũ tn̄ eosdē vtroq; vocabulo significet, Q, reuera generatio iusta & qui rebus om̄ibus contēptis coram hominibus nulla persona fulgent, pariter sine autoritate habeantur corā buccis istis & personatis Idolis generatiōis prauę atq; peruersę, in cuius medio (sicut Apl'us dicit) lucent sicut luminaria mūdi, verbum vitae retinentes, Itaq; coram deo sunt generatio iusta, sed corā hominibus indigni quibus credāt, imo vt Sap, v, dicitur, in derisum eos habēt & in similitudinem improperij, vitam illorũ estimant insaniā & finem sine honore. Confunditur aũt corũ consilium, dum modo non suscipitur (sicut oportuit) summa reuerentia, sed etiā damnatur, exibilatur, irridetur tanq̄ hęreticũ, seditiosum, scandalosum, temerariũ, erroneum, blasphemũ, sic em̄ & hodie, si magnatũ tyrannides monueris, appellaberis & excipieris.

Hebręus verbo transitiuo dici, Confundi fecistis, hoc est, egistis, vt cōsiliũ eius erubesceret & ignominia a vobis & oīb9 affectũ haberet, tāq̄ Chr'us veritas ip̄a īter latrones īter scelerata dogmata, qđ fit determinationib9, dānationib9, mādatis hominũ, sicut de Iudęis Apl'us ad Tessalo. scribit, eos ꝓhibuisse ne Apl'i loquerentur gentib9 quo salui fiant. Id quod nostro sęculo faciunt, hereticę prauitatis inquisitores, impijssimi veritatis oppressores cũ suis, Et emphaticũ sane verbũ posuit. Cōfudistis, nō extinxistis, Siquidē verbũ dei etiā hi extinguunt, vel in seipsis, qui ei nō credũt, vel si ad tēpus credunt, curis tn̄ vitę huius euntes suffocant, sicut dn̄s de semine inter spinas seminato docet. qui nō confundũt consiliũ iusti, quia verũ, sanctũ, bonũ esse credunt vel opinantur. At cruenti & furiosi illi nō extinguũt, nisi prius nomine pessimo ip̄m fedauerint, hoc est qđ dixi, turpissima morte ip̄m damnant, vt hęreticũ, erroneũ, seditiosum &c̄.

Cũ ergo scriptura tā ꝓprie mores impiorũ hoīm deliniat, oportet eos q proni sunt aliena ꝓ herętīcis dānare, om̄i studio obseruare, p̄sertim si & autoritate pſonę & nomine in populo valeant, Nā hi ꝓprie sunt quos hoc versu pingi videmus, nec oportet terreri ab illorũ insania nos, qui hac dei scriptura pręmuniti sumus, sic solere facere eos qui ignorant deũ, sed poti9 misereri eorũ & ꝓ eis orare.

Nec hoc, eorũ segniter taxat ingeniũ, quod dicit, Q̃m dñs spes eius est, ac si dicat, nulla alia causa damnatis, nisi ꝙ multitudine & magnitudine hominum nõ nititur, sicut vos, Nunc vero, quia solus est & non nisi in dño nititur, vos autem turba magnorũ & minorũ stipati estis, cõsidẽter damnatis, dixim⁹ em̃ & superius, hoc esse oĩm plausibilissimũ argumentũ im̃ impiorũ, qđ ab autoritate maiorũ & multorũ, tũ lõgitudine tp̃e ducũt, rursum a despectu & vilitate & paucitate dicentium recta, Qua larua vtraq;, sic excęcati sunt, vt clausis auribus ne audire quidem, nedũ consyderare velint q̃ dicũtur. Sic em̃ & pharisęi sese armabant multitudine & magnitudine Herodianorũ & suorũ contra Christum, Itaq; & hoc Emphaticum est, Inopis, Aeni. i. afflicti & humiliati, ac per hoc contẽpti in oculis Behemoth, qui nõ nisi sublimia vident.

Consiliũ aũt vocat, non verbũ aut reprehensionẽ, quo exprobat eorũ insaniam & aggrauat culpã, mitius em̃ peccarẽt, si repręhensionẽ eius damnarent, nũc aũt vtile & salutare verbũ, quo eoꝝ saluti cõsulitur damnant. Miserationis aũt affectu hic versus dicitur, in hũc modũ. Estis ne vos omniũ hominũ miserrimi, qui multitudine & magnitudine hoĩm freti non modo nõ auditis, sed extinguitis, ĩmo pessimo imposito nomine perditis, verbũ, quod non nisi vrę salutis gratia vobis, pio remedio & consilio, affertur, offensi dũtaxat paupertate, vtilitate & humilitate nuncij, nec vos hoc mouet, ꝙ etsi multitudine & magnitudine hoĩm circũdatus non sit, Dñs tamen ei assistit & spes eius est?

Sane sunt multi inter homines, qui ṽbo, ꝑpter quod certamen est, pro nihilo habentes, solo fauore huc aut illuc feruntur, quocũq; viderint multitudinẽ inclinari, qui si rursum in alteram partem res inclinarit, iterũ sequentẽ multitudinem, sic multi Christũ sunt secuti, qui postea ipso crucifixo scadalisati, retrorsum ad Iudęos redierunt. Arundines hi sunt vento agitatę, tantũ ad perniciem veritatis in tempore tentationis vtiles, vt qui scandalo sui, veritatis hostes confortant, cui prius autoritatẽ & robur, sua obsequentia infideli, pepererãt. plus iã nocentes q̃ prius profuerant, de qualibus ps. lxxvij. Filij Ephrem intendẽtes & mittentes arcũ, conuersi sunt in die belli, quia nõ fuit dñs spes eoꝝ, sed gloria pręceptoris, de qua sibi placebant sic Christus in Cruce. Elongasti a me amicum & proximum, & notos meos a miseria. Et iterꝫ, factus sum opprobriũ vicinis meis valde, & timor notis meis.

Quis dabit

13 psal:

Q uis dabit ex Zion salutare Israel? cũ conuerterit dñs captiuitatem plebis suę, exultabit Iacob & lętabitur Israel?

Hoc video ab illustribus patribus intelligi super Iudęos in finem conuertendos, Q, si verũ est, oportet psalmũ referri ab initio sui ad tempus Christi, qñ Synagoga sic erat execęcata, vt multi (nempe Zaducei) etiã spiritũ & angelũ negarent & resurrectionẽ carnis, vt Lucas Act. xxiij. refert. Et Christ⁹ eiusdẽ xx. Erratis, nescientes virtutem dei neq; scripturas &c. Sic em̃ dixerũt in corde suo non est deus, deinde auaritia, hypocrisi, incredulitate erant corrupti & abominabiles in studijs suis, & cõsiliũ Christi inopis ac pauperũ Apl'orũ, nõ mõ nõ suscœperunt, sed etiã per summã ignominiam damnauerũt, In quam sententiã & Paulus Ro. iij. de hoc p̃s videtur dicere, Scimus q̃ quęcũq; lex loquitur, ijs qui in lege sunt loquitur, Hoc sensu p̃s totus a B. Aug. tractatur. Tunc sequitur eodem filo ductus sensus. Q uis dabit ex Zion salutare Israel? q. d. frustra prędicatur eis, non nostrũ est, vt saluentur, & si consulamus & oremus sedulo, vt Paulus Ro. x. Voluntas cordis mei & obsecratio ad deũ pro illis sit in salutem, vt sit ista quęstio anxij affectus ac velut parturientis & optantis esse anathema a Christo, pro eis, sicut Paul⁹ Ro. ix. Vbi om̃ia agat & tandem mysterio insuperabili prohibitus dicat, sed quid facio? quid laboro? quis poterit eos saluare? Illuc tandem veniendũ est q̃ mysteriũ hic deus operatur, quia cęcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret, & sic om̃is Israel saluus fieret sicut scriptũ est. Veniet ex Zion qui auertet impietatem ab Iacob, & hoc a me testim̃entũ illis cũ abstulero peccata eorũ Ro. xi, Asperrimus em̃ est iste locus, nec ab ipso Paulo satis aperte explicatus, Nam & Isaię locũ. lix. quẽ inducit, nõ parũ mutat, vnde nec ego hoc mysterij seu secreti consilij hucusq; satis intellexi.

Q, si generaliter (vt cœpimus) psalmũ de om̃ibus hominibus intelligimus, nec sic male intelligimus, quia si ad literam de Iudęis solis loquitur, sicuti fere cogit Paul⁹ dictis iam locis ad Ro. Hoc tamẽ verũ ẽ, eos in hoc esse exemplũ omniũ impiorũ, qui in Ecclesia quocũq; sęculo, & præsertim in diebus nouissimis futuri fuerunt & sunt, sicut. ij. Pe. ij. Zodomitas dicit positos exẽplũ eorũ, q impie acturi sunt, Itẽ & Balaã eorundẽ

Zaducei error

Apostoli pauperes

Zion

Locus mysterij et secreti consilij

Zodomite exemplum sunt eorum qui impie acturi sunt

441

exemplũ, & Iudas, imo & Iohannes i. Ioh. iij. Cain exemplũ ponũt eorũ, qui ex maligno erãt. His ergo omibus, cũ omia frustra dicãtur atq; fiant, tandem tradita causa diuino secreto, non habetur nisi reliquus gemitus qui optet, nec tñ desperet, futuram in fine, dei misericordiam, sicut & nos hodie Ecclesiae captiuitatem optamus & speramus conuerti. Quis ergo dabit salutẽ Israel? dabit aũt ex Ziõ, nemo, donec ipse dñs cõuertat captiuitatẽ plebis suę, scz eius q̃ szm carnem Israel est, & iam i maxima & longissima & pessima omniũ captiuitate tenetur, tam corpaliter q̃ spiritualiter captiua, similiter exẽplo huius captiuitatem plebis suę cuiuscunq;, etiã si non sit szm carnem Israel & plebs dei, Nisi em̃ dñs ędificauerit domũ, in vanum laborauerũt, qui ędificant.

Addit aũt ex Zion, vt ostendat non aliam illis aut vllis hominib⁹ salutem dandam esse, nisi eam quę in Christo est, quae in Zion data est, & inde in omnem terrã ꝑpagata, ac per hoc esse Iudęos ad Christũ conuertendos, q̃tũlibet in eũ nunc insaniant, Non est em̃ impossibile apud deum omne verbũ. Et Ro. xi. Potens est deus iterũ inserere illos. Quocirca, damnabilis est furor quorundã Christianorũ (si christianos oportet appellare) qui se in hoc arbitrantur obsequiũ deo pręstare, si Iudęos odiosissime persequantur, omne malũ eis cogitent, ac eorũ deploratis malis extrema superbia & contemptu insultent, cũ hui⁹ psalmi exemplo & Pauli Ro. ix, summo affectu pro eis tristari & dolere & orare continue oporteat, Hi certe viderint q̃ audiãt Paulũ Ro. xi. Noli gloriari aduersum ramos, Q; si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te, Et iterum. Noli altũ sapere, sed time, faciunt aũt hac tyrannide sua impij isti nominotenus christiani, nõ leuẽ iacturã Christiano tũ nomini tũ poplo, ac rei sunt participesq; impietatis Iudaicę, quã hoc crudelitatis exemplo velut repellũt a Christianismo, cum eos omni suauitate, patientia, pręce, cura, debeant attrahere, Et horꝝ furori patrocinantur, instant, Theologi quoq; quidã insulsissimi, q fastuosissimo supercilio Iudęos garriũt esse seruos Christianorꝝ & subiectos Cęsari, cũ ipsi interim, tam vere sint Christiani, q̃ vere vllus est Romanus Cęsar hodie.

Quis rogo ad nostrã religionẽ trãseat, vel benignissimę patientissimęq; mentis, qui tã atrociter & hostiliter & non mõ non christianiter, sed plusq̃ feraliter sese a nobis videat tractari? Si odium Iudęorum & hęreticorum & Turcorum facit christianos, vere nos etiam furiosi, sum⁹ omnium christianissimi,

Si aũt amor Christi facit Christianos, sine dubio nos peiores Iudęis, hęreticis & Turcis sumus, cũ nemo Christũ amet min⁹ q̃ nos. Similis est horũ insania, stultis illis & pueris, qui Iudęis in parietibus pictis, velut patienti Christo auxiliaturi, oculos effodiũt, Nec aliđ etiã agũt passiõis dñicę declamatores plurimi, q̃ vt Iudęorum in Chr̃m ferociã aggrauẽt, & in eos exasperẽt fideliũ corda, cum Euangeliũ hoc agat, vt charitatem dei & Christi in ea re nobis vnice & summe commendet, cui⁹ illi ne verbo quidem vnq̃ meminerunt.

Igitur Epitasis est in nomine, dñs, sicut p̃s. iij. Domini est salus, ita nemo dat salutẽ, nemo conuertit captiuitatem, nisi dñs solus, Et affect⁹ illi. Exultabit & lętabit. p̃s. v. tractati sunt sed nomina Iacob & Israel, p̃s. iiij. vidimus.

PSALMVS QVARTVS DECIMVS, HEB. QVINTVSDECIMVS.

PSALMVS DAVID.

Omine quis habitabit in tabernaculo tuo? Et quis requiescet in monte sancto tuo?

Optimo ordine hic psalmus pręcedentẽ sequitur, sicut enĩ in illo, descripta est, idæa siue exemplar impiorum, quale, Iudęi tempore Christi etiam adhuc exhibent. Ita hoc describitur exemplar piorũ, vt sic nõ solum declinare a malo, sed etiam facere bonum doceat, pri⁹ veterem hominem exuat cum actibus suis, deinde induat nouum, qui s'm deũ creatus est. Et primo notandũ, q̃ absolute imaginem pij populi ponit, non monstrans vnde petenda sit aut veniat, quo fit, vt insipiens, ea quę hoc psalmo dicunt̃, posset moralibus virtutibus & libero arbitrio tribuere, quę om̃ia sunt gratię operãtis, ita vt psalm⁹ hic vnus sit de facillimis, dũ simplicissime mores iustificantis gratię, ipsa penitus tacita, depingit, simul tñ sit in intelligibilis, ijs, qui gratiæ notitia non sunt pręmuniti, sicut & psalmus præcedens apertissimus est, cum mores impiorum & opus paterni peccati, ipso tacito, arguat, obscurissimus autem ijs,

qui peccati illius scientia inanes, liberū arbitrium illic solum modo consyderant, cui tribuant conuersionem captiuitatis & ignorantiā dei cū reliquis malis.

Pugnat vero hic psalmus maxime aduersus personas personarūq; spectatores, deinde aduersus cerimonijstas. Iudęi em̄ prę cęteris gentibus, vtraq; persona mire superbiebant, q̄ soli essent patrū semen, & soli legē dei haberēt, ita de generis gloria, de sapiētia & iustitia p̄sumebāt sese solos habitaturos in tabernaculo dei, sicut Lucę. iij. dixit eis Baptista, Et ne dixeritis semen Abrahę sumus, potens est deus, de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrahę. Et Ro. ij. Tu qui gloriaris in lege & ꝓbas vtiliora &c̄. Ab horū ergo p̄sumptione ꝓpheta faciem vertens in secretū conspectū dei, vbi non est respectus personarū, veritatē allaturus, accusat eos, simul tamen eorū cęcitati cōpatitur dicēs.

Vt quid illi dn̄e iactant gloriā generis, sapiētię & iustitię, quę ex lege est, & prę se solis neminem in tabernaculo tuo admittunt? Sic em̄ iudicant homines, Tu vero apud quē null⁹ est personarū respectus longe aliter, Nam quod altū est corā hominib⁹, abominabile est apud deū, Tabernaculum aūt dei & montem sanctū dei, Ecclesiam dei significat, nō christianam tantū, sed omniū iustorū etiā in Synagoga, non tn̄ frustranea est ista ingeminatio seu repetitio tabernaculi & montis. ¶ Tabernaculū em̄ seu tentoriū, militaris habitatio est, vt significet populū dei in ecclesia sic habitare, vt assidue cū peccatis mūdo & demonibus pugnet, & in hac parte sine timore & inquietudīe non sit, quę res pertinet ad mortificationē veteris hominis, At requiescere, quod in hebręo etiā habitare est, sed pacifice & quiete, sicut in ciuitate vel castro, id quod noster interpres per requiescere vtcūq; expressit, significet, per fidem in Christo securam, quietamq; conscientiā habere in medijs etiam pugnæ tumultibus, quę res pertinet ad iustificationē noui hominis, vnde rectius posita fuisset cōiunctio, &, q̄, aut, sicut est in hebręo.

Videmus ergo hic non de quouis queri, qui in Eccl'ia dei sit, cum sint multę paleę cū tritico in area, sed de ijs dūtaxat, qui vere de Ecclesia sunt, quibus ecclesia est tabernaculum belli & mons pacis, qui semper pugnāt in ea semperq; triumphant. Audiamus ergo quid ad quęstionē cōmunissimā respondet, qua omnes quęrunt, quid sit esse bonū, iustum, sanctum hominem.

Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiā,
Qui loquitur veritatem in corde suo.

Ex fructibus eorū, scz, cognoscetis eos, quorū tres hoc versu primo iuxta hebraicā distinctionē ponit. Primus est esse immaculatū in via. Sic & p̄s. cxviij. incipit. Beati immaculati in via, quod est, vt Iacob i. dicitur, Immaculatum se custodire ab hoc sęculo, Non aūt de puritate loquitur carnali, quę in vestibus, cibis, potibus, membris, alijsq; iustitijs carnis, siue in sacerdotio leuitico, siue in apparatu mundano seruatur. In spiritu em̄ loquitur de sp̄uali munditia, quę est duplex, Siquidē Paulus inquinamentū carnis & spiritus distinguit. Et Tit. i. inquinatas impiorū mentem & conscientiam profitetur, quo vitio nihil eis mundū esse proclamat. Hęc impuritas est ipsa impietas, opinio, sensus peruersus de deo, oculus scz nequam, qui totum corpus tenebrosum facit, etiam speciosissima eorum opera, verba, consilia, cogitata, tam efficax est malū huius immundicię spiritualis. Altera est immūdicia carnis, libido & voluptas, quę & si cor & volūtatē immūdis desyderijs polluit, Carnis tn̄ dicitur, quia de carnis libidine venit.

His duplex opponitur munditia, spiritus & carnis, Sp̄us ē ipsa pietas, quā Iob & Baruch sapiētiam vocāt, Petrus & Paulus fidem, Sic em̄ Act. xv, Petrus dicit. Fide purificans corda eorum. Hęc em̄ facit, vt sit mēs & conscientia pura, recte de deo sentiens, vnde in p̄phetis frequentissima est fornicationis mentio, qua populū Israel pollutū, contaminatū, maculatū, corruptū, prostitutū, adulterū arguunt. Rursus virginem vocant populū syncerę fidei, vt castitas & maculatio carnis, fere p̄ figura pietatis & impietatis habeantur, Sic em̄ Osee, i. & ij. sumit metaphorā ab vxore & viro, dn̄s inter se & synagogā.

Munditia carnis, ipsa castitas est siue pudicitia, quę satis cantata & nota est, & hanc quoq; ipsa fides facit, sicut Isaię. v. dicitur. Et erit fides cingulū lumborū ei⁹, & fides cinctoriū renū eius. Vocatur aūt & hęc puritas carnis, cū intret & maxime sit ī spiritu hominis, q̄ sit in rebus operibus carnis. Sicut illa, puritas spiritus, cū prodeat & maxime in om̄ia opera sese fundat, totam vitam purificans, q̄ sit de rebus & operib⁹ spiritus, Has duas pulchre composuit Paulus, i. Timo. ij. vt quietā & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate, gręce Eusebia & semnoteti, qua deo seruitur, & honeste viuitur.

Vide itaq;, fidem tacet, sed fructus eius cōmendat, cū immaculatus ingredi nemo possit, nisi qui credit, sitq; idem, ingredi sine macula, quod viuere in fide, ac sic a primo mādato incipit.

Operatur iustitiam, Hic iustitia absolute dicitur absq; pronomine. tuam vel meam, quia iustitia dei est (vt satis diximus) qua ex eius gratia, coram ipso iusti sumus, de qua hic non loquitur, sed de iustitia, qua inter homines viuimus, nulli nocentes, omnibus sua tribuentes, quo modo & Apl'us Tit. ij. Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sęculo. Obserua aūt, opator iustitię, non ait, qui loquitur, cogitat, audit iustitiam, qa non auditores, sed factores legis iustificabuntur. Quid autem debemus aliјs? Illud qnod Christus Matthei. vi. docet. Quęcūq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis, etiam hostibus, scz nulli nocere, nulli reddere malū, patientibus iniuriam succurrere, omibus benefacere, magis tñ (vt dixi) hæc in personarū respectū dicuntur, quasi dicat, Non quia sacerdos, non quia religiosus, non quia oras multū, non quia facis miracula, non quia eximie doces, nō quia titulo patrū spectabilis es, uullius deniq; operis operator, nisi iustitię habitabis in monte sancto dei, qua si careas, non proderunt etiam omia alia opera, nec ipse indulgentię, nec ipsa suffragia, nec ipe intercessiones, Stat sententia, Ambulator immaculatus & operator iustitię habitabit in tabernaculo dñi.

Qz multi em̄ sunt, qui Eccl'as, collegia, monasteria, altaria, vasa, vestimenta, edificant, augent, ornant, qui tñ interim iustitiam ne cogitant quidem, imo hęc vt operenť, iustitiam conculcant, tandem per ipsa, iniustitię suę veniam sperantes, q̄ plurimis, hoc negocio deceptis, sic in extremo die dicturus est, esuriui, sitiui, nudus fui, captiuus fui, infirmus fui, peregrinus fui, Nihil de operibus, quę hodie iactantur & spectantur, Rursum nihil refert, si laicus, paup, eger, cōtemptus & q̄tūlibet vilis, si oparis iustitiā, saluꝰ eris, Vnicū hoc spectādū spectaculū, opatio iustitię, cęteris frustra irritātibꝰ alliciētibusq; specie pietatis.

Qui loquiť veritatem in corde suo, pulcher ordo, primo persona grata requiritur, per munditiā, deinde opꝰ, per iustitiam, tandē verbū, per veritatem, sic respicit deus ad Abel primū, deinde & ad munera eius. Et qui potens est in opere, erit & in sermone, Et lignū qđ fructū suum dat in tempore suo, eius foliū quoq; nūq̄ defluet, Ne sint, qui dicūt & nō faciunt. Loqui in corde suo veritatē, Aug. putat, dictū de eo, qui nesciens

loquitur veritatem, cū aliud voluerit, q̄ȝ significatū sit, vt Caiphas. Iohā. xi. Expedit vobis, vt vnus homo moriat̄ pro populo, hic em̄, expedire voluit, ne p̄iret pp̄l'us de terra, q̄ q̄ȝ hoc sciret non secuturū vel saltē ignoraret. Veritatem ergo in ore dixit, non in corde suo, sed in corde Iohannis, quia hoc qđ ille mendaci corde, veraci ore protulit, hoc Iohānes veraci corde intellexit. Tales sunt & illi, qui apud Paulū. i. Timo. dicunt̄ nescire, quid loquantur & de quibus affirment, frequentissimū scz maloꝝ, etiā multis sanctis patribus insidiatū, dū scripturas sanctas ipsam scz veritatē, aliq̄n torserunt pro affectib⁹ suis. Et hodie, quis hoc vitio se gloriabit̄ carere? abundant em̄ deprauatores verbi dei supra modū, non q̄ om̄es scienter mētiantur, sed qđ nō cognoscūt cor suū satis, qđ verbis ore prolatis verissimis, cōtraria sapit, nec seipsum nec verba oris sui intelligit. Quod fit, quia loqūtur ea, quę fidei mūditia & vita iustitiā operante, non sunt cōsecuti, ideo necesse est, vt diuinēt de om̄ibus, & nihil intelligant.

Idem dicendū de ijs, qui non docent, sed familiariter colloqunt̄, Rarissime em̄ ita loquimur inuicē sunt sentim⁹, timētes offendere, vt nesciā an vnū hominē sim exceptur⁹ ab hoc peccato, p̄ter solū Christū, sicut nec operatorem iustitię, nec immaculatū ambulatorē, esse credam vllū sine vitio nisi Christū solū, q solus peccatū nō fecit nec inuētus est dol⁹ in ore ei⁹. Si em̄ omnes vt sentimus inuicem loq̄remur, q̄ȝtis nos oneraturi essemus aduersarijs, quātę amitię hoc gladio veritatis diuiderent̄, q̄ nūc arctissime coniunctę vident̄. Ita q̄ȝtū manet in nobis hūanitatis, tantū manet & mendacij & vanitatis. Nemo igit̄ sine fictione & adulatione, nec sine falsa verbi dei opiniōe, Iteꝝ vt dixi, personę respectū hic taxat, quę plurimos fallit, ne hoc vitio sese laborare, dep̄hendant. Adeo nemo est apertus & simplex satis, nec t̄n curamus, vt hoc malo careamus, sed interim opuscula nostra facim⁹, quib⁹ cōfidim⁹, q̄si cū vitio, habitare in monte sancto dei.

Qui non egit dolū in lingua sua, nec fecit proximo suo malū.

Et opp̄briū non accepit aduersus p̄ximū suū.

Non est dubiū, quin id qđ dixit, ambulator imaculatus, op̄ator iustitię, totam iustitiā significet, quā deinceps suis p̄tib⁹ exequit̄, quaꝝ vna est, veritatē loqui in corde, nō adulari, nō cōniuere, nō indulgere, q̄ vitio peccam⁹ in amicis & sodalib⁹.

Alia pars est, dolum non agere in lingua, quod hebraice, Qui non detraxit seu detulit, dicitur, Hieron. Qui non est facilis in lingua, significat aũt id vitij, quo peccamus in aduersarijs, deferẽtes ad amicos, quęcũq; ab inimicis eorũ audiuerimus, eaq; in peiorem partem interp̃tamur, cottidieq; exploramus, vt similia deferamus, a quo verbo Ioseph exploratores Aegypti appellauit fratres suos Gen. xlij. Vitiũ sane late patens & cõmunissimũ, simul ad discordias excitandas potentissimũ, Deinde qđ nõnũq̃ specie & titulo cõsilij & monitorij sese pulcherrime vestit, Pulcherrima vero larua est, qñ in angelũ lucis sese transferens zelo dei defert, explorat, accusat proximũ de hęresi, errore, impia vita. Hic em̃ p̃miũ expectat pro obsequio dei, qđ prestitit occidendo pios, & dãnando pia dogmata, Vult ergo ꝓpheta, vt ea q̃ mala sunt proximorũ, apud aliũ proximum taceamus, etiã si sit inimicus & meritus de nobis, nec nisi bona loquamur, & ea tantũ quę ad reparandam, seruandam & augendã cõcordiã valẽt, Id em̃ vellemus nobis fieri, quin maxime caueamus, ne cuius verbum & opus temere iudicemus & damnemus, ne in veritatem impingamus, pro qua videmur maxime conari, Sic matrem suam Aug. fecisse inter mulieres inimicas scripsit Confess. ix. Ideo insignis pars iustitię i hoc absoluitur, multa sunt in hoc vitiũ in scripturis testimonia, quæ omittimus, cum sit vitiũ per se notissimũ hominũq; doctrinis damnatũ, verũ nec illo caret vllus hominũ in hac vita, tanta est miseria huius vitę, quia & si sint, qui non exigunt sibi mala nũciari aduersarij, & eius om̃ia in peius interpretari, tamen si ita nuncientur & interp̃tentur, non inuiti audiũt diciq; permittunt nec repellũt nec resistũt dicenti, nec in bonũ interp̃tantur, suspitioniq; saltem locũ faciũt, Hac virtute clarus fuisse scribit Godolias filius Aicham Hiere. xl. qui cũ Iohannan Carec ei nunciaret & vere nunciaret, Ismael Nathanię ei insidiari vt occideret, noluit audire nec credidit, dicens. Falsum tu loqueris de Ismael, Et hac pia opinione perseuerans occisus est, malens periclitari vita q̃ mala (q̃ tamen vera erãt) suspicari de ꝓximo suo & credere delatori.

Nec fecit proximo suo malũ. i. damnũ vel nocumentum, Quod vitiũ si in latitudinem suam extendas, nec ipso carebit penitus vllus hominũ, sicut nec pręcedente, Nam & si sunt, qui manũ non extendunt, tamen Nemesi peripatetica virtute, malis mala fieri gaudent, nec prohibent, quin iustitiã dei laudãt, q; dignis digna intulerit, interim non videntes, q; nollent sibi [illegible] talia

talia optari a quoq̃ aduersario. Et hanc legem naturę, lumen illud naturę Aristoteles non vidit, qñ ethica sua, Nemesi ista & multis alĳs vitĳs pro virtutib⁹, positis fœdauit, sed & hoc mōstrū nō raro induit angelū lucis, vt sit incognoscibile, dum exurit & occidit sanctos dei & persequitur veritatē & iustitiā in obsequium dei & zelo veritatis, sicut hodie furiūt sophistę & pontifices Idola, nihil curantes, ꝙ sibi talia fieri nollent, ita vides, ꝙ in personarū respectū maxime inuehatur, ꝙ ĳ p̄sumunt potissimū in tabernaculo dei habitare, qui sunt ĳs vitĳs inquinatissimi, falsi specie bonę intentiōis, nominis & personę coram se & hominibus.

Et opprobriū nō accepit aduers⁹ proximos suos, verbum accepit, melius leuauit fuisset redditū, sic & p̄s. xxiĳ. Qui non accepit, (non leuauit, nō exaltauit, nō iactauit) in vano animā suā. Ita hic, qui non iactauit, exaltauit, exaggerauit, magnificauit, dilatauit, malū nomen, opprobriū, ignominiā, conuitiū, blasphemiā contra proximū suū, id quod solent inimici mutuo facere, Maxime aūt illi, cōtra quos maxime loquitur, personati zelo dei & amore veritatis, in spiritu em̄ loquit̄, Nam crassi illi conuiciatores, mox sese agnoscunt male fecisse, sed illi pergūt in merito digno zeli sui, quos hęreticū sit, nō bene fœcisse dicere, Itaq̧ hoīū est cōtra proximos clamare, hæreticos, schismaticos, erroneos, & sexcenta mala nomina, eaq̧ in vulgus propagare, eleuare, magnificare, coram magnatibus, manibus, voce, & toto corpe testari, donec cęlū & terrā, si possint, misceant & conturbent ꝓfundū maris.

Verū vide, spiritus nō omittit, quin proximos appellet, quātūuis sint inimici inuicem, potentissimo verbo eos ad pacem & concordiam vocans, & insignem insaniā eorū taxans. Quis em̄ deferat, noceat, conuicietur proximo suo, nisi insanus? Quō excusabūtur ꝙ digna facerint inimicis, negātes eos proximos esse, contra spiritū qui proximos eos esse affirmat? sed sic fieri oportet, vt legis naturę obliti, faciant quod sibi fieri nollent.

Ordinem quoq̧ obserua pulchrū, nam totus hic versus de inimicis agit. Primū est em̄, mala proximi explorare, deferre, accusare, Deinde accusatū nocere, occidere, exurere. Vltimo, ne inique gessisse aut gerere videantur, blasphemare, eleuare opprobriū, iactare crimina, & sic pœnam dignā redditā ostentare, Sic in Christū primo explorabant falsa testimonia, detulerunt & accusauerūt, accusatū dehinc & damnatū crucifixerūt,

K

Crucifixum vero pessimis nominibus blasphemauerũt. Tam ꝓprie, apte, breuiter impiorũ vitã depinxit, contra boni viri ẽ opprobriũ ꝓximi nõ admittere, extinguere, cõtraria ꝓdicare, tueri, & si nõ potest tueri, excusare, aut saltẽ dolere & compati, etiã inimico & malo, sic em̃ sibi quisq; fieri vellet, Ita non mõ non nocebit aut malũ faciet ꝓximo, sed etiã bene faciet siue sit amicus siue inimicus, vt est sententia Christi Matt. vi. Nec explorer nec deferet, sed deferenti resistet, susurronẽ compescet, Magna & ardua sunt hęc, ꝙ i his offendi oportet mõtes Israel, & ipsam superbiã Iordanis, summos Epos, Magistratus, potentes, sapientes, sanctos, Nam hi longe amplius q̃ vulgus ijs vitijs sunt impliciti, longeq; magis seuiũt ac nocent, cũ sit apd eos species bona & autoritas metuenda, hoc est qđ dicit.

Ad nihilũ deductus est in conspectu eius malignus timentes aũt dñ̃ glorificat
Qui iurat proximo suo & nõ decipit.

Dixisset ad nihilum deductus est, summus sacerdos, Rex, ꝓpheta, princeps, seniores, scribę, pharisei, Epi, & quicquid ẽ magni nominis in cõspectu eius, nisi distinguendũ esset inter personas & vitia, inter potestatẽ & abusum potestatis, Nomĩa em̃ potestatũ metuenda sunt, sed vitia eorũ contemnenda, nec ꝓpter potestatẽ vitia dissimulãda aut ꝓbanda, nec ꝓpter vitia potestas offendenda aut contemnenda, cũ potestas nulla sit nisi ex deo, nec sit hominũ, sed dei, Ro. xiij. Vitia vero nõ sunt dei, sed hoim. Prudẽtia itaq; hic opus est simul & magno aĩo, ne ptãs terreat vitia cõtẽnentẽ, nec vitia subuertãt ptãtẽ stulta humilitate suspicientẽ. Est ergo sensus, Et si delatores malefactores & blasphematores sint magni & iniquitas egrediat̃ de maioribus babylonis, qui videntur regere populũ non eorũ magnitudine terretur, despicit eos vt malignos & fiducialiter agit, defendens ꝓximos suos, licet reuereatur, vt minores, humiliter cedens eorũ potestati.

Hũc versum si seruassent, Christiani in Romãos proceres minus malorũ hodie haberet Eccl'ia.

Hebręus elegantius hoc loco dicit, Contemptus est in oculis eius contemptor, scz ingenium magnatũ & superborũ indicans, qui fiducia potestatis & laruа personę inflati, ab omnibus volunt metui, ipsi vero om̃es contẽnere, om̃ia sibi licere, alijs citra eorum consiliũ nihil licere, sicut Romę de germanis

dicunt Idola nostra. Quātos stabularios habemus Romani, Et iterū Todescola bestia. Sic enim sanctissimi pastores ouium Christi, nos pascunt, pro pallijs & tota substantia nostra quam rapiunt robustiss. latrones, Nonne & ipsi sunt magnifici & securi dei, hoim & omniū contemptores? At quis hos rursum contemnit? Num adulatores? qui id etiam habent negotij, vt potestatem ipsam asserant, vbi vitia tantū arguuntur, quo potestatem ęternę salutis ministeriū, faciant iniquitatis cędiuę patronam & perditionis officinā.

Contra, Timentes aūt dñm glorificat, pulchra antithesis, illi sunt contemptores dei, hi timentes dei, illos contemnit, hos glorificat. An non mouetur persona paupertatis, paucitatis, humilitatis, ruditatis, ignobilitatis, oppressionis eorum? Non, sed sicut Moses Heb. xi. Reliquit Aegyptū non veritus animositatem regis, magis eligens affligi cum populo dei, q̄ temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias existimans thesauro Aegyptiorū improperiū Chri, sicut Achimelech, nihil verit⁹ Saulem & principes eius, cū fiducia ꝓ paupere Dauid locutus est, i. Reg. xxij.

Emphasis autē insignis est, ꝗ permutato affectu gloriā paruis & contemptis, contemptum magnis & gloriosis tribuit magnos & qui paruorū sunt contemptores, non solum non honorat in malicijs eorum, sed etiam contemnit, paruos & ab illis contemptos, non solum respicit in bonitatibus eorū, sed etiam glorificat, cū longe secus agat mundanus affectus, vbi vitia magnorū, vel pro virtutibus pręcicantur, vel oīa mitius interpretantur, contra paruorū virtutes vel ꝓ criminibus accusantur, vel omnia in peiorem partem interpretantur, sicut erudite fingit fabella vulpis & leonis, itē lupi & ouis. Itaq; audacis spiritus animosum opus est, honoratos contēnere & cōtemptos honorare. Sic. i. Reg. iij. Eliseus ad Iorā regem Israel intrepidus dixit, Quid mihi & tibi est? viuit dominus in cuius conspectu sto, quia nisi vultū Iosaphat regis Iuda vererer, nō attendissem te, nec respexissem.

Qui iurat proximo suo.

Hieronym. Iurat vt se affligat & non mutat, potest quidem hebraicum verbum, cum sit ęquiuocū ad afflictionē & amicū pro afflictione transferri, sed nostrae translationis sensus magis placet, cum de operibus erga proximū in totum agat, excepto

versu secundo, qui de operibus erga seipsum purificandũ satis egit. Cõmune aũt hominũ vitiũ tangit, de quo oms querũt, scz infidelitatẽ, qđ venit ex radice illa, qua quilibet q̃rit quæ sua sunt, maxime in cõmercijs & negocijs, sine quib⁹ vita hęc nõ agitur, vt em̃ affectus sui comodi est intimus, quem nemo satis in seipso agnoscit, cum sit astutissimus & dolosissimus, ita arduũ & rarũ est seruare & nõ mutare, qđ ꝓmissum iuratũq; fuerit. Q̃z si qui etiã seruant, tamen corde non satis prompto seruant, p̃sertim arridente quopiam quod interim acciderit, vel lucro, vel occasione maioris comodi, quod pœnitentiam promissi simul cõmoueat, Sed esto & hic superet (q̃q̃ sine grã dei natura id nõ faciat) tamẽ etiã pręsente gratia pauci superãt, si inimico vel iurent coacti, vel interim inimico facto seruare iuramentũ debeant. Itaq; nullus filius Adam hoc pręceptum implet, & filius dei vix implet, vel potius incipit implere, ideo null⁹ illorũ habitat in tabernaculo dei, cũ hic etiã vix habitet & vt Petrus ait, Iustus vix saluabitur.

Proinde quisq; sibi caueat ab insulsis, imo impijs & hæreticis decretalibus, tit. de votis & voti redemptione, vbi Ro: pontifex, vel poti⁹ scriba eius aliquis indoctissimus audet statuere, in manu sua esse, dispensare & mutare vota & iuramẽta, seu (vt q̄dam mitius loquũtur) declarare q̃ sint & nõ sint vota dicens contra expressum textũ Deutr. xxiij. cũ voti transgressi reũ non esse, qui mandato Ro. pontificis implere distulerit, nõ pastor sed perditor ouium Christi, adducens in operculũ impietatis suę seu fundamentũ sentẽtię suę, q̄ Exo. xiij. & xxxiiij. scriptũ sit, asini primogenitũ mutandũ seu redimendũ oue, non contentus, q̄ ea scriptura nihil de iuramento aut voto sonet, deinde q̃ mutatio non hominũ arbitrio, sed dei mandato statuta sit, sic deprauatis verbis dei in suã tyrannidẽ stabiliendam, verũ etiã magnũ crepãte bucca, se os obstruxisse loquẽtiũ iniqua, cũ fiducia gloriat̃, ostendens se in hoc q̃si sit deus in templo dei, idem potens, quod deũ potuisse legit, imo soluere audens, q̃ deus pręcepit. Si vero declaratio tantũ q̃ritur, non potestas, sed sciẽtia hic locũ habet quę discernat, sit votũ nec ne ideo melius declarabit pius aliquis & eruditus vir, q̃ omnipotens & omniuolens sedes Apostolica, plerunq; inerudita & in sacris literis imperita.

Cum itaq; hoc loco ꝓpheta exigat iuramenta hominibus pręstita, vt necessaria ad salutẽ, multo magis nemo soluet vota seu iuramenta deo oblata, Vnde Iosue. vi. filij Israel, etiã si dẽ

cepti Gabaonitis iurauerint, & postea re cognita penituerint, tamē seruauerunt iuramentū. Contra, rex Zedechias a pphetis presertim Ezechiele acriter reprehensus est, q iuramentū non seruarit Regi Babylonis, & tandem miserabiliter captus, excecatus & punitus est, id qđ & seculo superiori cōtigit Regi Hungarie, rupto cū Turcis pacto foedere, mandato legati Aplici, nec sic tamen exempla tanta, hereticā istam sententiā mitigant, & heretici prauitatis inquisitores hic libenter dormiūt.

Credo aūt ea que de iuramento seruando hic pcipit, etiam de quauis promissiōe simul intelligenda esse. Mens em̄ eius ē, fidem inter homines docere, fidem inq̄ nō qua credit in deū, sed qua inuicem fideles & pmissi tenaces esse debent, quo mō dei fides, Ro. iij. dicitur. Nūquid incredulitas illorū fidem dei euacuabit? Quod alibi. ij. Timo: ij. sic dicit. Si non credimus, ille fidelis permanet, vt sic simus filij dei, & alter alterius deus, fideles credēti nobis, sicut deus nobis omibus credētib⁹ fidelis est. Apprehendit aūt potissimū iuramentū, quod in hoc opis genere fides insignius vel seruatur vel violatur, sicut & castitas in phibito adulterio, & mititas in phibito homicidio docet, & multa ijs similia, Veruntā in omibus ijs cōmendatur gratia dei, non em̄ humane, sed diuine virtutis est, nō peierare, sicut & non adulterari, nō occidere, inspexit em̄ cōmunē hoim vitā, quā Oseas. iiij. sic describit. Nō est veritas, nō est misericordia, non est scientia dei in terra, maledictū, mendaciū, homicidiū, furtū, adulteriū inundauerunt, & sanguis sanguinē tetigit, Et quis hodie sese tutū glorietur a periurio cū singuli astringamur tot iuramētis? primo Ecclesiasticis, deinde pphanis magistratibus. Quis em̄ nulli iurauit, nisi infans in cunabulis? quis aūt seruauit omia iuramenta? ita fit, vt nubes iuramentorum vere inundet periuria in Eccl'ia, & legū multitudo, peccatorū plurimorum causa existit, Nemo itaq; non iuratus, nemo vel paucissimi qui se iuratos esse nō poeniteāt, aut ex animo iuramēto satisfaciāt, Ita vndiq; vita ista peccatis nos inuoluit miseros.

Queritur aūt hic, an christiano liceat iurare, cū Christus Matt. v. doceat. Ego dico, non iurare oīno, multis ac magnis libris hic actū est, satis periculose & tarde definiūt, postq̄ omes sumus impliciti captiq; iuramentis, & cōis vita hominū vsum iurandi tam celebrem habeat, vt nihil fere celebrius nec hodie inter eos cōuenit. Certe hic versus indicat iurare licitū esse, etiā pximo seu amico suo, ne quis tantū superiori exactori iurandū esse putet, nec loquitur de periurio seu falso iuramēto tm̄,

quo quis sciens falsum iurat, sed potius de implendo iuramẽto quod hebreus clarius q̃ noster exprimit, vbi pro non decipit, legitur, nõ mutat, non deficit, non rebellat, hoc est, qui fidem pręstitam non frangit. Cũ ergo verba Christi prohibentis iu= ramentũ tam aperta sint vbi dicit, Sit sermo vester, est, est, nõ, nõ, quod his abũdantius est a malo ẽ. Rursus nõ minus apertũ sit ipsum sępissime iurasse, cũ in Euangelijs toties dicat, Amen amen dico vobis. Et Paulus toties iuret, qui tamẽ nusq̃ prohi buit iurare, vbiq; aũt fidem & veritatem pręcepit, nescio quid dicam & cui credã.

Volo interim meo sensu nugari, qui tñ non longe sit alie= nus ab oĩm aliorũ sensu, sequar aũt. imprimis cõem hominum vitã & sensum, Deinde verba Christi quo simplicius potero accipiã, Oĩm sensus in hoc est, vt multa vitia dãnet, quæ tñ nõ omittit, vt testatur cuiusq; cõscientia, Ita etiã eos damnat, q facile iurant cõmuni sermõe seu colloquio, qđ tamẽ difficile ẽ cauere, vt experientia testis est. Cęterũ extra colloquiũ, vbi fœ= dera, pacta, aut fides exigũtur, nemo iuramentũ damnat, vt sic distinguendũ sit inter familiarẽ sermonẽ, narrationem, siue colloquiũ, quo recitantur, nũciantur, dicũtur varia, & inter cõ tractus, pacta, fœdera, ꝓmissiones, fidem & similia. Ita Chr̃us & Paulus iurant, quoties fidẽ suadent, ac cũ hominibus paciſ= cũtur pacto sancto fidei. At Christus de cõi sermone loquitur, vnde signanter dicit, Sit sermo vester, est, est, nõ, nõ, vt leuitatẽ iurandi ꝓhiberet, cũ sit nulla necessitas in sermõe cõi, hoc puto & Aug. sensisse, cũ ꝓhibitam dicit pronitatem iurandi, Ita stat verbũ Christi simplicissimo sensu verum. quod abũdantiꝰ his est, a malo est, vt nõ sit necesse malũ nõ credentis fingere, cũ sit reuera malũ iurantis in cõi sermone (vbi nulla ꝓmissio, nullũ pactũ, nulla fides, ac per hoc nulla necessitas est) iurare prõpti

Hac sentẽtia minus multas cõscientias illaqueabimus, quæ vt dixi, vitã seu sensum cõem hoĩm, a quo Christi doctrina, si recte cõparetur, nõ abhorret multũ, quantũ ad mores spectat, exprimit & verbo Christi, simpliciter accepto consonat, sed & originali suo, vnde Christus accepit, nõ abludit, dicit em̃ Leuit. xix. Nõ mentiemini, nec decipiet vnusquisq; ꝓximũ suũ. Nõ periurabis in nomine meo, nec polluesnomen dei tui, vbi de cõi & familiari sermone loquit̃, vt videt̃, dũ mendaciũ & falsi= loquiũ (quæ mitiora sunt cõis colloquij peccata, q̃ periuria, perfidia ĩ pactis & cõtractibꝰ) tractat, Sed & hic versus psalmi non de cõmuni sermone sese loqui ostendit, dũ dicit. Et non

mutat, manifeste perfidiam & periuriũ taxans, siquidẽ mendaciũ & falsiloquiũ, seu piuriũ i cottidião sermõe supius taxauit. Qui loquit veritatẽ in corde suo, De eodẽ iuramẽto ps. xxiij sic dicit. Et non iurauit in dolo proximo suo. Ita stat vtraq; sentẽtia Q, christiano simpliciter preceptum est nullo mõ, per nullã rem diuinã vel humanã iurare in sermone quocunq;, Et tñ seruãdũ est iuramẽtũ prestitũ in quacũq; causa aut pacto. Quare iuramentũ simile est operi carnali, qđ extra matrimonium nõ licet, & intra matrimoniũ & petitur & redditur iure. Ita extra pactũ & fidei negociũ iurare nõ licet, intra vero optime licet, imo expedit.

Qui pecuniã suam nõ dedit ad vsuram & munera super inocẽtes nõ accepit, qui facit hec, Non mouebitur ineternũ.

Iste versus nõ indiget expositione, sed impletione, & Aug. dicit, hec nõ esse magna & incipientiũ, quia ꝓpheta a superioribus & maioribus incepit, Idem sentit d. Hiero. & alij, Verũ si spiritu loqui ꝓphetam aduertimus, quis est hominũ qui nõ sit inuolutus his peccatis? Esto, nõ dent õmes ad vsuram, õmes tamẽ odiũt, non licere ad vsuram dare, gauderentq; licere, sua non aliorũ comoda spectantes, deinde si & hic se tegit Adam veteris nequitia, si tamen penuria vrgeret & alia via nõ pateret q̃ vsura, nemo non fieret vsurarius, quare õia illa verba huius psalmi, Habitabit, requiescit, ingreditur, operatur, loquit, non egit dolũ, non fecit malũ, non accepit opprobriũ, iurat, nõ mutat, nõ dedit, nõ accepit, facit, sic sunt de opibus intelligenda, vt ex pura spiritualiq; volũtate manare õia intelligãtur, cũ hypocrite talia vel õia vel multa simulare ad tempus possint, sed in tpe malo cõtraria faciunt. Alioquin reuera parũ est operis, nõ dedisse pecuniã ad vsuram, cũ iubeamur & inimicis benefacere gratis, oĩbus mutuũ dare.

Sed nõne propheta cõtradicit Mosi, qui filijs Israel Deut. xxiij. dicit, Nõ foenerabis frĩ tuo ad vsurã, pecuniã, nec fruges nec aliã quãlibet rem, sed alieno, fratri aũt tuo absq; vsura comodabis, id quo indiget? Non est negandũ, quin mores gentis sue arguerit, q̄ non cõtenti alienis fenerare, etiam fratribus suis fenerabant, vt erat estq; etiamnũ ppl'us iste vnus oĩm lõge auarissimus & vsure studiosissimus. In quam prophete varie sunt inuecti, quorũ vnus Amos. viij. Audite hoc, qui cõteritis

pauperem, & deficere facitis egenos terrę, dicētes, Q̄n̄ transibit messis vt venundemus merces? Et sabbatū, vt aperiamus frumentū vt iminuamus mensurā & augeamus siclū, & supponamus statheras dolosas, vt possideamus per argentū egenos & pauperes pro calciamentis? (Heb. per fruges) & quisquilias frumenti vendamus. Idem primo. c. Vendit ꝑ argento iustū & pauperes ꝑ calciamentis (.i. pro frugibus vr̄is) qui conterūt vsq; ad puluerem terrę capita pauperū, & viam humiliū declinant (.i. subuertūt).

Verū nō hoc solū agit (vt dixi) sed om̄es affectus vsurę, etiā secretissimos eradicare proponit, vt loco vsurę ponat beneficentiā, vt facile tribuant (sicut Apl'us ad Timot. docet) & gratis mutuent, sicut Christus Lucę. vi. pręcipit, & Matt. v. Nostro aūt sęculo fœlicissima est vsura, facta Romano pontifice autore iustitia, & licitus cōtractus, submoto nomine vsurę & apposito nouo, quo nūc dicitur, contractus reemptionis, Hæc em̄ nunc pulchra dicitur figura, & hac iustitia iustificatur hodie totus orbis maxime clerus, regnatq; monstrū illud secure, extincto per hūc modū Euāgelio & vniuersa iustitia eius cū regno dei, nec sic tn̄ Antichristū adesse vll9 credit. Valet item secundo idem contractus nouo miraculo ad hoc, vt res tempales, tēporales nō sint, quia interesse illud, qđ est neruus, substantia, virtus huius contractus, est imortale, etiā ociosę & sterili pecunię, Has crassas Satanę nequitias, q̄ religiose admitimus & colimus, solū ob hoc, quia Ro. pontificis nomē prętexitur, Vnde inter omnia miracula quę hodie deus operatur, hoc mihi vel primo loco habetur, orbē posse subsistere & huius census incōprehensibilem vsuram ferre. Sit ergo nō dedisse pecuniā ad vsurā parū, hodie certe magnū & rarū est, de quo alias abūdantius dixi.

Et munera super innocentē nō accepit, & hoc parū videt̄, sed rarū & magnū hodie quoq;, vt Iudęos omittā. Hic peccāt iudices & qui causas descindūt, tuentur, impetūt, Hoc ē, Papa, Epi, Officiales, procuratores, rabulę forenses, & fex illa hoim quę alitur populorū peccatis, sicut lenones stupris mulierum, facile est forte causę solius intuitu quenq̄ consulere, sententiam dictare & ferre, verū vbi irruerint affectus, scz spes lucri, fauor amici, odiū inimici, contēptus humiliū, metus magnorū, non modo videbis illud Deutr. xvi. & Exo. xxiij. Munera excęcāt oculos sapientū, & subuertunt verba iustorū. Et Isa. i. Oēs diligunt munera sequūtur retributiones, sed q & om̄es alij iā dicti

affectus

affectus idem facient, Nemo nouit, nisi tentatus, q̄ sit blādum
& potens hoc malū, Iam sunt, qui alterius causam etiam glorię
studio peruertunt, quo acutiores doctioresq; videant. Quid
aūt refert, si non munus accipias aduersus innocentē, gloriā tn̄
aut vindictam aut gratiā accipias? Quod si hūc versum prin-
cipes & Epi seruarent, putas tot mōstra pareret Romana furia
(Curia volui dicere)? verū sicut illic oīa portēta scelerū summo
gradu regnāt, ita oportet vt & hoc nephas illic regnet, vt iterū
Satanas sedem suā & pantheon obtineat, vnde in orbem totū
inundet oēe malū.

Ne aūt vlla pars hominū hoc vitio sit libera, fit vt plurimi
etiā fidei causam & verbi dei damnent, pars muneribus, pars
fauore, inuidia, odio, ambitione, gloria capti, nō pauci etiam
metu magnorū, aliqui & contemptu, Nōne ĳ oēs cōtra in-
nocentes accipiūt aliquid? preter hos aliqui etiā ignorātes, zelo
dei & amore (vt iactant) veritatis, Quis collegia, Monasteria,
Vniuersitates ab hoc malo liberabit? qui (vt ignorātiā taceā)
aperte etiā confitentur sese dicturos facturosq; oīa pro ve-
ritate, nisi metuerent censibus, honoribus, fauoribus, aut etiam
vita priuari? Quid hoc est aliud q̄ non accipere quidem, sed
tamē bene accepta, male seruare munera super innocentē? Ve
nobis, Quis auderet dicere oīm Collegiorū, Monasteriorū,
Vniuersitatū, census, honores, dignitates fieri munera accepta
super innocentes, vnius hominis Papę tyrannide formidata?
vel ex hoc vno intellige, q̄d periculi sit esse Papā, deinde quā-
torū scelerū per orbem sit author, si semel abusus fuerit ptāte
contra veritatem? At nūc cū non nisi abutatur in perniciē ve-
ritatis, quid aliud q̄ sedem Satanę & Antichristi negocium
Romę esse & agi credere possumus? cuius vnius metu, veritas
tanto terrarū spacio extinguitur, error & mendacium statuitur
innumerabilibus animabus tam facile tam cito perditis, obse-
cro, quis non metuat viuere in tantis periculis horū dierū, in
tantis voraginibus animarū? Hęc tpa sunt quę prędixit Paulꝰ.
Instabunt tpa periculosa, erūt eīm homines amātes sui &c.

Recte ergo concludit, Qui facit hęc, nō mouebitur in ęter-
nū, Nota bene, facit, si ille non stabit, qui hęc dicit & ostendit,
nec tn̄ facit, vbi parebunt illi, qui etiam si sciūt & cogitent, hęc
esse recta, non tn̄ audent mutire? vbi & illi qui indocto zelo
contra hęc agunt? vnde in hębr. o distinctio versus sic ponit,
vt, qui facit hęc, pertineat ad partem priorem sic, Argentum
suū non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non

L.

accepit faciens hęc, Nō mouebitur in ęternū, quasi dicat, nō tm̄ sciens aut loquens hęc, vt vltima pars versus ad totū psalmū ꝑtineat, & prior ostēdat q̄ sit rarꝫ & arduū, sine vsura, sine p̄cio sanguinis viuere, Imo nō esse possibile, nisi quis sit promptus ponere, censum, honorē & vitā, extremaq; oīa pro veritate pati. Ex quibus videm⁹ q̄ fallax sit, oīe, quod specie & nomine fulget, nā Christianismū hodie arbitramur potissimū in clero esse, & ecce vsuris & p̄cio sanguinis, metu Ro. pontificis oēs viuūt per orbē, Romę iactatur contētione idomita, papam pascere oēs oues, & ecce ipse lupus est oēs oues iugulans. En quod dixit Ap'lus, Mittet illis operationē erroris, vt credant iniquitati, qui Charitatē veritatis nō acceperūt, vt salui fierent, interim tamē legimus horas Canonicas, sacrificam⁹ multas missas & ea facimus ac dicimus, quę citra nr̄m periculū dici fieriq; possunt, veritas & fides cū Euāgelio, de suo periculo viderint: quid ad nos, qui pro Christianis facti sumus Romani, pro credentibus operarij, pro Euangelicis decretalici, pro spiritualibus ceremoniarij & in totū ꝓ populo dei libero, serui hominū impꝰissimorꝫ.

PSALMVS QVINTVS DECIMVS HEB. SEXTVS DECIMVS.
MICHTHAM DAVID.

Nomen hoc, Michtham, varie tractatū est, Antiqua, iuxta Aug. habet, tituli inscriptio, ꝙ eadē dictio hebraica Chethem, etiā significet notā vel signū, inde Michtham, signatū, notatū siue titulo inscriptū, ad titulū aūt Crucis id referri, & si pium est coactū tamē est. Hieronymus duabus dictionib⁹ velut etymologisans, reddit, humilis & simplicis Dauid. Lyra facit ex ipso nomē cantilenę decentioris, cuius sentētia mihi oīm magis pene probat, Nam Burgen̄. erudite Hieronymi sentētiam reprobat. Ipse vero Burgēsis, dicit hoc vocabulo aurū vel aureū significari, ꝙ Can. v. dicit. Caput eius aurū optimū, p̄posita ergo litera Mem fit Michthā idest ex auro vel aureū, Diciturq; eo significari passionē Christi, quę hoc psalmo canitur.

Ex oībus ijs adiutus, opinabor interim Michtham esse nomen psalmi huius, sic enim iuxta autoris cuiuspiam nomen, solet poni nomē psalmi quoq;, vt Canticū Dauid, Psalmus Dauid, testimoniū Asaph, intellectus Dauid, & similia sicuti

15 Psal.

vidimus & videbimus. Ita hic, quia insignis est psalm⁹ iste de insigni materia, nempe Christo om niū capite tractans, noluit cōmuni, sed insigni nouo & blando vocabulo eū insignire & appellare Michtham Dauid, quasi diceret, Aureolū Dauid. Sic Lyra & Burgensis in vnam veniūt sententiā, quā vtique ex hebręis fontibus hauserūt, Sunt aūt sex in vniuersum psalmi hoc titulo insignes, Hic quintus decim⁹ & quinquagesimus quintus cū quattuor sequētibus. Verū illi multa alia in titulis suis habent, hic vt prę omnibus singularis, simpliciter, Michtham vocatur. Neque em̄ vllus alius tam clare de passione & resurrectiōe personali Christi loquit, vnde & Apostoli hunc ipm, prę oībus ferme scripturis allegant ad confirmandā resurrectionem Christi, vt Act. ij. & xiij. legimus. Vbi Petrus dicit. Quē deus suscitauit solutis inferni doloribus, iuxta qđ impossibile fuit, teneri eū ab illo, Dauid em̄ in eū dicit, Prouidebā dn̄m in cōspectu meo semper, qm̄ a dextris est mihi, ne cōmouear, propter hoc lętatū est cor meū, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Qm̄ nō derelinques aīam meam in inferno, nec dabis sanctū tuū videre corruptionē. Notas mihi fecisti vias vitę, replebis me iucunditate cum facie tua, delectationes in dextera tua vsque in finem. Ex his facile patet sensus totius psalmi, nec nostra indiget, q̄tū ad summam sententię pertinet, interpretatiōe, sed magis fide & ęmulatiōe, vt quē S. Apl̄i per spiritū sanctū interpretati sunt tam clare, verbis tamen obscurissimis plenus est. Et in eo fundatur articul⁹ ille fidei. Descendit ad inferos, tercia die resurrexit a mortuis, vt mirū sit, ausos quosdam fuisse magni noīs Theologos negare, eū articulū in sacris literis inueniri, quo ad eius priorem partem, descensum scz ad inferos.

Conserua me dn̄e, quoniā speraui in te.

Hęc est versus posterior pars in hebręo, nam prior pars, titulo constat, sunt autem verba Christi per totum psalmum incipit enim affectu iam pereuntis ac derelicti ab omnibus, & morientis, hoc modo. Ecce ego morior dereliquit me virtus mea, dereliquerunt Angeli & homines, quin dæmones & oēs hoīes perdunt me, perijt fuga a me & nō est qui requirat animam meam, desperatus deploratusque sum omnibus, itaque tu qui solus es mihi seruator, qui perditos seruas, viuificas mortuos, exaltas afflictos, serua me, quasi dicat, illud, pater

In manus tuas cõmendo spiritũ meũ, non aũt pro solo passionis tpe sic petit conseruari, verũ tota vita sese in seruatore deo pendere cõfitetur, ac cottidie mori, vt Paulus gloriat, ita semp perit, semperq; seruatur pius, atq; hęc est vita noua fidei & spei hoc ps cõmendata, vita scz Crucis, hoc est mortis, nec huius nisi turpissimę. Qui ergo in pace agit, vel se suis aut hominum viribus seruat, nunquid potest dicere deo, Conserua me dñe? respondebitur em̃ ei, quid conseruem cum nondũ pereas nec perditus sis? Discamus ergo tũc potissimũ esse clamandũ, qñ perimus, vbi homines minime oĩm clamant, sed desperant potius.

Quoniã speraui in te, Ecce fiducia & spes inuocant, quõ inuocaret, qui non confideret? ipsa fiducia allegatur ꝓ merito congruo & condigno (vt videmus) salutis ęternę, cur nõ allegat opera & virtutes pro meritis? Nẽpe ꝙ in hoc excessu nihil subsistit, nihil seruat, nisi pura & firma fides in solam misericordiã dei nitens, quę nihil de se, sed omnia de deo ꝓsumit, vt mõstrat hic Christus suo pulcherrimo exẽplo, de q̃ affectu & emphasi verborũ istoꝝ, speraui & in te, abũde dictũ est ps 5. Si em̃ in aliud ꝙ̃ in deũ speretur, iam nõ poterit dici, speraui ĩ te, Et quis de suis meritis ꝓsumat, qñ hic caput oĩm Christus, tacitis meritis, in fide & spe miserentis dei solũmodo nititur, desperatis itaq; in om̃ibus & per oĩa hic affectus cõgruit.

Dixi domino, deus meus es tu, bonorum meorum non indiges.

Hierony. sic reddit partem posteriorem, bene mihi non est sine te, mihi potius sic reddendũ videtur, Bonus fui nõ ad te, vt, tobathi, sit verbũ absolutũ, quod si liceret dicere, Bonaui diceretur, hoc est bonus & pulcher fui, vt sit sensus, Ideo dixi ad dñm, ꝙ mihi esset deus a quo om̃ia haberem, & ipse nihil a me (id qđ vere est esse deũ) quia non fui bonus in eũ, nihil em̃ in eũ beneficij contuli, quis em̃ prior dedit illi & retribuetur ei? Ro: xi. qm̃ ex ipso & per ipsum & in ipsum sunt om̃ia. Hũc sensũm noster interpres vidit, cũ dixit, Bonorũ meorum non indiges. Et Hieronymi sententia sic consonat, ꝙ non mõ nos nihil possumus dare deo, sed omnia bona ex ipso habemus, & sine ipso nihil boni habemus.

Dicit hęc aũt Christus in cõmẽdatione crucis, intutus duas contrarias hominũ generationes, quarũ alterã scz piorũ vidit

ex sese nasci & sibi parari in regnū & hæreditatem, alteram scz impiorū, quia in cruce scandalisatur relinquendam esse. Ac si dicat, Ecce morior & in oculis hoim impiorū nihil minus apparet, q̄ vt tibi placeam aut rex & hęres tuus sim futurus, sed hoc faciunt, quia rebus & viribus & meritis suis freti, te deū nō eligunt sibi, nec ex te om̄e bonū accipere, verū potius tibi bene facere pręsumūt, id sibi vendicantes erga te, qđ expectare debuerant ex te, cū tu ideo mihi om̄ia aufferas, vt ostendas non aliquid ex nobis tibi, sed om̄ia nobis ex te venire, si in te speremus, & in manū tuā nos proiecerimus.

Atq; ita noui populi dux, hic suo exemplo docet & eloquitur, quib⁹ bonis nouus populus sit abūdaturus, scz diuis tantū, cęteris om̄ibus in nihilū redactis, Id qđ Iudęus & vetus populus, tpalis abūdantię promissionibus assuetus non capiebat, sed & natura ipsa impatientissime, imo nullo modo sustinet, cū tn̄ interim nemo nō garriat, dn̄m esse deū suū, & vbi se solū ceperit ostendere bonum eorū, cętera om̄ia aufferre, nihil minus inueniūtur sensisse, neq; em̄ opum, nominis, vitę, iustitię, & eorū q̄ habēt ferre possunt ablationē sola fide & spe clamantes, Conserua me dn̄e, qm̄ speraui in te, Et dixi dn̄o, deus meus es tu, nihil boni cōfero in te, Id em̄ facit beneficiū Crucis mortificans nos & nostra om̄ia vt consortes efficiamur diuinę naturę, vt ij. Petri i. dicitur.

Et vere arduissimū est imo ipē infernus, sentire, om̄ia apud deū esse bona nostra, & in nobis nihil esse sitū, quo eū demereamur, placemus, aut mitigemus, Ruitq; hic funditus impia illa Theologia eorū, qui faciendo qđ in se est, p̄sumūt misericordiam dei emercari, aut p̄ peccatis satisfacere suis opusculis, ignorantes hęc om̄ia fieri fide solius misericordię dei, extinctis maxime ijs ipsis opusculis ac penitus desperatis, quibus nitebantur satisfacere & parare sese ad gratiā dei, Atq; hinc apparet quid prosit pompa illa satisfactionū & indulgētiarū per magistros nostros hęreticissimos in Ecclesiam dei introducta, suis impijs statutis, decisionibus, reseruationibus, indultis, concessionibus & id genus pestilentiss. nugis totius orbis animas perditissime illaqueantes, quibus quid aliud discimus q̄ vt credamus deū nostris egere bonis, & nos non consortio diuinæ naturę, sed deū nostrę naturę consortio beatū fore, dū non fide nos in illū paramus transformare, vt sit nobis deus, sed opib⁹ illū in nos conamur mutare & nostris votis similem facere, vt ei nos Idola simus, sicut dicit apud Isaiā, Cui assimulastis me:

L iij

au: quam imaginem poneris mihi? An non est hoc deū velle mihi conformare, si huc nitar vt meę opinioni, meo affectui, meo sensui, & desyderio sese attemperet, nisi id faciat, nō fisurꝰ in eū nec laturus eius manū, cū contra oporteat in nihilū nos ire, & eū facere in nobis compotem sui sensus, sui voti & desyderij, hoc est, mori, dānari & in nihilū redigi, Recte ergo huiꝰ psalmi titulus est, Aureolum, qui de hoc summo & principe affectu loquitur, idq; de summo & optimo eius genere, qualis in principe omniū Christo fuit. Nam hoc affectu discernit populus Christi a non populo suo, contemptis omniū personis & nominibꝰ, vt sequitur.

Sanctis qui in terra sunt eius, mirificauit omēs voluntates meas in eis.

Hierony. Sanctis qui in terra sunt & magnificis, omīs voluntas mea in eis. Hebręus, ad verbū sic, Sanctis qui in terra sunt ipsi, & magnificis, omne desyderiū meū in eis. Debuit itaq; omitti pronomē, Eius, & in eis, quod hebraico idiotissimo solet, post relatiuū, Qui, subiungi. Et certum est verbum Mirificauit, per interpretem, pro nomine, positū, quod adiri in hebręo magnificos, grandes, admirabiles, significat, vt ps. viij. Q admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Deinde omisit coniunctionem, Et, quę facile prohibuisset ne ex magnificis faceret, mirificauit. Stet ergo versꝰ sine hebraismo, Sanctis seu ad sanctos, qui sunt in terra, & magnificos, omīs volūtas mea, vt sit sensus, cū in me omēs scandalisentur, qui persona rerū capiūtur, & sint inimici crucis, ego vicissim eos relinquo cuiuscūq; sint siue generis siue nominis, nec moueor q sint semen Abrahę, eos vero amplector qui sunt sancti & magnifici in spiritu, contempti mūdo & illis, in his mea volūtas, meum desyderiū, mea hereditas, hi mihi erunt populus a patre datus, vbi fuerint in terra, nec em̄ in Hierusalem aut Zion aut Roma erunt necc io sed vt Petrus ait, Act. x. In veritate cognoui, qm̄ nō est acceptio personarū apud deū, sed in omī gente qui timet eū, & operatur iustitiā, acceptus est illi. Hoc Iudęi nolebant, hoc eorū hodie ęmuli Romanistę negant, qui nos Romę alligare conantur & pręualuerūt, Hūc sensum sequentia iuuabūt.

Dicit ergo Christus, Si me qui caput sum, oportet omībus contemptis soli deo inhęrere, & sic per passionē intrare in glo-

riam meam, oportebit & eũ populũ qui mihi in hęreditatem datur talem eſſe, vt nullo loco, nullo genere, nullo nomie nitatur, niſi hoc vno, vt mecũ deum habeat, cui nihil tribuat, ſed omia ex eo recipiat, qui redigatur in nihilũ, vt fiat omia, hoc ẽ, quod Matthęi xxiiij. dicit. Si dixerint vobis, Ecce hic eſt Chr̃us aut illic, nolite credere, Neſcit em̃ locum chriſtianus homo, nec vllũ tpale, licet hodie impij pontifices Romani, cũ ſuis adulatoribus nobis hanc ſententiã damnarint vt hęreticã, & Romam nobis aſſignarint, pro loco, in quo Chriſtũ oporteat inuenire aformantes deũ ſuis ſtultis votis, verũ ipſe pulchre contrariũ nõ modo hic docet, ſed & re ipſa oſtendit, dũ non niſi Satanã Romę ſub ſuo nomine regnare permittit, vt oĩm palpat manus, & totus cernit mũdus.

Diximus in ſuperioribus, ſanctũ illud eſſe, quod in ſeparato & abſcondito eſt & conſpectu ſolius dei, non illud prophanũ ſanctum, quo hodie tantũ, domus, veſtes, clerus a pontificibꝰ ſancta vocantur, ad fallendos animos hominũ, ſed quo Spũs ſanctus ſua vnctione ſanctificat, Ita ſancti ſunt non Iudęi, nõ clerus, nõ vllius nominis homo, niſi fide inhęrens deo, per eã particeps eius naturę factus, cuius vita abſcondita eſt cũ Chr̃o in deo, cæteris omibus dat Chriſtus libellũ repudij hoc verſu & ſequentibus, dum dicit, Voluntas mea ad ſanctos terrę & magnificos, quaſi illud p̃s c. dicat. Oculi mei ad fideles terrę vt ſedeant mecũ, quo repudio & Malachię i. ad Iudęos dicit. Nõ eſt mihi voluntas in vobis dicit dñs exercituũ, quia magnum eſt nomen meũ in gentibus, Eſt aũt eadem dictio volũtas hoc verſu, q̃ p̃si. In lege dñi voluntas eius, Magnificos ſimiliter in ſpiritu appellat, cum coram hominibus, cum ſceleratis & viris ignominię & infirmitatem ſcientibus ſicut & eorũ caput Chr̃us habeantur, verũ fide ſanctificantur, fide & magni ſunt & admirabiles in oculis dei, ipſi em̃ animo magno contemnũt omnia bona & mala, Dicit aũt ſanctis terrę non, ſanctis cęli, vt de hominibus in terra loqui ſe ſignificet, ſimul vt promiſſione certa confirmet corroboretq; eos, qui in ſe credunt, vt quantũlibet patiantur mala, ſciant tamẽ ſeſe placere Chriſto ſuo domino, aduerſarios vero diſplicere, itaq; verbũ dulcis promiſſionis eſt hic verſus, fidem excitans & conſeruans, ſicut ſequens verbum aſpere cõminationis eſt infidelitatem damnans.

Facile eſt hic noſtram tranſlationem concordare, vt ſit ſenſus, deus meus fœcit in ſanctis meis omnia quæ volui & quæ ego deſydero, Volui autem nihil aliud

q̃ vt mei similes essent, mecum mortificati secundũ carnem & viuificati spiritu, id quod mirabile est in oculis oĩm, vt mortui viuere, ignominia perditi glorificari, pphanati sancti dici & esse debeant, verũ per spiritũ has mirabiles volũtates meas impleuit & perfecit, solũ ergo in his sanctis, non etiã in alijs voluntas mea est, vbi em̃ omes voluntates meę esse dicunt, ostenditur in cęteris nulla mea voluntas esse, Ita fit, vt qui crediderit saluus fiat, qui nõ crediderit dãnetur, q̃a om̃is volũtas Christi in illis, in his nulla.

Multiplicatę sunt infirmitates eorũ, postea accelerauerunt, nõ congregabo cõuenticula eorũ de sanguinibus,
Nec memor ero nominũ eorũ per labia mea.

Hoc versu alteram generationẽ describit & repudiat crucis inimicã, in qua nulla ei voluntas est, quia se caput ppter humilitatem mortis eius non recipit, nec per fidem in deũ trãsformari patitur, vt dñm habeat deũ cũ Christo, sed Idolis cordis sui, & operibus suis sese fatigat, vnde hæbraica verba videnda sunt q̃ eorũ vim non reddere possit latinitas. Et Hierony. sic variet a nostro. Multiplicabũtur Idola eorũ post tergũ sequentiũ, non libabo libamina eorũ de sanguine, nec assumã nomia eorũ in labijs meis. Hũc em̃ versum in duos nos diuisimus.

Quod Hiero, Idola eorũ, nos infirmitates eorũ, hebręus habet azebotham, Azab aũt verbũ significat, cũ tristitia & labore aliquid formare, sicut fabri argentarij laborant vt imagines forment, Inde p̃s. cxiij. ab hoc tristi diligẽtiq; labore, simulachra gentiũ dicuntur, Azabim, scz ab arte & labore, quibus formantur. Et p̃s. cxxvi. Qui manducatis panem doloris.i. Azabim; qd' alij panem laboratiũ cũ dolore, alij panẽ erumnosum. Quicquid sit in ista varietate, in hoc om̃ia conueniũt Azabim esse, id qd' arte & dolore paratur & formatur, Quo nomine spiritus appellat impiorũ dogmatũ & operũ mg̃ros, quę & Idola eorũ sunt, q̃ mẽdatiũ multo labore & cura opus habeat, vtrum appareat, cum econtra prudentũ doctrina facilis, vt prouerb. & veritas simplex sit, nec hoc modo solũ erũnosi & miseri sunt, sed & operib⁹ ad eadem dogmata factis, cũ em̃ fide vacui sint, doctrinis & operibus hominũ fatigent assidue necesse est, hos superius in vocabulis Auen & amal, & p̃s ix, in

ix. in versu comprehenduntur in consiliis quibus cogitant, satis descripsimus.

Horũ studiũ Isaias salsissima parabola taxat. xliiij. longo sermonis textu inducens plasten Idoli, qui locus maxime valet ad hunc versum, qui volet, legat, Itaq; siue Idola siue infirmitates dixeris, recte dixeris, modo impiũ, inutile, triste, & infirmũ studiũ eorũ intelligas, qui extra fidem suis operibus & doctrinis, deo, nescio quę reddere volunt, non formari a deo, sed formare deũ volẽtes, dixi em̃ superius, qui aliter de deo sentit, q̃ sentiendũ est, deũ sibi nõ se deo afformat, at sine fide nemo recte de deo sentit, ideo recte Isaias ibidẽ dicit, plastę Idoli oẽs nihil sunt, quis formauit deũ & conflauit sculptile ad nihilũ vtile? ecce oẽs participes eius confundũtur, fabri em̃ sunt ex hominibus, Cũ em̃ per hęc sese firmare p̃sumant, magis infirmantur, & conscientia de die in diem peius habet, ideo Idola eorũ in quibus confidũt sunt infirmitates eorũ, quibus magis ac magis assuescunt deo diffidere, atq; quo plus diffidunt eo plura sibi formant Idola, vnde hębreus dicit, Multiplicabunt Idola sua, actiuo verbo, vt peruersum & infœlix studiũ eorũ exprimat, qui semper discunt & nũq; ad veritatem perueniũt, semper iustitiã sectantur & in legem iustitię nõ perueniũt, infinitis hac causa repertis doctrinis, sectis, operibꝰ, seruiẽdi deo, vt in Iudęis hodie cernit̃, multo magis aũt in papalibus Christianis, Cũ em̃ conscientia eorũ non sit quieta, nec aliam viam pacis norit, q̃ opera & dogmata, sua necessario miscet se infinite variis quęstionibus & studiis, in nullo eorũ fixa & cõtenta vt testatur nimis abunde experientia vbiq;, Sic hodie Collegia & monasteria cũ fidei sint ignorãtissima, quid sunt nisi carnificinę cõscientiarũ infœlicissimę? qui dehinc miserũ vulgũ, cuius moderatores sunt, suis impiis opinionibus excęcãt, pro fide opera sua docent, ita cęcus cęcũ ducit, & ambo in foueam cadunt, vt longe sit eligibilius ac tutius hodie bubulcũ aut fabrum cuiusuis artis fieri & vxore ducta cõmuni vita agere, q̃ religiosum aut sacerdotem fieri, aut literis tantũmodo vacare, quia hi a fide omniũ minime sunt remoti, p̃sumentes de aliis illis optima de se nihil, Q, si fides resurgeret, nullũ tũ vitę genus spernendũ aut periculosum foret.

Postea accelerauerunt, varie & hoc translatũ & expositum, aliis acclamauerũt alii dotauerũt, Hiero. post tergũ sequentiũ, ego nostrũ interpretem sequor, vt sit sensus, postq̃ oĩa impii infœlici studio laborauerint, tandem nihil conseq̃ũtur, nisi

M

maiorem fugam, pauorem, confusionem cordis, sicut ex Isaia retuli, participes eius confundentur omes, solus em̄ is qui confidit in dño, non festinet, sed sicut leo confidet & ad nullius pauebit occursum, vbi impius fugit & festinat ad sonitū folij volantis, vt superius dictū est ps 1. Impij sicut puluis ante faciem venti. Sic Isaię 30. Si reuertamini & quiescatis salui eritis, In silentio & spe erit fortitudo vestra, & noluistis & dixistis, neq̄q̄, sed ad equos fugiemus, ideo fugietis. & super veloces ascendimus, ideo velociores erunt qui persequentur vos, Mille homines a facie terroris vnius, & a facie terroris quinq; fugietis, donec relinquamini, sicut malus nauis in vertice mōtis, & q̄si signum super collem. Talis festinantia, fuga, & pauor est ipsa mala conscientia, q̄ semper fugit & nūq̄ effugit, semper timet & semper accidit quod timet, nūq̄ quieta, quia nō est pax impijs, ideo recte dicit, q pro pace conscientię multiplicāt Idola sibi & tn̄ post hęc om̄ia non nisi accelerationē, seu melius fugā & festinantem pauorem auxerūt.

Non cōgregabo cōuenticula eorū de sanguine, Hic plane ipse Christus quęstiones illas infinitas de Ecclesia sua dirimit, quā alij virtualē, alij representatiuā, alij aliā finxerunt, Chrūs dicit se non congregare eos qui sunt ex sanguinib9, sicut Ioh. 1 dicit. Qui nō ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Eundū locū Paulus vt vbiq;, ita ad Ro. & Galatas ex pfesso & magnifice tractat, vbi probat, Non om̄s filios carnis esse Israel, sed solos filios promissionis, & filios liberę Sara, nō ancillæ Agar esse semen Abrahę, vt Ecclesiā Christi prorsus om̄i persona exuat, vt sicut alibi dicit, In Chro neq; sit mascul9 neq; fœmina, neq; Iudęus neq; græcus, neq; liber neq; seruus, Ita neq; Romanus neq; Germanus, sed qui ex fide sunt benedicētur cū fideli Abrahā.

Quare detestāda est impietas Romana, quę de Eccl'ia somniat sua mendatia, cū Eccl'ia aliud esse nō possit q̄ cōgregatio spiritualis hoīm, non in aliquē locū, sed in eandem fidē, spem & charitatem spiritus, Nec hoc contenta, Ecclesiā alligat loco, scz Romę, nemine esse Christianū permittēs, nisi fuerit Romanus, impudenti temeritate contra articulū fidei statuens suum mendacium, Credimus em̄ Ecclesiam sanctam catholicā esse cōmunionem sanctorum, Non dicimus cōmunionem Romanorū aut aliorum quorūcumq; locorum, Christus quoq; dixit Lucę 17. Non veniet regnū dei cum obseruatione, nec dicent. Ecce hic, aut ecce illic, ecce em̄ regnum dei intra vos est.

·16. psal.

Idem Matt. 18. Multi venient in nomine meō, dicētes, Ego sum Christus & seducēt multos, Tunc si dixerint vobis, Ecce hic ē, aut ecce illic, nolite credere. Contra tam manifesta verba audēt impij isti dicere, Ecce Romę est Ecclesia, Romę est Christus, Romę est vicarius Christi.

Qñ ergo tempa ista iam currūt, de quibus Christus locutus est, & furor impietatis Romanę Euangelio tam manifeste resistit, nec intelligens, nec intelligere sinens quid sit Ecclesia. Armemus nostras intelligentias verbo dei, firmiter credentes & certissime scientes Ecclesiā Christi esse aliud nihil q̄ spūalem fideliū collectionem, vbi vbi terrarum fuerint, & quicquid est carnis & sanguinis, hoc est, quicquid est personę, loci, tēporis, & eorū quibus caro & sanguis vti potest, nō pertinere ad Ecclesiam dei, Ideo caueamus omi studio ne cū lupis vlulemus, & cū Romanistis romanisemus, hæreticos eos blasphemādo, qui sub Romanę Ecclesię seu Curię potius collectione nō fuerint. Christus em̄ & Apl'i Petrus & Paulus quia viderūt necessariū esse, vt corpora & nomina eorū in aliquo certo loco haberentur in terris. Et hanc necessitatē futurā esse occasionē superstitioni & impietati huic, vt Ecclesiam eisdem locis affigerent, & sic Ecclesiam e spirituali collectione in temporalē traherent, prçuenerunt ac sedulo nos monuerunt, insuper ne Christum ip̄m in hoc ip̄m impietatis sibi pro patrocinio haberent, curauit incōprehensibili consilio, vt Hierusalem vastaretur & conculcaretur a gentibus, quod nisi fuisset factū, nemo prohibere potuisset, quin locū Hierosolymitanū tanta specie & titulo p̄ditū, ꝓ Eccl'ię capite erexissent.

Vbi hoc ꝓhibitū ē, ceptū ē, Romę id mali, titulo sanctorꝫ Petri & Pauli, verbis Christi, Tu es Petrus, & pasce oues meas, magna specie huc detortis. Verū & hic restitit Christꝰ potēter, nec em̄ permisit vnq̄ fieri, vt Ro. Pontifici esset subiectꝰ totus orbis, qđ tñ fieri oportuisset, si iure diuīo staret ille primatus, q̄a verbo & ꝓmissiōi diuinę nemo pōt resistere, nec sic tñ apimus oculos, vt figmēta Satanę videamus, Vnde Petrus has fictiones pulchre p̄dixit 2 Pet. 2. Erunt in vobis pseudomagistri (pene dixisset Mgr̄i nr̄i eximij) in auaritia fictis v̄bis de vobis negociātes. Quid em̄ magis fictū est q̄ dicere, ꝙ petra significet ptātē regitiuā Petri, & pascere monarchiā Papę? aut ad qđ valet ista monarchia, nisi ad auaritiā, q̄ suū q̄stū ī nobis exercet?

Quare vt meam redimam conscientiam neue in hora mortis meæ & extremo iudicio rationem impij silentij expostuler, his scriptis coram omnibus, qui legunt & audiunt,

467

229

& coram cœlo & terra, affirmo & cõfiteor, articulos istos quos Lipsię Euangelicos & christianissimos suscepi defendẽdos, Ecclesia vniuersalis est prędestinatorum vniuersitas & eos qui ex hoc sequũtur, dicoq́ & protestor, eos fuisse impie dãnatos, Conciliũq́ Constantiense quantũ in hãc partẽ, fuisse cõciliabulũ Satanę dũ eos damnauit, damno, excõmunico, deuito, detestor om̃es, qui huic concilio affuerũt & consenserunt, aut adhuc cõsentiũt, siue sint Papa, Epi, reges, aut quicũq́, dehinc ne sanguine innocenti polluar, vlterius protestor, Si Iohãnes Huss & Hierony. de Praga sunt ob nullã aliam causam (sicut videtur) exusti, q̃ propter hos articulos, factã esse eis iniuriã, & Papam cũ suis esse & fuisse crudelissimos & impijssimos homicidas inimicos Christi & Ecclesię eius, Testes erũt mihi hui⁹ fidei & confessionis meę quicũq́ hęc legerint, ego sane ignorabam Lipsię sensum articulorũ eorũ, quorũ verba vidi esse christianissima, Ita non potui tũ sensum, quẽ adulator Papę dedit confutare. At nũc cũ extet Iohannis Huss liber, ex p̃cedentib⁹ & sequẽtib⁹ video, & sensum eorũ esse christianissimũ, Quid est Papa? quid mũdus? quid princips mũdi? vt ꝑpter eum veritatẽ Euangelij, ꝑ qua Christus mortuus est, negem? valeat qui valet, pereat qui perit, ego sic sentiã deo ꝓpitio semper.

Excõmunicatio Martini in papã

Ad psalmũ reuertamur, Christus aduersus p̃sumptionem Iudęorũ primo loquitur, oĩno extinguens om̃ia in quibus fidebant, Fidebant aũt in tria, primũ q́ essent semen Abrahę & de sanguine patriarcharũ, ideo soli volebant esse populus dei, Contra (inquit) hoc ip̃m qđ vos pro argumento ducitis pro vobis, verto contra vos, vt per hoc ipsum non sitis populus meus, per quod p̃sumitis esse populus meus, vsq́ ad me etem̃ fuistis populus meus externa synagoga, At nunc impleta ꝓmissione & lege, popul⁹ me⁹ nõ est ex sanguine, sed ex spiritu. Alterũ q́ essent multi, nec em̃ credibile eis erat totũ populũ, aut tam magnã eius partem relinquendam esse, Dictio em̃ hębrea hoc loco, teste Reuchlino, significat summã quandã hominũ congregatorũ, vt & p̃s. xli. Q̃m transibo in locũ tabernaculi .i. transibo cũ quadã summa hominũ congregatorum, quasi dicat, manebo in cõmunione sanctorũ, Ita hic nõ congregabo eos, qui se magna summa agglomerant, quasi ob multitudinẽ velint digni haberi qui recipiantur, sed non sic impij. Consummatione em̃ & abbreuiationẽ faciet dñs (& Isa. x. ait) ita vt si fuerit populus tuus Israel, sicut arena maris, reliquiæ tñ ex eo conuertentur. contra hoc argumentum a multitudine, quo

16 · Psal.

non minus q̃ generis & sanguinis argumento pertinaciter ni-tebãtur, multa passim in alijs quoq; ꝓphetis dicũtur. Iactabãt em̃ pax, pax, & deũ nõ esse iratũ tantę multitudini, & qđ tãta multitudo saperet & crederet, nõ posse falsum esse, hoc est qđ dicit. Non congregabo conuenticula eorũ, nõ assumã eos etiã si se vt arenã maris multiplicent.

Tertiũ erat, Gloria & nomen iustitię & religionis, quibus celebrabant̃ maxime inter seipsos, pro populo dei, vt qui sol9 legem accepisset, & cui credita sint eloquia, sicut Paulus dicit Ro. iij. & p̃s. cxlvij. Qui annunciat verbũ suũ Iacob iustitias & iudicia sua Israel, Non fœcit taliter om̃i nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, quãto impetu Paulus hanc eorũ fiduciã expugnet, Epistolę ad Romanos & Galathas p̃ cęteris mõstrãt, & in hac parte plus q̃ in prioribus duobus confidebãt, vt & si crederent se ꝓpter peccata irã meruisse, quãtũlibet essent Israe-litę & multi, iustitię tamẽ fiduciã nunq̃ ponere potuerant, quę & oĩm est pertinacissima, contra quam dicit. Non ero memor nominũ eorũ per labia mea, Extinguã potius nomina eorũ, non censebũtur mihi populus, quia iusti, sapientes, religiosi, magni, alijsq; quibuscũq; nominibus vocant̃, sed is erit po-pulus, qui spũ fidei ex me natus fuerit.

Nunc vide an non idem iudiciũ terribilissimũ in Eccl'ia agatur in oculis nostris, Nõne & nos posuimus hæc tria fulcra fiducię superbissimę? Primũ iactant se de successione ac velut genere Apostolico, & de sanguine pompaq; hac inani volunt pro populo dei existimari, cũ sint fide & spiritu vacui, Et di-cunt, Papa est caput Ecclesię, ecclesiam appellantes hãc congre gationẽ de sanguine, quicquid Apostolis debetur etiam sibi deberi arrogantes. Deinde quãta bucca extollũt multitudinẽ q̃ ab eorũ parte stat, quasi ideo recte sapiant, quia cum multis sapiũt, quasi non Christus p̃dixerit, Et seducent multos. Et Pe-trus. Multi sequentur eorum perniciem, vtiq; paucos relinqui significantes, qui nõ seducũtur. At hoc argumẽtũ hodie seruat papam nõ minus potenter, q̃ primũ, quantũlibet sine fide & spũ agant,. Terciũ vero potentissimũ, superstitio, quã legib9 & cerimonijs sic fundauerunt, vt licet sint impijssimi, tamen iustitias & merita sua, quasi soli sint christiani, cęteris vendũt, pro tota substantia mundi, nec em̃ nisi nominibus ipsis sine vlla re hic regnant, sed Christus non assumit eorũ nomina per sua & suorũ labia, Non docet has eorũ iustitias & cerimonias, quin damnat & pugnat contra eas, vt statuat iustitiã dei, quã

230

nos operante lege & superba fiducia deo offerimus, vt fiet verbum, Bonorũ meorũ non indiges, nec benefecimus tibi, sed tu nobis. Et hęc volũtas est Christi in suis sanctis, vt sic sapiant & agant, cęteris om̃ibus cũ suis Idolis & iactãtia reprobatis.

Ita videmus scopũ psalmi esse ꝙ Christus cũ sit prędictus, magnus rex & dñs futurus in magno & glorioso populo, contra oĩm sensum incipit regnare, Cęteri em̃ reges nascũtur vt regnent, hic moritur vt regnet, alijs q̃q; populi nascũtur, quibus imperẽt, vt sit regnũ admirabile, qđ non ex generis sanguine & dignitate, nec ex multitudine & potentia mũdi, nec ex iustitijs & viribus proprijs, nec ex vlla re q̃ videtur in mũdo, sed e spũ i cõspectu dei subsistat. Sic ps 21. Et animã suã nõ viuificabit, & semen seruiens ei annunciabitur dño gñatio ventura. Et Isa. 53. Si posuerit pro peccatis animã suam, videbit semẽ longeuũ, & dispartiam ei plurimos. Sic & Isa. 11. Et erit requies eius gloria, in quibus om̃ibus locis mors & resurrectio Christi describitur, sicut & hoc toto psalmo, Nec em̃ capit ratio, vt gloria regni cędat mortuo & quiescenti in sepulchro, & generatio noua, sit semen seruiens ei, qui animã suam ponit & non viuificat, & ponẽs animam pro peccatis, videat semen longeuũ, Quis em̃ morienti dicit, ecce rex eris & populi sub te cadent in ęternũ? Nascenti sane hæc solent optari, necesse ergo fuit eũ a mortuis resurgere, vt scripturę istę implerẽtur.

Ita hic eũ moriens petat se cõseruari, tradens animã in manu patris, tamen dicit, Voluntatẽ suam esse in sanctis, & hęreditatem suã non fore ex sanguinibus, sed ex pręclaris, vt dicẽt Manifeste hoc miraculo verboꝝ, resurrecturũ sese docẽs, neq; em̃ mortuus regnaret, & tñ moriens dicit sese regnare, Recte ergo Paulus ad Timotheũ scribit, vt meminerit dñm Ihesum resurrexisse, addens sẓm scripturas, sicut & canimus in symbolo, scz ꝙ vehementer ab horreat ab omniũ sensu, mortuũ regno potiri, & opus sit his scripturis nos niti, quas tñ nisi spiritus fuisset interp̃tatus, quis intellexit? quis em̃ in his versib⁹ Christũ resurrecturũ legisset? aut quot sunt, qui etiã hodie legunt hoc sensu hunc locũ?

Dominus pars hęreditatis meę, & calicis mei.
Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi,

470

Hierony. posteriorem partem sic vertit, Tu possessor sortis meę, pronomē, Mihi, superfluit, Est aūt versus hic sumpt⁹ ex lege Mosi, vbi Leuitis & Sacerdotib⁹ scribitur non esse datam hęreditatem inter filios Israel, sed dominus (ait) est eorū hęreditas. Cuius ęmulatione & hic dicit, Dominus est pars mea hęreditaria, & arbitror, ex figura ista distributæ inter filios Israel terrę, & sacerdotibus negatę, prophetā, illustrante spiritu, psalmū hoc loco hausisse, scz non fore Christi hęreditatem cōmunē hominibus, nec de sanguinibus & terrenis acceptā, sicut leuitarū nulla erat inter filios Israel. Puto aūt, hic esse hebraismū, pars hęreditatis, ꝑ pars hęreditaria, seu portio mihi distribuenda. Multi enim per hęreditatem, intelligūt Ecclesiam, cui⁹ sortem esse dn̄m certū est, sed pro persona sua loqui Christus mihi videtur, de hęreditaria portione, quę se contingat, qđ cōfirmat id qđ sequit̄, Et calicis mei. Dixim⁹ em̄ p̄s. 10. Calicem vsu scripturę, significare, mensurā vnicuiq; diuinitus definitā & reddendā ꝑ meritis suis, & calicē bibere, sit pati, vel accipere hanc definitā mensurā. Et hic quoq; hebraismus est, Dn̄s ps calicis mei, pro dn̄s, calix meus, seu id quod mihi definitū est reddi, vt nihil aliud q̄ ipsum dn̄m accipiā pro retributione.

Mirū itaq;, moriturus gloriatur se habere hęreditatem, eam quę sit ipse dominus, iterū indicans sese suscitandum a mortuis quo accipiat hæreditatem hanc promissam, Quid autem non habet, qui ipsum omniū dominū habet? Quis aūt habet dn̄m omniū? qui nihil aliorum habet, & non quęrit, nisi ea quę dei sunt, etiā per mortem & omnia mala, ita fit, vt dū oīa amittit omnia inueniat, dū nihil hæreditatis elegit, omnia sua sponte veniant. Ideo secure dicit. Tu es qui restitues hęreditatem meā, melius heb. Tu statues hęreditatē meā, nō em̄ de restitutione, sed constitutione loquitur, ac si dicat. Meum est omnia facere & pati, omnia amittere & relinquęre, vt tibi obediam, Tu sine mea cura, statues & firmabis, quæ mea esse debeat possessio, Ego non quæro eam, contentus q̄ tu sis hæreditas & portio mea, quem vbi habuero, hæreditas mea, bene fundata, & posita in tuto est, Ita videmus q̄ nihil Christus sibi arroget, q̄q; nihil sit pro se sollicitus, tantū cupit, vt deo patri obediat, cætera omnia curata secure pręsumūt, Et nos homūculi q̄ misere hodie tumultuamur, pro Diocesibus & Eccl'iasticis Ierarchijs in quibus tamen serui sumus alieni, quasi in manibus nostris sita sit vel salus vel perditio Ecclesię, cur non Romanenses sui seruilis primat⁹, causā, simili fide cōmittūt deo, cū Chr̄us hęres

231

& dñs omniũ, commendet tamen eam patri, nihil pro ea sollicitus.

Funes ceciderunt mihi in pręclaris
Etem̃ hęreditas mea pręclara est mihi.

Perstat in vsu scripturę, quo funes seu funiculi dicuntur mensurę diuisiones seu limites, quibus diuiduntur hęreditates terrę, vt ps. lxxvij. Et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Et. ciiij. dicens, Tibi dabo terram Canaan funiculum hęreditatis vestrę, vñ Hierony. trãstulit, Lineę ceciderũt mihi in pulcerrimis, etem̃ hæreditas speciosissima mea est. Deutro. xxxij. Constituit terminos populorũ iuxta numerũ filiorum Israel. pars aũt dñi populus ei⁹, Iacob funiculus hęreditatis ei⁹ quod hic spiritualiter tractat. q. d. Sicut ibi funes ceciderũt nõ vltra q̃ vbi erat nũerus filiorꝝ Israel, & vbi finiebatur numerus fiolioꝝ Israel, ibi incipiebant termini populoꝝ, ex quib⁹ nullos elegit, sed pars eius & funiculus erat iste populus, Ita nunc quoq;, non assumam quãlibet fecem hoĩm de sanguine, sed sicut illic feci corpalem separationẽ limitũ populi mei a gentibus, ita nunc magis multo cõstituti sunt mihi termini spũales populoꝝ, iuxta numerũ filioꝝ spiritualiũ, vt vbi vbi p orbem desinũt esse fideles mei, ibi incipiũt esse populi infideliũ, neq; miscentẽ spiritu licet misceantur corpe. Fides aũt est limes, seu funiculus iste distributor hęreditatis, ipsa em̃ terminat fideliũ numerũ, extra quã, quicq̃d fuerit, termini sunt populoꝝ, & appellantur termini impietatis Malach. i. Qui em̃ crediderit saluus erit. Qui non crediderit condemnabit̃. Ita videmus, Ecclesiã prorsus non posse dici, nisi eam, quę credit, quare pontifices Romani cũ sua Ecclesia vere sunt Idola & figmẽta hoĩm impioꝝ. Contendũt em̃ hos funes rumpere & extendere, quo volunt, nempe etiã vsq; ad non preclara ĩmo ad tenebrosissima, sed frustra, Non em̃ ait. Extensi sunt, sed ceciderũt, nõ vos extenderis, sed de cœlo cadent.

Describit ergo hęreditatẽ, quã ei dñs statuit, loco eoꝝ, qui sunt de sanguinibus, nõ cõgregabo, inquit, illos de sanguine, quos ergo? Preclaros, pulchros, iucũdos, dulces, qui sunt hi? Non habent nomẽ nec personam, non sunt Iudei nec gentes, non Romani, non Babylonij, Non hic aut illic, sed in spiritu sunt, fide puri, pulchri, dulces mihi. Nã hebrea dictio, in pręclaris, proprię, dulces & iucũdos significat, vt Chr̃i beneplacitum in

tum in suis fidelibus exprimat. Rursus abominationē eius in infidelibus,& qui in carne & sanguine gloriantur.

Iterū, vt dixi, resurrectio testificatur, dum dicit, mihi, cui mihi? nonne tu dicis, Cōserua me dn̄e? ita vere morior, sed resurgam, & erit mihi hereditas mea dulcissima, dicit aūt pluraliter funes, q̄ Ecclesia tota cū sit vna, dispersa tamē est per orbem ꝓpter ministeriū verbi & baptismatis, cum vnus om̄ibus non queat ministrare, vt singuli funes, sint singulę Ecclesię, in q̄bus idem Christus, idem baptisma, idem verbū est. Cęciderunt, quia nō humano studio & opere, sed virtute gratię dei multiplicantur fideles Christi, Suntq̄ nobis omnes fortuiti & quos pręuidere nequieramus, qui conuertūtur, sicut dicit Isaię 49. Et dices in corde tuo, quis genuit mihi istos? ego sterilis & nō pariens, & istos quis enutriuit? Sic em̄ & hic Christus omnia ex patre accipere se ostendit sine sua cura, & cęcidisse ei quasi sorte funes istos in dulcissimis.

Nec hoc sine emphasi est, qđ dicit, cęciderunt mihi, & speciosa mihi, seu ad me, totū scz contra laruam eorū, qui Ecclesiā s͞zm externā faciem metiūtur & locis affigūt tempalibusq̄ diocesiū limitibus definiūt, Sic em̄ hodie Eccl'iam alia maiorē dicimus, terreno spacio & populi multitudine, cum reuera sit solum fide, spe, charitate, siue magna, siue pulchra, siue fortis, imo quia in oculis Christi est iucūda & formosa (vt hic dicit) intelligitur per antithesin esse mundo & sibi amara & deformis, sicut ait, Nigra sum, sed formosa, nolite me consyderare q̄ fusca sum, q̄a decolorauit me sol .i. Christus subijcit me cruci & malis, & sic externe sum nigra, interne formosa, Oportet em̄ eū qui vult Christo placere, sibi displicere, sibi obscurū esse, si Christo pręclarus esse velit. Qui em̄ sibi placet, pertinet ad cōuēticula sanguinis & carnis, vt quid ergo p̄sumimus in mūdo & carne magni esse, Ep̄us super Ep̄m, Ecclesia super Ecclesiam, cū Christus hic non in hoc probet Ecclesiā, quo in oculis hominū videri pōt, sed in eo qđ ipse videt .i. in fide, quæ eā humiliet sub om̄ibus & crucifiget? Sed sinamus, Hierarchia n̄ra nomen habet sacri principat⁹, ideo pertinet illuc. Nec memor ero noīm eorū per labia mea, opera em̄ hominū sunt, ideo hominibus placent.

Benedicam dn̄m qui tribuit mihi intellectū, Insuper & vsq̄ ad noctem increpuerunt me renes mei.

Hiero.& heb. sic. Benedicā dn̄m qui dedit mihi consilium, insuper & noctibus erudierūt me renes mei, magnū certe & arduū hic signatur opus, quod est esse consiliariū, hoc est, qui in morte & passionibus, cū vndiq; angustiatur & pauet, sciat q̄d sit ei faciendū, quo fugiendū, Qui em̄ hoc consilio carent, fugiunt & non effugiunt, Vnde Isaię.7, componit consiliū cum fortitudine, dicens. Requiescet super eū spiritus sapientię & intellectus, spiritus cōsilij & fortitudinis, spūs scientię & timoris dn̄i, Q nisi cōsilio polleas, nulla fortitudo subsistet in morte. Itaq; non solū hoc donū dei est, tulisse malum & mortem, sed etiā nosse quō ferenda sint & vnde petendū, sicut Sap. 9, Et vt sciui, qm̄ aliter non possum esse cōtinens, nisi deus det, & hoc ipm erat sapientia, scire cuiꝰ hoc donū esset, Quod ergo fuit cōsiliū Christi donatū? vtiq; ꝙ nō fugit in morte, nō retro abijt, sed dixit. Cōserua me dn̄e, tradita in manu dei tota sua causa, Ita em̄ solemus exuberanti affectu gestire a periculis erepti, nō tam ꝙ erepti sumus, q̄ ꝙ nos ita gesserimus, vt eripi possemꝰ, ibi iucūda narratione recitantur, euitata pericula, repulsi casus, frustratę insidię hostiū, & omnia illa studia sollicitudinis, quæ prudētes nos fœcerat in periculo pręsenti, Ita Christus quoq; gloriatur sese prudentem fuisse in malis ferendis, idq; diuino munere ꝙ blasphemijs nō responderit, mortem non fugerit, & nullis verbis aut factis moueri se permiserit, dulce est enim eius meminisse quo te sentis fuisse adiutum. Inueniuntur sane qui cū valent recte consulant ęgrotis & extra periculum nihil non sapiant, neminē non docere possint, at vbi ascendunt fluctus in cęlum & descendunt in abyssum, anima eorū in malis tabescit, turbantur & cōmouentur sicut ebrij, & omnis eorum sapientia deuoratur, vt ps.106. dicitur, vt nemo magis indigeat consilio, q̄ ij consiliorum principes, proinde insigniter & excellenter hic elucet diuina misericordia, quę in tpe tantę necessitatis prope est, & illustrat cor pauidū inops & egenum, consilio, quod supra rogauit, dicens. Cōserua me dn̄e, Eo enim cōsilio seruat̄ anima in medio isto vmbrę mortis, sed & ipse q̄le fuerit hoc consiliū sequente versu dicet.

Ex ijs intelligi pōt, qūo nostra translatio ad eundem sensum queat aptari, vt intellectus sit idipsum consilium, quo intelligat quid faciat & omittat in medio malorum, ne offendat deū, sed vnde gaudeat, exultet, benedicatq; dn̄m ereptus.

Sed quid est, insuper noctibus erudierunt me renes mei? qui sunt renes Christi, qui eū siue emēdant, vt Aug. legit, siue

16. psal:

Increpant, vt noster, siue erudiunt, vt Hierony. & hebrçus? Nisi illud Ap'li Heb. 5. velit, didicit ex his quæ passus est obedientiã, & consũmatus factus est omĩbus obtẽperantibus sibi causa salutis çternç. Et illud Matt. 26. Spiritus quidẽ promptꝰ est, caro aũt infirma, licet eñ esset plenus cõsilio, sensit tñ reluctantẽ ei consilio naturã infirmitatis nostrç, qua lucta experimẽto didicit obedire, sicut & nos eo magis erudimur, quo tentationibus magis impetimur, si prudenter & consulte eas ferre poterimus, vt quod videtur contra promptũ cõsilij spiritũ facere vbi victũ fuerit, inuenitur eũ magis excitasse ac vegetiorẽ reddidisse, sicut Paulꝰ gloriatur. 2. Cor. 12. Cũ infirmor fortior sum, Nã virtus in infirmitate perficitur. Et p̃s. 67. Infirmata ẽ, tu vero perfecisti eã, ita renes Christi, etiã si sancti & ĩmaculati, tñ infirmi exhorruerũt quidẽ passionẽ & mortẽ, cũ magis viuere & bene habere cupiat infirma natura, tamen hoc horrore consiliũ cogebat magis vigilare & sollicitũ esse pro ijs quæ dei erant, dictum est supra p̃s. 7. Renes significare delectatiões seu vim concupiscibilẽ, quç tristitias odit delitias, ac quietẽ amat, quç in omĩbus hominibus etiã Christo facit, vt dura & amara sit passio & mors, quam spiritu consilij & fortitudinis oportet superari.

Insigniter addit noctibꝰ, melius q̃ nos, vsq; ad noctẽ, vbi licet, noctes allegorice possint accipi pro aduersitatibus, Nam renes seu vis cõcupiscibilis, si desint aduersitates, nihil erudiũt, qa nõ vrget nec vrgetꝛ, vt sit propriũ eius in tẽtatiõibꝰ erudire & excitare spm̃, tñ nos hic simpliciter sine allegoria tẽpus nocturnũ accipimus, qđ aptũ est pauoribꝰ & terroribꝰ oĩbusq; dei occultis opationibus, vt sic tẽpus respõdeat & opi, Sic legimus Geñ. 15. post occasũ solis inuasum esse Abrahã tenebroso & magno horrore. Et. 32. Iacob luctabatꝛ durissime cũ angelo vsq; mane. Sic p̃s sequẽte, Probasti cor meũ & visitasti nocte, sicut eñ nox est optimũ tẽpus ad orandũ, sicut Chr̃us frequẽter orasse nocte legitꝛ, Ita & ad meditãdũ & oĩa diuĩa patiẽdũ, sic & Chr̃us suũ pauorem cçpit cũ noctis initio. Sic Iob. 4. In horrore visionis nocturnç qñ solet occupare sopor hoĩes, pauor tenuit me & tremor & oĩa ossa mea pterrita sunt &c̃. multa ĩ scripturis talia legimꝰ, Nox eñ qa tũc hõ vacat & oĩa silent, reddit hominẽ aptissimũ opatõibꝰ illis diuĩs, hoc ẽ passiõibꝰ ĩternis, quç sũt pauor & horror mortis, qbꝰ vehemẽter erudiũt spũs hõis, si prudens fuerit & sustinuerit, vnde & in prouerbiũ ista cessere prophetç huic, qui sine dubio multa experiẽtia ista sibi cognita loquitur, sicut dicit p̃s. 90. Non timebis a timore

nocturno, non exprimens quid sit timor nocturnus, q̄ experientia solū cognoscatur, qui plura de istis noctibus velit allegoricis, Taulerij sermones legat.

Prouidebam dn̄m in conspectu meo semper qm̄ a dextris est mihi ne cōmouear.

Hic aperit mysteriū consilij sui, pro quo dn̄m benedixit, scz q̄ dn̄m solū proposuerit in cōspectu suo, sed talem, qui sit a dextris eius ne cōmoueatur.i. propitiū & misericordē, quod principiū psalmi indicauit. Cōserua me dn̄e, qm̄ speraui in te, hoc est quod in superiorib⁹ toties dictum est, neminem posse sustinere passionē aut mortem, nisi hoc consilio vtatur, & dominū q̄ pōt misericordissimum sibi pręfigat, sicut Sap.1.dicit. Sentite de dn̄o in bonitate. Et ps.3. Multi dicūt animę meę, nō est salus in deo eius. Tu aūt dn̄e susceptor meus es, gloria mea &c. Et ps.25. Qm̄ misericordia tua ante oculos meos est, & cōplacui in veritate tua, diximus enim obiectū spei non esse nisi purā & immeritā dei misericordiā gratuito promissam, & ab indignis inuocandā, Ideo pessimos istos & dęmoniacos esse consultores, qui passis aut morientibus vel peccata inculcant, aut satisfactionibus & bonis operibus ꝓpositis deū velut exactorem eis proponūt, Non dedit illis dn̄s hoc consilium, sed Satan, ideoq; desperationi & blasphemię propiores fiunt q̄ benedictioni & gratitudini.

Heb. & Hieron. proponebam dominū in cōspectu meo, semper facit aūt hęc propositio domini, cor animosum, hilare & spontaneū ad omia bona opera facienda & mala ferenda, & ab hoc proposito sicut sepius dictū est, ordienda est bona vita & bonū opus. Quidem non libētissime faceret & auderet qui confidit sese placere deo, & dn̄m esse sibi fauentē ac propitiū? Quod peccatū quātūuis blandū non contēneret eadē fiducia in deū nixus? vere non facit nec facere pōt malū hęc fides, sicut nec vinci ab vllo malo, Nemo credit q̄ retrahat a malo & moueat ad bonū ista fiducia, nisi expertus. Quare hoc versu ipam naturā, affectū & opus fidei quę est in deū, nobis pulcherrime pingit spiritus. Quid est em̄ fidere in deū, nisi ꝓponere sibi firmiter dn̄m esse a dextris eius ne cōmoueatur? Et qui manet in eo ꝓposito, quō non semper bene viuet & operabitur? Quis turbo malorū eū subuertet? fundatus est supra firmā petrā.

Vnde hebręus verbis Emphaticis vtitur, primo ponebã, ponere em̃ firmitatem ac fundamentũ sonat, vt fidem ostẽdat esse affectũ cõstantẽ ac firmissimũ, qui nullo tempe nutet aut vacillet, deinde, dñm. Nõ enim fides est in nostra opera imo vllam creaturã, sed in solũ deũ, vnde & Theologica virtus vocatur, quia circa diuinã misericordiã versatur, Mala vero conscientia & impietas circa peccatũ propriũ & liberũ arbitriũ. Tercio, in cõspectu meo, vbi fidei viuacitatem & vigilantiam exprimit, non em̃ vt illi somniant, fides est habitus in anima subiectus & stertens, sed perpetuo & directo intutu in deum versus, vnde fit, vt & sit autor & origo operũ, imo primus & nouissimus in om̃ibus operibus bonis & tota vita. Semper, addit propter vtrũq; tẽpus, q̃a fides tpe pacis bona facit, tpe belli mala patitur, nũq̃ ociosa, imo semper negociosissima, Ita videmus q̃ egregius dialecticus sit Dauid, qui fidem dei tam propria definitione differit, & quid aliud sunt omnes psalmi, q̃ quędã diffinitiones, fidei, spei, & charitatis? per hos em̃ affectus versantur vniuersi & singuli, ostenduntq; fidem, spem & charitatem esse proprie quosdam optimos & diuinos affectus.

Q̃m a dextris meis est, idest in occultis in spiritu p̃sens est, dũ a sinistris in aperto in carne me persequũtur inimici. Eadẽ sententia p̃s 19 dicitur. Et in potentatib9 salus dexterę eius, idest dextera eius potẽter seruatur, quãtũlibet infirmetur sinistra ei9. Ita & hic derelinquit̃ Christus in infirmitate a sinistris, sed suscipitur in virtute a dextris eius. Dexterę & sinistrę tropo vtit̃ scriptura, pro interiore & exteriore homine, vt Christus Matt. 6. Te faciẽte eleemosynã nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit in abscondito eleemosyna tua, vbi seipsum exponit eleemosynã, esse in abscõdito, dexterę, esse in aperto, sinistrę tribuens, de qua re alias forsan plura.

Ne cõmouear, non dicit, ne tangar, ne tenter, ne sentiam, Nam fides potens affectus est, exerceri vult & quiescere nõ põt nec sinitur, verũ victor manet semper & non mouetur, nõ deturbatur. Hęc est em̃ victoria nostra fides, vt 1. Iohan. 2. dr̃ nr̃a Et Paulus dicit nos a deo semper triũphari (.i. triumphatores fieri) in Christo.

Propter hoc lętatũ ẽ cor meũ & exultauit lĩgua mea, Insuper & caro mea requiescet in spe.

Hoc est quod dixi, Ad fiduciā istam cordis bonā de deo, infallibiliter sequi lętitiā cordis, & dulcissimū affectū erga deū & omnē creaturā, Sic em̄ credenti spiritus sanctus diffundit in cor, q̄ rursum cor hominis diffunditur & dilatatur in omnem promptitudinē omia gratuito faciendi & patiendi, tam corā deo q̄ hominib9, Ibi inimicos nō minus q̄ amicos diligit, efficiturq; libens oīm seruus, vt omibus queat prodesse, sui ipsius nō modo incuriosus, sed etiā prodigus factus. Sic p̄s. 4. cū dixisset. Signatū est super nos lumen vultus tui dn̄e, mox secutus dicit. Dedisti lętitiā in corde meo, itidem duo ista connectens fidem & lętitiam cordis, sicut & hoc loco facit.

Ad hanc aūt lętitiā mox sequitur, laus, p̄dicatio, gratitudo & iactātia diuinę misericordię, idq; cū summo cordis gaudio. ideo nō simpliciter dicit, Cōfitebitur lingua mea, sed exultabit, idest exultans & tripudians loquetur, quē affectū hebręus etiā altera nominis Epitasi & emphasi sic eloquitur, Exultauit gloria mea, nos lingua ꝓ gloria habemus, Videturq; mihi Dauid hoc sibi p̄ cęteris propriū habere, vt gloriā suam appellet, vocalē & exteriorem laudē & iactantiā, in qua nō modo deū glorificet, sed p̄ teneritudine affectus, etiā glorietur in ea glorificatiōe, sic em̄ loquitur p̄s. 105. Vt cōfiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Et 29. Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar, dn̄e deus meus in ęternum confitebor tibi. Et 108. Cantabo & psallam in gloria mea. Et 56. Exurge gloria mea, exurge psalteriū & Cithara, exurgā diluculo. In his omnibus claret gloriā meam esse idem qđ canticū meū, vel vocē meā, qua gloriatur & glorificat. Quare & hoc psalmo cauere debemus, ne gloriā suam Christus credatur appellare famam suam, sed potius officiū, quo in deo gloriatur, imo gloriās & lætus deū glorificat, Nec memini hoc vsu gloriam meā alibi legisse in scripturis, Itaq; erumpentis lętitię & exuberantissimi affectus hęc verba sunt, qđ iterū experientia docet, non ligua nec calamus.

An aūt ista omia in Christi persona dicant̄ ꝓ tempe passionis suę quęri pōt. Si em̄ id dederimus, manifestū est, Christū in media passione summa fuisse exultatione gauisum, vt hæc verba psalmi probant, de qua re multi multa quęsierūt, & nescio an inuenerint. Ego vero arbitror non esse necessarium ad tēpus passionis referri, ꝓphetę em̄ neq; ordinē rei gestę a Christo seruant, neq; omia vno loco canunt, multaq; in medio re-

linquunt, nec est necesse rem gestã ordine texere, dũ ꝓphetia in persona Christi aut alterius formatur, Satis est oĩa vera dici, ordinemq́ꝫ rebus gerendis relinquere, Nec Euangelistę vbiq́ꝫ ordinẽ seruant, Estq́ꝫ celebrata regula scripturę intelligendę, p̃serũ ꝓpheticę multa dici per anticipationẽ & recapitulationem, Ita & hic dũ Christus sese confitetur in patre lętum esse & gloriari & p̃dicare, tacitis oĩbus operibus & virtutibus, quas in eodẽ gaudio fœcit, ad vltimũ transilit ac si dicat, Nõ mõ p̃dicabo & glorificabo, verũ etiã vt taceã opera & virtutes & totã vitam meã, libens etiam moriar, & eadem fiducia certus sum, quieturã quidẽ carnẽ meã mortuã, sed in spe & expectatione certissimę resurrectionis.

Verbum hębraicum, Requiescet, idem est quod p̃ced. p̃s dictũ est, Requiescet seu habitabit in monte sancto tuo, vnde Hieron. hic vertit, Caro mea habitabit cõfidenter, significatq́ꝫ vt dictum est, quietam & pacificam habitationem quasi illud p̃s 4. dicat. In pace simul dormiam & requiescam, alia quoq́ꝫ significatione significat sepelire p̃s 7. Et gloriam meam in puluerem deducat. i. sepeliat, vt possit etiã sic verti aut saltem intelligi, Caro mea sepeliet in spe. Verũ Petrus Act. 2. hũc versum nõ iuxta hębreum, sed iuxta lxx. citat, nec sepeliendi verbum, nec gloriam meam tangens, sensum tamen neutra translatio vitiat.

Igitur noua est hęc ꝓphetia de nullo antea audita, vnus enim hic & solus Christus generalem illam totius generis humani dirumpit penam Gen̄. 3. statutam. In puluerem reuerteris, neq́ꝫ de vllo alio scriptura tale quid loquitur, etiam si pie opinemur idem de virgine gloriosa & S. Iohanne, scriptura om̃s pulueri tradit, solus hic nouo & vere aureo Michtham lętissimum affert nunciũ, carnem suam non in puluerem iturã, sed in pace morituram & expectaturam, Singula ergo verba & aurea sunt & ponderanda, mea caro, scz suam vnicam excipiens ab oĩm carne, quorum nulla mansit aut quieuit, sed omnis omnium abijt in puluerem, vbi mortem indicat, quia separato spiritu vere sicut omniũ aliorũ mortua fuit, Ingens ergo miraculum similiter mori & non similiter corrumpi. Et caro requiescet, idest etiam si sepelietur, sicut & aliorũ, tñ quietẽ & pacem habebit, nõ enim tangetur vlla putredine aut verme quæ pax & quies nullius est alterius carnis. In spe, non enim in finem ita quiescet, sed expectabit, vt rursum excitetur & viuat, Ecce q̃ꝫ proprijs verbis Christum prędixit

resurrecturum, quo indicat se clarissimam & plenam habuisse cognitionē Christi morituri & resurrecturi, Et merito hūc locū Apl'i insigniter p̄ cęteris extulerūt.

Q m̄ non derelinques animā meā in inferno, Nec dabis sanctū tuū videre corruptionem.

Explicat quod dixerat. Requiescet in spe, ista est spes, scz ꝙ non derelinques nec corrūpi sines, hoc est, absq; dubio suscitabis. Et placet dici, non spiritū meū, sed animā meam, Heb. Naphsi, ꝙ anima pro vita in scripturis accipi soleat, seu pro anima, inquantū viuificat & vegetat corpus, vt ostendat spūs, Christū vere ad vitam corpalem reuocandū esse.

Sanctus hoc loco, Hasid est, qui gratia spiritus sanctificatus est, & Christus ꝓprie & passim in scripturis appellatur, sanctus dei, sicut Christ⁹ dn̄i, Nec inuenitur in singulari numero facile vllus, qui sanctus dei dicatur, seu sanctus tuus, præter Christū solū, quē & hic solū prędicat Dauid. Hebraismū illū notū existimo, videre corruptionē pro corrumpi, sicut videre mortem, pro mori, non videre mortem pro non mori, vt est apud Lucā 2. & Ioh. 8, quo forte scriptura vtitur ad indicādā diuinā virtutem, cui om̄ia viuant & nihil perit aut corrūpit, sed nobis perimus & nobis morimur ac corrūpimur.

Sensus ergo apertissimus est, per Apl'os tanta copia & diligentia explicatus. Verū & hic ceperūt homines de ingenijs suis nihil non p̄sumentes disputare, An Christus sc͡m animam seu substantiam fuerit in inferno. Et quid sit eum fuisse in inferno, magna pars ausa est spiritui contradicere, Animam Christi nō fuisse in inferno nisi per effectum, optimi scz glosatores verbi dei, Animam meā. i. effectū animę meę non derelinques in inferno, Descendit ad inferos. i. effectū fecit apud inferos, verū contemptis his friuolis & impijs nugis. Verba prophetę, simpliciter dicta, simpliciter intelligam⁹, & si intelligere nō possumus, fideliter credamus, maior est huius scripturę autoritas, ꝙ totius hūani ingenij capacitas ait Aug. Vere em̄ anima Christi sc͡m substantiam descēdit ad inferos, quid aūt fuerit aut sit iste descensus, credo nondū esse reuelatū satis saltem om̄ibus.

Petrus, Act. 2. dicit, Quē deus suscitauit solutis doloribus inferni, seu vt gręcus habet, mortis, in quo videtur significare, Doloribus mortis seu inferni Christū fuisse solutū in resurrectione. At dolores mortis & inferni pro eodē ego habeo, infernus

fernus em̄ est pauor mortis.i.sensus mortis, quo horrent mortem & tamē non effugiūt damnati, nam mors contempta nō sentitur, estq; velut somnus, Videmus aūt scripturā duo loca tribuere mortuis, foueam corpi & infernum animę. At Petrus hic non dicit solū infernum seu mortem esse soluta in Christo, sed dolores inferni seu mortis, quia & si multi sancti in sepulchro & inferno absq; dolore fuisse credant, qui & ī pace mortui sunt, tamen Christus sicut cū summo dolore mortuus est, ita videtur & dolores post mortē in inferno sustinuisse, vt nobis om̄ia superaret, Ita ego interim verbis Petri inhęrebo, donec meliora doctus fuero, vt Christū p̄ cęteris om̄ibus, nō solū mortem, sed etiā dolores mortis seu inferni sensisse credā, caro quidē eius requieuerit in spe, sed an̄ia eius infernū gustauerit, Atq; hoc esse qđ hic dicit, non derelinques animam meam in inferno.

Istę aūt negatiuę, Nō derelinques, nec dabis &c̄. vehementiores sunt affirmatiuis, & robustius resurrectionē testantur, q̄ si dixisset. Educes de īferno animā meā & seruabis sanctū tuū, sicut ibi, Maria optimā partem elegit quę non auferetur ab ea .i. certissima manebit, Ita hic. Nō dereliques, idest velocissime reduces, Et, nō dabis sanctū tuum videre corruptionem, idest festinabis me reducere in sanitatē & vitam corporis. Videtur enim mihi spiritus in his verbis simpliciter loqui & magis ad tēpus respicere q̄ ad locū vel aliam circūstantiam, vt sit sensus. Non derelinques me tanto tp̄e, q̄to naturaliter solent corrūpi cadauera, sed intra tempus quo solent incipere corrumpi, me suscitabis, alioquin possit sermo videri de aliquo dictus, qui vsq; in diem iudicij per miraculū in inferno & sepulchro seruaretur incorruptus, q̄uis nullus ita sit seruatus, saltem ante Christū, de q̄ hęc primo loquit. Etsi em̄ sunt (vt in Aegypto) corpa myrrha, quę cōtra putrefactionē valet, peruncta & seruata, caro tamē consumpta est & exhausta, contra qđ hic dr̄, Caro mea requiescet in spe.

Notas mihi fecisti vias vitę, adimplebis me lętitia cū vultu tuo.

Delectationes in dextera tua vsq; in finem.

Hieron. Ostendis mihi semitā vitę, plenitudinem lętitiarū ante vultū tuū, decores in dextera tua ęternos, vbi videtur ab vno verbo, ostendis tres accusatiuos regi, quorū vnum noster

mutauit in verbū, adimplebis, & terciū in nominatiuū, delectationes, nihil tamē de sensu perit, Nam & Petrus Act. 2. nostrū sequitur, Describit aūt gloriam resurrectionis tribus partibus, vita īmortali, lętitia interna, & iucūditate ętemna, via vitę dicit ꝙ sit a morte ad vitā, quasi illud Apl'i Ro. 6. dicat. Christus resurgens ex mortuis, iam nō moritur, mors illi nō vltra dominabitur, Christus em̄ antea nō nouerat viam vitę experimentaliter, cum hęc vita sit, non nisi via mortis, seu cursus potius ad mortem, sed resurgere ad vitā īmortalem, hoc vere est, nosse viam vitę, quod solius est virtutis & dextrę dei, sicut hic dicit, Notas mihi fecisti vias vitę, & ps 88. Quis est homo qui viuet & non videbit mortē, eruet animā suā de manu inferni? q. d. nullus. Sic ps. 67. vocatur. Dn̄s dn̄s exitus mortis & deus saluos faciendi, ꝙ absorpta morte per victoriā, educat in vitā ętemā, sicut ꝑmisit Oseę 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, Ero mors tua, o mors, morsus tuus ero inferne. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipe inter fratres diuidet, Adducet ventū vrentem dn̄s de deserto ascendentem & siccabit venas eius, & desolabit fontem eius. i. peccatū qđ est vena, fons, stimulus, virtusq; mortis &c̄.

Lętitia interna, quā Hiero. plenitudinē lętitiarū ante vultū dei, non male intelligit, Ea est, qua videtur deus deorū ī Zion sicuti est & facie ad faciem, vbi est satietas plena cordis nostri, vt digna Emphasi, plenitudo lętitiarū appelletur, in hac enim vita ex parte cognoscimus, ex parte ꝓphetamus, ita ex parte lętamur, & oīa ex parte habemus, cū aūt venerit qđ perfectū ē, euacuabitur qđ ex parte est, 1. Cor. 13. vbi nō miscebitur risus dolori, nec luctus cōsolationi, sicut necesse est in hac vita fieri dū peregrinamur a dn̄o, & per speculū videmus in enigmate, Quare lętitiam huius vitę, lętitiam enigmatis, illi⁹ vero lętitiā, vultus seu faciei dn̄i appellare possumus. Sic em̄ hebraice sine ꝑpositio, cū & ante, dicit̄ plenitudinē lętitiarū faciei tuę, vt plenitudinem lętitiarū e facie & reuelata gloria dei pendere intelligamus, sicut ps sequente dicet, Satiabor cū apparuerit gloria tua. Et Christus Ioh. 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eū & manifestabo ei meipsum. Hæc est lętitia ęterna, quia plenitudo lętitiarū, cū lętitię in hac miseria sanctis impartitę, sint stillę quędam & tenues pręgustus, qui cito transeant, plenitudo aūt reuelata facie dei, perfecta est manens in æternū. Hęc em̄ est vita ęterna, vt cognoscant te solū verū deū, & quē misisti Ihesum Christū Iohan. 17.

Iucunditates in dextera tua in finem, quas Hierony. decores ęternos posuit, significare mihi videtur dotes reliquũ corporis & animę & omnium rerum, seu vt nostri vocãt, obiectiuas delectationes, quas Christus ex sua gloria habet, sicut enim in sinistra dei, idest in hac vita in omnibus est tristatus ita in dextera, idest futura vita in omnibus delectatur, Qui enim in dei visione beatus est, in omnibus simul iocundatur, nullũ hic triste spectaculũ, sed omnia iucũda, omnia coopantur, applaudunt, fauent, arrident, sicut canit Lactantius. Ecce renascentis testatur gratia mundi omnia cũ dño dona redisse suo. Eadē hic dictio est fœmino genere Neimoth, quę superius masculino Neimim posita ē, funes ceciderũt mihi in pulchris seu iucundis, vtrobiq; Christi iucunditatē in rebus extra deũ existentib9 docēs, Ac hebręus vltimã dictionē Netzah, quod nos in finē, Hiero, ęternos reddidit, ambigua cõstructione habet, vt ad om̃s tres partes queat aptari, ad vias vitę, ad plenitudinem lętitiarũ & iucũditates in dextera dei, vt singulas ęternas accipere possimus, vł ad solas iucũditates, quas decores Hiero. vocat, forte q̃ decoris & formosis delectemur & iucundemur. Hęc erunt, cũ corpora nostra cęlũ & terra in nouam creaturam mutabuntur in fine mundi, vbi omnia erunt iucunda & dulcia, interim expectatio creaturę ingemiscit & parturit donec & ipsa liberetur a corruptione & vanitate in libertatē gloriæ filiorum dei Ro. 8.

Dextera dei (vt diximus) futuram vitam, seu eam quæ est in conspectu dei significat, quę nunc incipit per fidem consumãda per speciem, Amen. Videmus ergo, hic p̃s vnus oīm q̃ clare resurrectionem & gloriam resurrectionis prędicet, vt merito Michtham aureolus dictus sit Dauid, qui hoc loco insigniter suã in rebus diuinis cognitionē signauit.

PSALMVS DECIMVS SEXTVS HEB. XVII.

ORATIO DAVID.

Nouus titulus, Oratio Dauid, quo satis indicatur psalmi materia, quę mihi nõ dissimilis videtur ei quæ psalmo quinto & multis aliis tractatur, generalis scz q̃rimonia populi iusti aduersus nocentissimos persecutores spiriticidas hypocritas, cũ quibus ei assidue bellũ est, sicut inter Iacob & Esau, de iustitia & verbo veritatis, Itaq; ex prędictis sepius tractatis facilis erit & huius psalmi sensus.

e Xaudi dñe iustitiam meam, intende depre-
catione͂ meã, aurib⁹ percipe oratione͂ meã.
Non in labiis dolosis.

Magnũ affectũ & lachrymas multas indicat ter repetita & ingeminata petitio, quia reuera spirituales hoĩes magis vrit dolus q̃ vis impiorũ, ꝙ vim manifestã licet cognoscere & periculis cognitis vtcũq; occurrere. At dolus ante perdit q̃ intelligatur, vnde & Paulus 2. Cor. 11. cũ dixisset. Quis infirmatur, & ego non infirmor, grandius in scandalũ dixit, Quis scandalisatur & ego non vror? non ait, infirmor, sed vror, ꝙ minus sit cũ infirmantibus, idest patientibus, pati, q̃ ꝓpter scandalisatos vri. Et Act. 20. protestatur sese per trienniũ nõ cessasse cũ lachrymis monens vnũquenq;, vt cauerent a lupis rapacibus, qui post discessionem eius erant intraturi & locuturi peruersa. Et Philip. 3. Multi eñ ambulãt quos sępe dicebã vobis, nunc aũt & flens dico, inimicos crucis Christi, quorũ finis interitus, quorũ deus venter est, & gloria in cõfusione.

Si sic ꝓphetę, sic Apostoli arserũt & fleuerũt super sui tp̄is hypocritis, qñ spiritus adhuc plenior erat in Eccl'ia, quid non metuendũ nobis? quę lachrymę nobis esse possunt satis, in his perditis tẽporibus, tãtę securitatis, in quib⁹ dęmones mortuos esse aut dormire credimus, cũ regnent horrenda tyrannide nomine Christi & sanctorũ in suas partes rapto & iactato? Verũ p̄dicta sunt satis abunde talia tempa, nos aũt insensati sumus & sicut Iudęi, ignorantes implemus ipsi oĩa, q̃ p̄dicta nobis sunt ab Apl'is, pręsente impietate, quę futura esse de aliis somniamus, Ve sęculo huic nouissimo & pessimo.

Heb. sine ꝓnomine, meam, absolute dicit, Exaudi dñe iustitiam, quo verbo, vt Iudaicas tenebras omittã, qui Davide͂ hic iactatę iustitię peccato meruisse fingunt, vt postea caderet in peccatũ adulterii, etiã nostri offensi sunt, vt soli Christo hãc vocem tribuerent. Mihi aũt vehemẽtior est petitio, ꝙ absolute petit iustitiam exaudiri q̃ suam iustitiã, ostendit eñ hoc versu pene per singula verba, quos intutus sit, & vnde motus, vt sic ęstuaret. Intutus eñ est multitudine͂ & magnitudine͂ hypocritarũ, qui sibi solis, vt oĩa bona opa & iustitiã, ita & oratione͂ & misericordiam dei arrogant, cũ tame͂ oĩa hęc dolose & in deceptione͂ plurimorũ imbecilliũ non nisi simulent, vt remedio alio nõ queat rebus veris succurri, q̃ oratione lachrymosa

quę deū prouocet, vt iustitiā seu id quod vere iustū est seu iustam causam, qualis est fides verbū & opera fidei, audiat, suscipiat & defendat, cōtra impiam & noxiam illorū simulationē. Est ergo affectus pietatis & charitatis eiusmodi, Etsi ego indignus sum, qui peto, tn̄ ipsa causa cū sit verbi tui & fidei causa vereq; iustitia, digna est, quā nō sinas opprimi ī deceptionem infœliciū animarū, quas lupi illi rapaces suis fictis verbis vorare non cessant.

Sunt qui velint sic vertere. Exaudi domine iustitię, sicut p̄s 4. Exaudiuit me deus iustitię meę, quod iudicio cuiusq; relinquo. Hebręus quidē textus non resistit, ego tn̄ priore sensu cōtentus sum, Reliquę duę, Intende deprecationē meā, auribus percipe orationē meam, ad modū psalmi quinti intelligamus quid deinde intersit inter orationem & deprecationem p̄s. 6. dictū est satis.

Nō ī labijs doli seu dolosis. Māifeste hic accusat hypocritas, q̄rū & dogmata & orōnes labijs dolosis deputat, pōt autē & asserentis & optantis esse, hoc modo. Ideo nos exaudi dn̄e, q̄a tu nosti cor nostrū, q̄ non est dolus in labijs nostris, sicut oramus ore, ita sentimus corde. & sicut docem⁹, ita simpliciter viuimus, cū illi contra nihil nō simulent, vel hoc modo. Exaudi dn̄e iustitiā, & fac, ne & nos sicut illi, dolosis labijs tū oremus, tū doceamus, Ita videmus hic micare zelū & odiū hypocrisis, quā sancti tanta detestatione deprecantur & accusant.

De vultu tuo iudiciū meum prodeat,
Oculi tui videant ęquitates.

Iudiciū, hoc loco, non arbitror esse sensum seu acumē illud ingenij, quo de omnibus recte maleue sentimus, vt aliquibus visum est, sed ipsam causam de qua disceptant partes aduersarię, Quo modo p̄s. 139. Ego cognoui, q̄m faciet dn̄s iudicium inopis, & vindictam pauperū. Et Iob. 23. Proponat ęquitatem contra me & ad victoriam perueniet iudiciū meū. Et 31. Si contempsi subire iudiciū cū seruo meo, cū disceptaret aduersum me. Iudiciū mortis est viro huic, nō est viro huic iudiciū mortis, dixerūt de Ieremia eiusdē 26. Est ergo sens⁹ iustitia cā mea & iudiciū meū, obsecro, vt exeat de conspectu tuo, q̄a corā & in oculis tuis scio iustū esse, quod in oculis hominū damnatur tanquā impiū & iniquū, Quare fac, vt quale est coram vultu tuo te iudicante, tale fiat, reuelante te etiam coram hominibus,

Non maneat iudiciũ causę meę tale, quale egreditur a cõspectu hominũ damnatũ, quia vt Abacuk. 1. dicitur, ab eo cõspectu egreditur iudiciũ peruersum & non peruenit ad finem iudiciũ, laceratur etiam lex. Quæ verba & hodie orari oportet aduersus hęreticos prauitatis inquisitores & tyrannos Ecclesiasticos, a quorũ conspectu non egreditur veritatis iudicium, nisi damnatũ, Neq̃ eñ & ipsis resisti potest, nisi querulosa & lachrymosa oratione, Idiotismũ hunc satis notũ arbitror, egredi iudiciũ, egredi sermonẽ, egredi verbũ, egredi causam &c.

Oculi tui videant ęquitates, heb. rectitudines, seu id quod rectũ est, de quo superius abunde ps 9. damnat eñ propheta hypocritas sanguinarios, prauitatis, hoc ẽ, q̃ in om̃i causa quęrũt q̃ sua sunt, ideo iustorũ causam, cũ quęrat q̃ dei sunt, damnãt, vt suas prauitates statuant. Sic eñ oculi hominũ respectũ habent & intendunt in prauitatem, sed tui o dñe oculi, cũ nõ videant, nisi quod rectũ est, ostende & idipm coram omnib⁹, quod facies, si causam meã defendas & illorũ opprimas, donec eñ id non fœceris, illi iactãt sine fine superbientes, oculos tuos respicere ad se & ad suas prauitates, tã q̃ rectitudĩes ac negligere & abominari nostrã rectitudinẽ tã q̃ prauitatẽ. Est aũt idẽ hui⁹ versus sensus, qui Abacuk 1. Mundi sunt oculi tui ne videas malũ & respicere ad iniquitatem non poteris, Quare ergo respicis super iniqua agentes, & taces deuorãte impio iustiorem se? Ita iterum aliud esse dei, aliud hominum respectum ostẽdit, & aliud esse quod in oculis hominũ, & aliud quod in oculis dei iudicatur, Simul obseruemus, vt dixi, nõ virib⁹ nostris, neq̃ sapientia nostra esse nitendum. Nemo enim vnq̃ peruersum hominem verbis aut sapientia vicit, nec fidei causam suis viribus vllus vnq̃ defendit, vt in omnibus hæreticis monstratum est, quãdo nec Apl'i nec ꝓphetę, neq̃ adeo ipse Christ⁹ suos hypocritas potuit superare, cũ impij etiam victi, victi esse nolint. Quid ergo nos p̃sumeremus vermiculi cõtra antichristos om̃ robustissimas Eccl'ię hostes omissa oratione quęrulosa prestare?

Dixi superius Aequitatem abstractũ, nostro interpreti placuisse ꝓ rectitudine, cũ tñ vbiq̃ non ęquũ, sed rectũ trãsferat in concreto, Aequitas magis ad moderationem legis pertinere nobis permittatur, q̃ ad rectitudinẽ, quę perfecta legis plenitudo est.

Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas, Vt non loquatur os meū opera hominum ꝓpter verba labiorū tuorū, ego cuſtodiui vias duras.

Hebrĉus non parum diſſonat, quem Hiero. ita vertit, Probaſti cor meum, viſitaſti nocte, conflaſti me, non inueniſti cogitationes meas tranſire os meum, in opera hominū ꝓpter verba labiorum tuorum ego obſeruaui vias latronis, ſed quis erit ſenſus? Certe Hierony. omiſit ad verbum negandi ante verbū tranſire, nec ſeruat diſtinctionē verſus hebraicam, Nr̃a autē tranſlatio, & ſi abūdet ſuo ſenſu, hebrĉo tamē an quadret videbimus, non ꝙ ideo damnandū cenſeam, aut Eccleſiā dei calumniari velim, ꝙ vſa ſit hac tranſlatione tanto tempore. Quid em̄ nocet verbis male redditis alium ſenſum ꝗ ſit natiuus in Eccleſia haberi? modo ſit pius, quādo multa ſunt, optime quoq; reddita, quorū tamē ſenſum nondū habuit & explicauit Eccleſia, vt ſunt ꝓphetię Chriſti & Apoſtolor̃ de nouiſſimis temporibus, quis em̄ ī Eccleſia intelligit illas? Et tamē verba ſunt proprię reddita, quin quis dubitet Eccleſiā habere ſenſum propriū huius loci, etiam ſi ignoret eundem hoc loco ſignificari? id quod in multis alĳs quoq; accidit. Quid em̄ nō habeat q̄ ſpiritū Chriſti habet? cui nō ſit neceſſariū omnē locū ſpiritus in ſcriptura noſſe, Hęc dixerim contra moroſos, qui ſtatim vt aliter ꝗ receptū eſt quippiam fuerit inuentū, calumniam Eccleſię interpretantur, Nos aliorū induſtrias laudamus, ſed & nos in partē agri dominici excolendi non tantū veſcēdi gratia vocatos arbitrari debemus, cum ſcriptū ſit, ſupercreſcētibus nouis vetera proĳcietis, Non potuerunt illi om̄ia, quędā & nobis relicta ſunt, Alioquin ſi ſatis eſt illos docuiſſe, cur nō ſatis quoq; eſt eos bene vixiſſe? Si eadem verba ſufficiūt, cur non eadem & opera, vt ſic tam verbis q̄ operibus eorum contenti, nemo aliud doceat & faciat q̄ S. Hieronymus docuit & fœcit.

Ad pſalmū cuius hos duos verſus ad verbū ſic reddo.

Probaſti cor meū, viſitaſti nocte, cōflaſti me, nō inuenies, cogitationes meas non tranſibit os meū.

Ad opera hominū, in verbo labiorꝫ tuorū.
Ego obseruaui vias corruptoris.

De priore prius, Petierat, vt dn̄s iudiciū & causam eius iudicaret, & rectitudinem eius intueretur, nūc qua fiducia sic audeat petere, exponit, tentasti, inquit, me varijs modis & probasti, vt scires an esset via iniquitatis in me, vt p̄s. 138. dicit, an quęrere ea quę mea sunt, sicut & in lege Mosi Exo. 16. vt tentē eum vtrū ambulet in lege mea an nō. Et Deutr. 8. Duxit te dn̄s per desertū 40. annis, vt affligeret te atq; tentaret, nec tamē inuenisti, sed perseueraui in om̄ibus rectus in oculis tuis, semper quęrens quę tua sunt, hanc igitur rectitudinem dignētur oculi tui videre, & causam meam iudicare sēm conspectū tuū, cum illi nunq̄ tentati & probati. ea q̄ mea sunt, a nulla alia causa dānent & peresquūtur, nisi quia nō intelligunt, suis prauitatibus excæcati & obnoxij.

Copia & auxesis illa orations, probasti cor meum, visitasti nocte, conflasti me, non modo diuersi generis tentatiōes significat, sed & ad emphasim facit, & magnitudinē affectus monstrat, tāq̄ siquis in deū fretus pura cōscientia, longo tentationū vsu probatus & spe firma iam inconfusibilis, vt Ro. 5. Ap̄lus p̄scribit, tedio tamē aduersę partis sua pertinaciter contra eum mouentis & plurimos seducentis prouocatus, incipiat coram deo cum fiducia contra illos suam causam iustificare & dicere. Ecce tu scis dn̄e, qm̄ ea q̄ dixi & fœci, recta fuere coram te, & tn̄ impij illi, ac si damnata essent, detestantur, & suis prauitatibus fallūt plurimos, Tale & Hiere. 17. in se expertus est, dicens. Ego non sum turbatus te pastorem sequens, & diem hominis non desyderaui, tu scis, quod egressum est de labijs meis, rectum in conspectu tuo fuit, non sis mihi tu formidini, Spes mea tu, in die afflictionis.

Quādo aūt hūc versum om̄s transeūt, somniare nos oportet & ꝓpria afferre, donec alius attulerit meliora. Prima pars, probasti cor meum, mihi videtur pertinere ad eas tentationes, quib⁹ homo exercetur in seipso, scz penuria rerū, ęgritudine, alijsq; rerū & corporis incomodis & periculis temporalibus. Hic em̄ exploratur homo an plus in deū q̄ in aurū aut qualibet fortunā confidat. Altera. Visitasti nocte, ad spirituales, quibus homo in peccatis, conscientia, timore mortis, pauore inferni vexatur, vt probetur, an pl⁹ in sua opera, sapientia, cōsilia confidat, q̄ in purā dei misericordiā, diximus em̄ p̄s p̄cedente, noctē esse idoneū tempus harꝫ tentationū, quibus pro-

prię deus

17. psal.

prie deus ipse visitat & dure arguit. Tertia, Conflasti siue igne examinasti sicut aurũ, sit externa persecutio, vbi virulentis linguis infamatur, pessimis nominibus & ignominia fedatur, sicut Christus in Cruce cũ sceleratis reputat⁹, & coram oĩbus dignus videatur, qui oĩa extrema patiatur, vt vndiq; excoct⁹ & probatus, spem, quę non cõfundit obtineat, qua audeat in fiducia dei sese iustificare, in causa verbi & fidei, contra superbos hypocritas, licet non superbiat de iustitia & vsu perfecto verbi & fidei. Causa eñ fidei semper iusta & recta est, quantũlibet siue malus siue perfectus sit qui eam agit.

Non inuenies, hic est medius versus, cui addidit de suo, interpres, in me, & ex altera parte versus. Iniquitas, vero quidẽ sensu, sed confusa distinctione, Nam ea dictio, significat & iniqtatẽ, & cogitationẽ, consiliũ seu intentionẽ, qua in corde quippiam statuimus, vt p̃s. 9. Comp̄hendũtur in consilijs suis, põt ergo dici, orationẽ esse Eclipticã. Non inuenies, scz in me esse viã prauitatis, iuxta illud p̃s. 138. Et proba me deus & scito cor meũ, interroga me, & cognosce semitas meas, & vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via ęterna, Ideo eñ p̄bat cor vt videat an prauũ sit, id qđ negat apud se inuentũ. Dicit aũt in futuro inuenies, quo ostendit non solũ nõ inuentũ esse prauũ, sed etiã sic perseueraturũ proponit, vt nũq̃ inueniat, Tamẽ sequẽte parte implet Eclipsin istam.

Cogitationes meas non transibit os meũ, nec fingere quidẽ possum, cur interpres, pro, nõ trãsibit os meũ, voluerit dicere Vt non loquatur os meũ, annectens de principio sequẽtis versus. Opera homiũ, Ego & si non memini, in scripturis hoc dictionis genus legisse, q̃ cogitationes transeat os. Opinor tamẽ sensum esse eundem, qui primo versu dictus est. Non in labijs dolosis, transit enim siue pręterit os cogitationes, quando amplius & vltra loquitur, q̃ cor cogitet, vt cor & os sibi non consient, quod potissimũ in vaniloquos & multiloquos magistros mentiũ deceptores quadrat, qui vt scandalũ crucis nõ patiantur, quiduis docent, quo hoĩbus placeant, desyderant eñ diem hominis & volũt hoĩbus placere, & in eos, qui metu persecutionis aut spe commodi veritatem negant, inter hos eñ sunt, quorũ cor cũ sciat secus rem habere, adhuc tñ os eorũ trãsit has cordis cogitationes, ne patianť, magna pars cõniuet & tacet, eodẽ metu vel spe lucri. adeo necesse est, vt aut pereat si contradicat, aut deũ offendat, si non cõtradicat homo hoĩm traditioĩbus & opibus, Hierony. pulchre effugit per Amphi-

240

bologiam, vt nescias an voluerit quod cogitationes transeant os, vel os transeat cogitationes, dum verbum indicatiuum mutat in infinitiuum. d. Non inuenisti cogitationes meas transire os meum, confusa distinctione, vt dixi, & omisso aduerbio, non, sed verbum est futurum indicatiuum, numero singulari, non transibit, sicut, Non inuenies, eademque ratione perseuerantiam commendans. Hunc sensum etiam nostra translatio potest habere, scz probatum esse & non inuentam iniquitatem in eo, vt loquatur opera hominum, hoc est, nullis eum tentationibus eo potuisse cogi, vt relicto crucis scandalo & improperio Christi, opera hominum doceret & hominibus hac iniquitate placeret. Si enim hominibus placeremus Christi serui non essemus, ideo petit exaudiri iustitiam & respici ad rectitudinem.

Cogitationes, idem nomen est, quod ps. 9. Comprehenduntur in consilijs suis, quae vulgo vocamus, proposita seu intentiones, vt Deutr. 19. sicut fratri suo facere cogitauit. Et satis acuta verba namque phrasis est, transit os cogitationes, vven das maull mehr vvescht dan das hertz vveys, vel transit, idest contenit, insignis enim prauitatis malum est, cordis proprij cogitationes bonas contenere ob metum verborum & operum hominum. Sequitur alius versus.

In opera hominum, in verbo labiorum tuorum, ego seruaui vias corruptoris, dictio paritz, quam noster, duras, Hieron. latronis reddidit a verbo paretz venit, quod diruere, diuidere, dirumpere significat, vnde Reuchlin, pro duras dirutas dicendum fuisse scribit. Diruptor ergo iste impius est magister, qui opera hominum docet, quibus anima magis corrumpitur, diruitur & in infinitas viarum varietates diuidit, sicut Isa. 28. de eis dicit. Manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi modicum ibi. Et Paulus non circumferamur omni vento doctrinae. Et Heb. 13. doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci, optimum est enim gratia stabiliri cor non escis, quae non profuerunt ambulantibus in eis. Obsecro, quid aliud est, quam dirumpi & in infinitas partes diuidi, si dimissa vnitate fidei tradamur in opera hominum, nunc illud, nunc istud, nunc iterum illud, & ita sine fine? Huc pertinent nostri saeculi cerimoniae & quotidie noue excogitata, statuta, ritus, loca, festa, pompae, sectae, preces & id genus arenae maris innumerabilis, vt si ipsi deberemus fingere nomen, quo hos Magistros appellari oporteat aptius inuenire non possemus, quam paritzim diruptores, latrones, grassatores, qui publica via contempta, vagantur suis vijs, vere diruptores sunt, seu vt Christus & Paulus lupi rapaces qui nos a fide Christi rapiunt & in tot sectas dirumpunt, quas nemo numerare potest.

490

Est ergo sensus, Ad opera hominũ, quę per verbũ labiorũ tuorũ fingũt doceri, cum nihil minus doceatur eisdem, sic me habui, vt obseruarẽ, ne vias rapaciũ istorꝫ grassatorꝫ ambularẽ. Et magna ꝓfecto obseruatione, hic opus ꝙ verbis diuinis huc detortis, procliue sit in istam diruptionem & rapacitatem concedere. Id quod & Isaias pulcherrima copia prosequit̃ dicens, Et erit eis verbũ domini (ecce ipsum verbũ domini) manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicũ ibi, vt vadant & cadant retrorsum, & conterantur & illaqueentur & capiantur, Sic 2. Pet. 2. In auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur pseudo magistri per quos via veritatis blasphemabitur. Nam & hodie illud Christi. Qui vos audit me audit, quod de verbo Euangelij dixit, tractum est ad stabiliendam vniuersam lernam (scriniũ volui dicere) pectoris Ro. pontificis. Item illud Matt. 23. Quęcunqꝫ dixerint facite, quod de lege domini dictum, similiter ad arbitrium vastandi Ecclesiam per leges hominũ tortũ est, prę omnibus vero illud saluberrimum. Tibi dabo claues &c. huic legum tyrannidi patrociniũ factũ est. Ita nũc claues regni cœlorum, sunt potestas multiplicandarꝫ legum, sic dũ nemo obseruat vias rapacis lupi & diruptoris, om̃es in opera hominũ, tanq̃ in verbo labiorum dei mandata, sumus miserrime tracti & illaqueati.

Hebraismus & Eclipsis hic locũ habent, vbi relatiuum, & verbũ aliquod omittitur, quę sic expleamus. Ad opera hominum, quę in verbo labiorꝫ tuorum, docent, q. d. Ego vidi, ꝙ dũ ad opera hominũ nos ducunt, quę in tuis verbis mandari mentiũtur, ad vias rapacitatis suæ nos trahunt. Taxat aũt eorꝫ fictionem, pulchre quia non simpliciter verbũ tuũ, sed verbũ labiorꝫ tuorũ dicit in operibus hominũ trahi, vere eñ sine iuditio, non sensum, sed sonũ verborꝫ velut e labijs arripiũt & suis affectib⁹ vt libitũ est attẽperant, sicut est videre in facultate Iuridica & Theologica qualificatrice & graduatrice.

Nostra translatio hunc sensum potest tenere hoc modo propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. q. d. hoc magis obseruaui, ne vias eorꝫ sequerer ꝙ verbis labiorꝫ tuorꝫ, ad eas stabiliẽdas vterent̃, & ita fictis verbis (vt Petr⁹ ait) de me negociarentur, cum reuera essent vię durę & difficiles, vt quibus misere dirũperer vagus in omnia, & in nullo consisterem solide, quod quo labore non est durius? ita quod alijs est causa, qua eos sequuntur, id erat causa cur non sequerer.

sciens ꝙ nulla res pluribus pateat abusibus, q̄ verbū & nomē tuū, ideo ꝓpter verba tua magis esse necessariam obseruationē q̄ propter quecūq̧ alia.

Simul hic signabimus verbū hebręū Schamar esse generi≈cū seu ęquiuocū ad custodiam, qua aliquid seruatur, vt versu primo, & qua aliquid declinatur, vt hoc versu, qđ latine re≈ctius obseruare q̄ custodire aut cōseruare diceretur, obseruare em̄ in vtrāq̧ partē accipi potest, sicut Alemanice, acht haben vel ꝓprijssime q̄ Taulerus sepe vtitur, vuarnehmen.

Perfice gressus meos in semitis tuis, vt nō moueantur vestigia mea.

Hieron. melius. Sustenta gressus meos, videlicet ꝙ astutia Satanę, qua corrūpit Euam, nullis queat viribus caueri, quin corrumpat sensus nostros a simplicitate, quę ē in Christo, nisi dn̄s sustentet gressus nostros, prouocatus humilitate orationis nostrę. Non ergo liberū arbitriū hic aliquid valet, nec satis est prima (vt dicūt) gratia, sed perseuerantia opus est, quę est non volentis hominis, sed sustentātis dei. Et Emphasin obserua ꝙ maius ē perseuerare q̄ inchoare, quia perseueraturis necessaria ē sustentatio diuinę manus, Multi em̄ incipiūt, pauci proficiūt, paucissimi perueniūt, vt in Euangelio dn̄s docet de semine in diuersas terras iactato. Et Moses cępit orare leuatis manibus, sed grauatus perseuerando opus habuit sustentatoribus Vr & Aaron. Qui em̄ perseuerauerit in finem, hic saluus erit, Perse≈uerantia aūt quid est, nisi continua inchoatio & indefessa, resi≈stentia tū diaboli, tū peccatis grauatę naturę tolerantia?

Semitis tuis, satis dictū est per antithesin dici contra semitas hominū, Omnia em̄ facere promptiores sumus quę vel ipsi elegimus vel homines statuerūt, q̄ quę deus mandauit, quia in mādatis hominū natura manet, vetere in homine intacto, imo vetus homo alitur hominū mandatis. At in mandatis dei oportet vt mortificetur, mutetur & innouetur, Homo em̄ in suis vijs non eligit nec sequitur qđ contra vel supra sensum suū est, In dei aūt mandatis non pōt ambulare, nisi faciat & patiaē multa, q̄ nolit, fugit, odit & non capit, Hic em̄ exuitur vetus homo, & induitur nouus.

Vt non moueantur vestigia mea, Non est in heb. vt, sed tautologia esse videtur, idem em̄ est non moueri pedes & su≈stentari gressus. Cōfitetur aūt vestigia seu pedes omnino mo≈

ueri, ideſt inſtabiles fieri, & in diuerſas diruptoris vias duci, niſi in ſemitis dei ſeruentur. Sic em̄ mouentur qui hominū traditionib⁹, ſicut arundo vento, agitantur, quod experientia oim̄ corū probatur, qui operibus ſuis ſeſe tentant quietos facere, ſemper diſcētes & nūq̄ ad ſcientiā veritatis peruenientes, & tn̄ ſpeciem pietatis habentes.

Aliud periculū perſeuerantię multo grauius ex alio latere, ſcz a dextris, qđ eſt ipſa ſecuritas, proſperitas & pax impiorū, de quo ps. 72. Mei autē pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei pacem peccatorū videns, in labore hoīm nō ſunt, & cū hominibus nō flagellantur. Hic vere cadūt a dextris decē millia, vbi illic cadūt a latere ſiniſtro vix mille, Non enim de proſperitate impiorū eorum loquitur tm̄, qui craſſis, libidinis, crapulę, luxus & opū, peccatis proſperi & ſecuri ſunt, Nam ij nō fallūt, niſi volūtarios & ſcientes, ſed multo maxime de hypocritis qui operibus hominū ſpecioſe fulgentes, nulla cruce vexati, videntur optimā vitam agere, qui verba labiorum dei ſuis operibus aptāt, qualis & hodie eſt, pontificū, ſacerdotū & religioſorū vita, Ab ijs nemo ſatis tutus eſſe poteſt, hic in errorem ducūtur, ſi fieri poteſt, etiā electi, Nā hac via Papa & Ep̄i facti ſunt dn̄i orbis terrarum, quibus ſtrenue adulantur reliqui Clerici & religioſi, In his om̄ibus, ne tantillū quidē videmus crucis Chriſti & verę pietatis, imo vero maximi omniū crucis inimici hi ſunt, & tamen opinione & nomine pietatis celebres ſunt, ob ſola opera hoīm, putamus em̄ inſenſati, quia ꝓſperāt in ſuis vijs, ita vt etiā reges magnos humiliarint, & vt quiſq; fuit doctiſſimus & optimus dānarint, oīa eorū ex deo eſſe, cū tamē ea ꝓſperitas non niſi erroris operatio ſit ab Apoſtolo prędicta. Iſta eſt vorago & ianua patens inferni. In hanc tanto ęſtu orat hic propheta, vnde & ſequitur cęptam orationem ꝓſequens.

Ego clamaui, qm̄ exaudiſti me deus,
Inclina aurem tuā, & exaudi verba mea.

Duo pronomina, te, & mihi, noſter vł aliquis ſcriptorum omiſit, vnde Hierony. melius ita vertit. Ego inuocaui te, quia exaudies me deus, Inclina aurem tuā mihi, audi eloquiū meū, Incipit aūt a gratitudine & confeſſione p̄teritę exauditiōis, hoc ipſo captans beneuolentiā & parans impetum orandi, quia vt videbimus, inſtanter vrgebit affectū orationis, motus magnitudine & multitudine diruptorum & luporum, quibus vellet

resistere, & tot miseras animas seruare, nec potest, ac si ardenti & presumptuosa quadã indignatiõe dicat. Ecce audisti me antea sepius, cũ te inuocarem, etiam nunc oro, Inclina ad me aurem tuã & audi verba mea, dũ tam magna & necessaria ꝑ tot milib⁹ pereũtiũ, cõtra tot isidias perdẽtiũ peto. Nec obstat, ꝙ heb. futuro dicit, Audies me deus, & noster, exaudisti me deus, preterito, quia more ꝓphetico inuoluit vtrũq;, preteritũ & futurũ, videturq; esse is sensus, quo nos vulgo diceremus. Cõfido me nõ frustra dicturũ, qui sciã, ꝗ soleas (quæ tua est clementia) me dignanter audire. Hebreus cõiũctiuũ modũ nõ habet, sed indicatiuo futuro pro eo vtitur. Hoc modo Christ⁹ Iohan. 11. dicit. Pater gracias tibi ago, qm̃ audisti me, Ego aũt sciebam, quia semper me audis. Atq; hinc soluit ista difficultas, quæ Aug. etiã aliquoties torsit, cũ dicendũ videtur inuersa sententia, Tu exaudisti me, quia ego clamaui ad te, sed lõge pulchri⁹ Ego clamaui qm̃ tu audis, vt cõmendetur, misericordia siue ꝓmittentis, siue audientis, que mouet & causa est, vt audeamus clamare, potius ꝗ clamor orantis, cui per se nihil debetur.

Inclina aurẽ, tropus familiaris psalterio, ꝗ tamen (vt dictũ est in superiorib⁹) humilitas orantis exprimitur, & exaudiẽtis maiestatis altitudo, que respicit humilia in celo & in terra, hoc est, inclinat aurẽ ad preces humiliũ, sine dubio auertens faciem a superbis.

Mirifica misericordias tuas, q saluos facis sperantes in te.
A resistentibus dextre tue.
Custodi me vt pupillã oculi.
Sub vmbra aliarũ tuarũ protege me.

Sic enĩ distinguũtur ij duo versus in hebreo, multoq; plenlori energia dicit hebraice Mosia hosim Saluator fidentiũ seu sperantium, absolute. ꝗ qui saluos facis sperãtes in te. Nam in te, additum est ab interprete. Vide itaq; vim & impetum orationis, in singulis verbis quãto affectu q̃taq; sollicitudine instet & vrgeat.

Primum, Mirifica, non ostende tantũ, hoc est, fac vt videant ꝗ mirabiles sint misericordie, quo modo? Videte vo-

cationem vestram fratres, quia non multi sapientes sẓm carnẽ non multi potẽtes, nõ multi nobiles, sed quę stulta sunt mũdi elegit deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia & ea quę non sunt elegit deus, vt destrueret ea quæ sunt, vt non glorietur in conspectu eius omnis caro. 1. Cor. 1. Et rursus idem Paul9. 1. Timo. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Ihesus Christus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere. ¶ Hæc em̃ sunt mirabilia misericordiarum dei, q̃ peccatores quos damnare oportuit, saluat, & indignos, quos contemni oportuit, glorificat, & in summa, humiles, abiectos viles exaltat, quæ dei cognitio dulcis est, corda sancto spiritu inflat, exhilarat & confortat.

Misericordias tuas, nõ iusticias, potentias, sapientias, illorꝫ sicut p̃s pręcedente dixerat. Non cõgregabo conuenticula eorꝫ de sanguinibus &c̃. Hoc em̃ non modo est mirabile & iucũdũ in oculis nostris, sed etiam irritabile & damnabile in oculis impiorum, qui nolũt esse stulti, peccatores & mali, ideo vt non possunt ferre, suam sapientiam, potentiam, iusticiam, argui, contẽni, dãnari, ita nec misericordias dei prędicari, vnde semper resistunt deo, quem iactant, non nisi iustorũ esse deũ, nec saluare nisi iustos, nec dãnare nisi peccatores, nec q̃d peccatum, nec quid iusticia, nec quid misericordia, nec quid deus sit vnq̃ꝫ intelligẽtes, sicut & nostra Theologia scholastica, idest impia, insipiens & illusoria errat. De9 em̃ nõ fictos, sed veros peccatores saluat, quia non ficta, sed vera est eius misericordia non agit nobiscum verbis sed rebus. Iust9 enim est, qui se agnoscit vere esse peccatorem, sicut Paulus dicit. Quorꝫ primus ego sum.

Saluator sperantium seu fidentiũ, pulchre deum commonefacit, operis & glorię suę, opus em̃ eius est saluos facere, qui in se confidunt, sicut dicit, p̃s. 90. Q̃m in me sperauit liberabo eũ, protegam eũ, quoniam cognouit nomen meum. Et Hiere. 39. Vade & dic Abdemelech Aethiopi dicens, hæc dicit dñs exercituũ deus Israel, Ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malũ & non in bonum, & erunt in cõspectu tuo in illa die, Et liberabo te in die illa ait dominus, & non traderis in manus virorũ, quos tu formidas, sed eruens liberabo te, & gladio non cades, sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait dominus. Obsecro quem nõ moueat ad fidendum, tam larga maiestatis promissio vni

homini tot verbis cōmendata? vere dulcis dn̄s, sed ijs, qui experti sunt, szm opus ergo eius, ita & nomen eius, szm nomē eius, ita & laus eius, scd̄m laudem eius, ita & amor eius, scd̄m amorem eius, ita & salus nostra, Nō ergo saluator est sapientū, potentū, iustorū, sanctorū, sed solū fidētiū, quiqui fuerint, nō refert, peccator, publicanus, meretrix, latro fueris, confide fili, remittūtur tibi peccata tua, hac ipsa fiducia tua, nec solū remittuntur, sed amorem dei quoq; pariet eadē fiducia, quo deinceps pct̄m vitabis, vinces, & mortē oīaq; mala contēnes.

A resistentibus dexterę tuę, hoc ad nomen, saluator, referendū est, scz saluator sperantium a resistentibus dexterę tuę, quo acriter mouet inuidiā aduersarijs, vt quorū insania iam non in ea q̄ sua, sed in ea quę dei sunt, grassetur, dexterę tuę resistūt, tua res agitur, vide ergo q̄ repente faciat affectus egregiū Rhetorem, Nōne partes rhetoris belle agit? causam suā cōmendat, sibi gratiā cōciliat, aduersarios accusat, eis inuidiā mouet, & iudicem mira arte non modo beneuolū, sed & ardentem & zeloten facit, idq; verbis (quod summū est Rhetoricę decus) breuissimis & sententiosissimis, nō q̄ his opus sit deo, vt flectatur, sed fides nostra, quę quo ardet magis, hoc plura per eam deus operatur. Diximus aūt impios, qui deū non cognoscūt, nec opera eius, vt quē non mirabilem, sed scd̄m suum sensum cogitant, necessario resistere dexterę dei.

Omniū fere vnanimis est sententia, Brachio & dextra dei significari, potentiam & virtutē dei, sumpta ex hominib⁹ allegoria, qui dextra pro membro, organo corporis maxime operoso & potenti vtūtur, Augustinus tn̄ fauorem dei per dextram pene vbiq; accipit, quod nō alienū est a veritate, Siquidē dextera potentia seu virtus dei est ipsa gratia, fauor, misericordia dei, qua nos potenter inuitis oībus hostibus seruat, Hinc Isaias. 53. Christū appellat, brachiū dn̄i. Et ps̄. 97. Saluauit sibi dextera eius & brachiū sanctū eius, Paulus 1. Cor. 1. virtutem & sapientiā dei, Ro. 1. Euāgeliū virtutē dei vocat, Sūma. Verbū dei qd̄ Christus est prędicatus nobis, est, quo velut dextera inuicta, petra īmobili, fundamēto inconcusso, lapide angulari, cornu victoriosissimo, seruamur, cōsistimus, ędificamur & copulamur, vincimus, in oīb⁹ & per oīa. Hoc semel p̄ omnibus de dextera dei dictū sit, nec cū alio quopiam q̄ verbo suo nos viuificat, gignit, alit, educat, exercet, protegit, seruat & triumphat in ęternā vitam. Sic ps̄ 117. Dextera dn̄i fœcit virtutem, dextera dn̄i exaltauit me &c̄. Nescio tamen an Augustini

sententia

17. psal.

sententia sit perpetua & cõstans vbiq; propter ps.20. qui dicit, Dextera tua inueniat oẽs qui te oderũt, in quo loco, pro grã misericordia seu verbo gratię accipi nõ videtur, nisi eo modo sentias, quo Christ9 Iohã.5. dicit, Sermo quẽ locutus sum ego ipse iudicabit eũ in nouissimo die. Alius Versus.

Custodi me, vt pupillã oculi, hoc ex Deutro. 32. sumptũ est. circunduxit eũ & custodiuit, sicut pupillã oculi. Ex eodẽ & altera pars, sub vmbra alarũ tuarũ protege me. Dicit enĩ illic, sicut aquila prouocans ad volandũ pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas & assumpsit eũ & portauit in humeris suis, sic & Christus Matt.23. Quoties volui cõgregare filios tuos, quemadmodũ congregat gallina pullos suos sub alis suis? Tautologic9 aũt versus est. In quo magnifica periculũ & affectu magnæ sollicitudinis sic agit, ac si non satis posset custodiri ab insidijs impiorũ, qđ & reuera ita est, & id in Apostolis quoq; videmus Petro & Paulo. qui toties inculcãt & repetunt, pericula humanarũ traditionũ, vt videantur nõ tantũ potuisse quantũ voluerunt nos cautos reddere, quare hic affectus est timentis & fugientis a periculo maximo, qualẽ videmus, ĩ infantibus, qui ad pentũ sinus & colla sese magno conatu recipiunt, vbi quippiã periculi timent, Talis & nobis esse affectus debet ad deũ patrem, a timore hypocritarũ & iusticiariorũ, a quibus attendere, etiã Christus iussit, vt diligentissime & intime nos custodiat, Vere enĩ nõ satis potest caueri hoc malũ, cum etiam ab exemplo proprię vereq; piorũ & sanctorũ patrum, originem & autoritatẽ sumat, quorũ opera imitari, cum nemo non pijssimũ putet, nemo simul obseruat, q̃ non opa, sed fidem eorũ, quę operũ fuit autor, oportuerit imitari, etiam si lõge alia oporteat opera facere. Nam opera patrũ imitari, sit gentiliũ virtutum, iactetq; Virgilius, cęlata in auro fortia facta patrũ, & Cicero glorieẽ domesticis virtutũ se abundare exemplis, nos Christianos certe, fidem oportet magis spectare, sicut 2. Cor. 4. Habentes aũt eundem spiritũ fidei, & nos quoq; credidimus, propter quod & loquimur, Et Heb. 13. Mementote prępositorũ vestrorũ, qui vobis locuti sunt verbũ dei, quorũ intuentes exitum, imitamini fidem, Idem cap. 11. non nisi fidẽ patrũ vocat in exemplũ, sicut & Ro. 4. fidẽ Abrahę dicit scriptam esse, propter nos, vt & nos credamus.

Cũ ergo sanctorũ patrũ quoq; opera sanctissima, sint t periculosa & perniciosa, si in exemplũ trahantur absq; fide, qua sunt sanctificata, quid non periculorũ & malorũ inuehant tot

regulę, statuta, decreta, leges, hominū impijssimorū, quorum opera, nullis exemplis patrū possunt ꝓbare, sed de suo capite proprio oīa fingunt & animas hoīm fallūt, Et hinc vide, quæ sit necessitas, tam diligentis custodię petitę, tam prolixę orationis, tam instantis & vrgentis sollicitudinis huius ꝓphetę, imo populi dei in hoc psalmo. Vere cadunt a latere mille & decem milia a dextris, quia plures astus draconis q̄ vis leonis perdit, Et nunc in Ecclesia vulgus illud concionatorꝫ, reprobū circa fidem, quid aliud nobis e sanctorꝫ gestis proponit, q̄ꝫ opuscula quędā? donec fide extincta, non nisi superstitio gentilis sit, vbi quodā Eccl'ia dei fuit, relicto noīe tantū Ecclesię re penit⁹ amissa,

Non tamē vacat mysterio, pupilla oculi custodiri petita, Fides em̄ oculus imo pupilla oculi est, quam quia facillimū est lędi, diligentissime est custodienda, sicut em̄ extincta pupilla oculi, homo cęcus in tenebris ambulat, ita sine fide homo tot⁹ in tenebris est, Sic Lucę. 11. Lucerna corporis tui, oculus tuus ē, si oculus tuus fuerit simplex, totū corpus tuum lucidum erit sin autem nequā fuerit, etiam corp⁹ tuū tenebrosum erit. Idem mysterij in vmbra alarꝫ liceat inuenire. Alę em̄ duę, verba sunt vtriusq̄ꝫ testamenti, vmbra vero fides ipsa, verbi dei, caligo spiritualis animę, in qua tuto latet, a facie vulturū, & rapaciū Magistrorū.

A facie impiorū, qui me afflixerūt.
Inimici mei animā meā circundederunt.

Coheret hic versus pręcedentibus verbis. Custodi me, protege me, a facie impiorū (.i. sanctorū, iustorum, magnorū operibus nō fide.) Hierony. rectius, pro afflixerūt dedit, vastauerunt. Hoc em̄ quęritur, q per Magistros impios potissimū vastatur Ecclesia dei, sic & paul⁹ dicit de se Gal. 1. Persequebar & vastabam Ecclesiam dei, persecutio em̄, vt manifestius malum minus nocet, q̄ꝫ vastatio, quæ est malum speciosum, nomine maximi boni, Tamen afflixerūt stare potest, pro dolore, quē populus dei habet ex vastatione Ecclesię dei, q̄ vix alius maior est. Hebręus significantius dicit. A facie impiorū, ipsi vastauerunt me. q. d. cū tyrrannis, tanq̄ꝫ cū extremis hostibus pugnaui, & hic crescebam & roborabar. At impij isti, domestici hostes, qui pro pastoribus lupos agunt, pro angelis lucis, an-

geli satanę, pro ministris Christi, ministri Antichristi sunt. ñ tā=
dem sunt, proh dolor, qui me miserrime vastant, hic opus est
magna & diligenti custodia, sicut pupilla oculi, quæ vici ty=
rannos & mundū vastaui, vincor & vastor a meis ipsius do=
mesticis.

Inimici mei, animā meam circūdederunt.
Hebręus non habet, meam, sed sic, Inimici mei in anima obse
derūt aduersum me, vbi mihi videtur, anima, ad inimicos p=
tinere, quia addit in fine, aduersum me, vt anhelū impetū im=
piorum describat, quo in fidei discipulos, pro suis iustitijs in=
saniunt. Diximus eñ ps. 10. Animę in scripturis proprię tribui
affectū desyderij & nauseæ siue cupiditatis & abominationis,
vt Geñ. 34. Sichem filij mei adhesit anima filię vestrę, Contra
Leuit. 26, Et abominabitur vos anima mea. Et Numeri 21. Ani
ma nostra nauseat super cibo isto leuissimo, Quare sensus
est huius partis, Inimici in anima, idest cupidissime & arden=
tissime, circunderunt seu circuitum contra me fęcerunt, quo
modo Ezech. 25. dicitur, pro eo q̄ fęcerūt palestini vindictam
& vlti se sunt tota anima interficientes & implētes veteres ami=
citias, Eandem impatientis cupiditatis insaniam & nos ale=
mani sic solemus arguere. Er thut als gelts yhm das leben, Ex=
emplum esto in Iudæis Christum & Paulum quærentibus &
nostro sęculo, in prauitatis hęretice Magistris, sophistis, adula=
toribus papalibus & sectis monasticis. Hanc animam seu
flagrantem cupiditatem Lucas in Paulo sic eloquitur, Act. 9.
Paulus abhuc spirans minarum & cędis in discipulos domini
Videmus enim eos, qui hac anima flagrant, q̄ acuto & festi=
nato anhelitu spirent, donec efficiant quod ardent facere, vt
animam agere videātur, sed & latinis. Anima pro anhelitu ac=
cipitur, vt apud Plautū, An fetet anima vxoris tuę?

Illud circundederūt seu obsederunt aduersum me, pa=
rum sonat latine, hebraice tamen bene & multū sonat, verbo
circundederūt absoluto statu accepto, in hunc modū. Inimici
mei incredibili cupiditate & maiore ausu q̄ viribꝰ obsidionē
fecerunt & in gyrū sese posuerunt, & hoc totū, aduersum me,
vt me vastent & tollant e medio, ita vides, q̄ aptis & breuibus
verbis, impiorū Magistrorū vim multitudinem & conatū de=
scribat, vt sese agglomerant, vt vndiq; pios quęrūt, vt mutuas
operas tradunt, vt in vnū omnes sperant & ferociunt contra

doctrinam pietatis, ſicut hæc omnia magis exemplo & experiētia intelligi poſſunt, q̄ verbis doceri.

Adipem ſuū concluſerūt, os eorꝫ locutū eſt ſuperbiā.

Paulo aliter ex heb. Hiero. ore ſuo locuti ſunt ſuperbe, idē tamen ſenſus eſt, Obſecro, quid eſt adipē claudere? Litera nos deficit, ad Allegoriā ergo eundū eſt, dicitur. p̄s. 77. Et occidit pingues eorꝫ, & electos Iſrael impediuit, & ante hunc Deu. 32. Incraſſatus eſt dilect⁹, impinguatus & dilatatus, vbi clarꝫ eſt, pingues ſignificari, diuites, magnates, potētes, die groſſen hanſen, qui prę cęteris eminent. Item Ezech. 34. Qđ craſſum erat occidebatis. Et germanica quoqꝫ allegoria, diuites, & eos qui pinguiore ſunt (vt vocant) fortuna appellam⁹ pingues, quos figurant Agag rex Amalequitarū pinguiſſimus .1. Re. 15. & Aeglon rex Moabitarū itidem pinguiſſimus Iudic. 3. Inde Leuit. 3. om̄is adeps dn̄i dicitur iure perpetuo, nec licuit Iudęis comedere, neqꝫ ſanguinē, neqꝫ adipem, hoc eſt, forte ſignificante ſpiritu, ꝙ nec proſperis inflari, nec aduerſis turbari debemus, nec illic qeſcere & lętari nec hic iraſci & triſtari, nec adulatores magnates ſuſpicere nec terrores eorꝫ formidare.

Igitur adipem, habemus impiorꝫ magiſtrorū, diuites & potentes huius ſęculi, ita em̄ agitur cū doctrina impietatis, vt potiores mundi ei adhereant. Electa eſt em̄ eſca Behemoth, Abacuck. 1, vbi pauperes & humiles tantū pietatis v̄bo adherent. Claudit̄ iſte adeps impiorū, meo ſenſu, qn̄ diuites & fortes cōſpirant, ſe ſe inuicem cōplectuntur, idem ſentiūt & faciūt, ſicut circulus vel corona clauditur & in ſemetipſam colligitur, Sic treten zu ſammen vnd halten vbirn hauffen die groſſen hanſen. Hoc figuratū eſt. 1. Reg. 24. vbi Saul & viri eius cingebant Dauid in modū coronę vt caperent eū. Hoc ſenſu dicit̄. p̄s. 118 Etem̄ ſederunt principes, & aduerſum me loquebant̄, Et iterꝫ, Principes perſecuti ſunt me gratis, Et. 53. Fortes quęſierūt animam meā. Exempla in Eccleſia ſunt manifeſta.

Ore ſuo locuti ſunt ſuperbe vel ſuperbiā, de quo p̄s. 9, in verſu, dum ſuperbit impius, & . 11. in verſu. Linguam noſtram magnificabimus. Freti em̄ adipe ſuo, non ſolū non audiūt cōſilium inopis, vt p̄s. 13, appellat, verū etiam cū fiducia confundunt & palinodiā mandant, aut ſilentiū imperant. Nos aiunt ſumus populi Magiſtri, nos recta docem⁹, cęteros manet obe

diendi necessitas, Cur aũt dicit ore suo? An aliquis naso loq̃tur? Verũ discernit os eorꝝ ab ore dei, qui em̃ veritatẽ loquit̃ ore dei loquitur, qui ore suo loquitur, mendacium loquitur, Christus Iohan. 8. cũ loquitur mendaciũ, ex ꝓprijs loquitur.

Proiicientes me nũc circũdederunt me. Oculos suos statuerũt declinare in terrã.

Hierony. Incedentes aduersum me, nunc circunderũt me, oculos suos posuerunt declinare in terram, prorsus non capio quid hęc velint, nõ est in heb. aduersum me, nec proijcientes me. Verto & ego in hunc modũ, Ambulauerũt, nunc circundederunt me, oculos suos posuerũt ad declinationes in terra. Aliorꝝ omissa sententia, ego sic periclitor, Postq̃ dixit, impios flagranti animo, cõtra populũ dei, obsidionẽ molitos, deinde multitudine magnatũ hui⁹ sęculi sese muniuisse, & superbe ac contemptim de eo & in eũ locutos fuisse, iam ex his partam securitatem & pręsumptionẽ eorũ impiam recenset dicẽs, Ambulauerunt, hoc est, indurati sunt fiducia adipis sui, & superbi ac securi incedunt, vt sit verbũ, Ambulauerũt seu incesserunt, absolutũ, pro incedẽtes sunt. Sie tretten eynher, seyn yhr sachẽ gevviss, haben mich schon gefangen, manent in vijs & consilijs suis certi, q̃ quicquid moliantur rectũ, & quicquid contra fuerit, impiũ sit, atq̃ ita etiã ante victoriam canunt epinicion, & nunc circundederũt me. i. iam me arbitrantur captũ & victũ etiam anteq̃ capiant, adeo securi & certi sunt, Sic em̃ mihi videtur aduerbiũ, Nunc, certitudininis seu pręsumptiõis indicãdę gratia poni, quasi desperatũ & actũ sit de populo dei, Talis est em̃ fiducia & cogitatio & sermo impiorꝝ, vbi sese multitudine magnorꝝ viderint munitos, aduersus pauperem paucũ & humilem. d. Es ist nu geschehen, es ist auss.

Nec video, quõ, aduerbiũ, Nunc, possit aliud q̃ dixi hoc loco facere, cũ em̃ futurã recitet, imo depręcetur vim & dolũ, vt satis liquet, non potest pręsentem significare, nisi q̃tum est in opinione & pręsumptione illorꝝ, ideo infra petet, præueniri impiũ, Reuera em̃, nisi deus pręueniret, idem esset, ac si pręsens esset, quę tam certa futura omniũ sensu apparet.

Quo modo noster, cũ suo, proijcientes me, huic consonet ignoro, nisi velimus dicere, incedẽtes illos, prę nimia securitate habere populum dei, pro re proiectili, quæ scz & facile & viliter proijcitur foras, sicut Ap̃l'us seipsum, peripsima & purga

mentũ huius mundi appellat. 2. Cor. 4. Et certe videtur Dauid hunc ps. ex historia sua hausisse. 1. Reg. 24. vbi Saul cũ Ziphels ad desperationem vsq; eũ persecutus est, & figuram vertisse in prophetiam, verba eñ pulchre quadrãt.

Oculos suos posuerunt declinare in terra.

Id ego intelligerem, de respectu personarũ dictũ, vt esset querimonia pij populi, super impios, pertinaciter inherentes personis, alta sapiẽtes & humilia contẽnentes, contra preceptũ dñi. Exo. 23. Non sequeris turbam adfaciendũ malũ, nec in iudicio plurimorũ acquiesces sententię, vt a vero deuies, nõ ergo oculos suos in simplicem veritatis causam dirigunt, sed declinabiles & sequaces prebent, in omnem voluntatem magnatũ & multorũ, qui dominantur in terra. Est ergo sensus. Me iam victũ arbitrantur, & cõtempta causa, eo spectant & illuc oculos intendunt, vbi adeps eorũ clauditur, quicquid illi moliũtur, hoc rapit & ducit eorum oculo, huic annuũt & applaudunt. Et in hoc pertinaces sunt, quia posuerunt & statuerũt ita declinabiles habere, penitus auersi a causa veritatis, tanq̃ deo obsequiũ prebituri.

Addit aũt, in terra, quod non ad oculos, sed ad causas referri debet, vnde ego verti, ad declinationes in terra. i. terrenas. Hoc est sequuntur ad nutum magnatũ in terra, & quo illi declinant & intendunt, eo & ipsi declinant, obliti omniũ celestium mandatorum dei, declinationes terreas & terrena sapientiũ pertinaciter sequuntur, ideo frustra monentur, frustra rationem reddo, frustra oro, mouentur magis adipe suo q̃ meis verbis. Quare non est reliquũ, nisi vt ad te confugiam, qui recte iudicas

Susceperũt me sicut leo paratus ad predã, Et sicut catulus leonis habitans in abditis.

Manifestus lapsus interpretis, quia heb. non habet. Susceperunt me, sed. Similitudo ei⁹, nõ eñ hoc psalmo agit de cõprehensione, sed de conatu impiorum, quo vellent pios esse extinctos. Vnde Hierony. Similitudo eius sicut leonis desyderantis predam, & quasi catuli leonis sedentis in occultis, & patet sens⁹ facilis, quem & ps. 10. habuim⁹. Insidiatur in abscondito sicut leo in spelunca sua. Vbi, sicut & hic, Insidię & obseruationes crudeles impiorum accusantur. Dictum est eñ, abdita

ista esse, ea quæ arte & dolo abduntur, vt capiantur simplices & pij. Vere pulchra & apta similitudo, quia sicut leo, obseruat vt corporaliter occidat animalia, ita impius Magister, vt animas perdat, omnia tentat, & hunc versum Christ⁹ Matt. 7. sic exponit, attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium (ecce insidię in occultis) intus aūt sunt lupi rapaces Ita videmus, psalmum non loqui de persecutione tyrannica, sed impiorū, quę plurimos seducit in perditionem simul tamē, si eis resistatur, minantur, & si possunt, etiam occidunt sanctos dei, verūtamen, maior est superbia & arrogantia Moab, q̄ fortitudo ei⁹, pluraq; cupit q̄ potest, sicut ibidē est dictum.

Exurge dn̄e, prȩueni eū, supplanta eū, eripe animā meā ab impio, frameā tuā ab inimicis manus tuȩ.

Vix est locus in psalterio ęque obscurus ac iste, mea sentētia, etiam in hebraico, nobis autem accedit, primū obscurior translatio, deinde & distinctionis cōfusio, quare versum hūc ad hebraicam distinctionem reuocemus, authore Hierony. sic Surge dn̄e, prȩueni faciem ei⁹, incurua eū, salua animam meā ab impio, qui est gladius tu⁹, patet ergo, ab inimicis man⁹ tuȩ ad sequentem versum pertinere, &, frameam tuam, male in accusatiuo redditū, male ad animā meā, referri, cū ad impium referendū sit, q̄q̄, si cui animam suam alicubi frameam libeat appellare, suus ei sensus non pertinaciter negabitur.

Dicit ergo, cum lupi isti rapaces omnia tentent & multos magnosq; habeant adiutores, vt impossibile sit nos paucos illorum machinas sustinere aut euadere, aliud non habemus q̄ vt ad te oculos leuemus, vt tu exaudiens, anteuertas eū, & nos cautos prudentesq; spiritu tuo reddas, quo cogitationes mortiferas eius vitemus, ac sic vbi venerit incurues eum per nos paratos & nos triūphes super eum, nec em̄ sic preuenit & supplantat deus, vt non sit impius, sed vt non noceat, sicut non auffert basiliscum & draconem, sed tamen dat super eos ambulare & conculcare. p̄s. 90. Non tollit tentationem, sed nō inducit in tentationem. Sic Ephesios Paulus docet, esse debere

247

armatos galea salutis, scuto fidei, gladio spūs & calceatos pedibus, preparatione Euangelij.

Salua seu eripe animā meam ab impio, qui est framea tua. Hic signādus locus, Hereticos & falsos Magistros, esse plagam irę diuinę, non secus ac olim populi carnalis plaga erat, gladius carnalis gentiū in circuitu eorū, ideoq; magis orōne humuli apud deū, plaga auertenda, & deus placandus q̄ viribus ingenij aut eruditionis, cū eis congrediendū, vt victoria sit dei miserentis prouocati nostris lachrymis, non nostrorum operū, non ēm nostrum est animam nostrā ab impijs istis saluare, quanto minus eos superare, vt hic dicit, Eripe animā meam ab impio ꝙ si oratione hac contempta, vi igne & contumelijs eos inuaserimus (sicuti hodie fit) dubiū nō ē, inuasores esse bis hereticos & incōparabiliter peiores ijs, quos inuadūt, quia irā dei, suis conuitijs, suaq; vi & mera superbia inuadunt, qua insania, q̄ potest esse maior?

Obserua aūt vocabuli atrocitatem, ꝙ impium appellat, gladium dei, Virga ēm aut baculus mitior ira est, virga percutit & animā liberat ab inferno, vt Salomon dicit, vnde ex magna misericordia ps. 88. dicit, Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus hoīm peccata eorum, At gladius occidit & separat animam, Et vt magnus est deus, ita magnus est gladius eius. Et magnus gladius magnos & plurimos perdit.

Ecclesia sane primitiua, percussa est frequētius paterna virga, rarius gladio, eratq; facies illius percussionis in oculis carnis, duriss. & asperrima, sed reuera & in oculis dn̄i, mitissima omniū, Secuta est postea, hereticorum persecutio, quæ visa est in oculis carnis longe mitior, verū erat longe cruentior & nocentior, ꝙ multo plures perdebat. Erat tamen adhuc aliquid misericordię dei reliquū, ꝙ pugnantibus per scripturā patribus veritas prodebatur & verbū dei regnabat in multis. Nouissimis istis diebus pessimis, sub imperio Ecclesiastico, gladius ille impiorū, solus, sine repugnātibus grassatur horrenda tyrannide. Hic apparent oīa esse pacatissima & mitissima, vbi tyranni non persequuntur, cum hereticis non pugnatur. Sic vtraq; persecutione liberi, gladio impiorum pene oēs perimus, nō videntes, sub hac pace, regnare persecutionem oīm atrocissimā, vbi verbo dei extincto verbis hoīm trahimur ad infernū toto cumulo.

Inter oēs aūt gladios impiorum, maximum & nocentissimū, meo iuditio, merito pelagianam impietatem censebimus, nam in

504

Nam in hanc, vt videmus, potissimum ęstuat hic ps. imo tota scriptura. Quid eñ ꝓphetę? quid Apostoli potius agũt, q̃ ꝙ pro iustitia fidei, contra iustitiã hominũ pugnant? vnde Pelagianus error vere omniũ sęculorum error est, sępius oppressus quidem, sed nũq̃ extinctus, cæteri omnes tempꝫm spacio extincti sunt, hũc vero prophetę percusserũt, percussit eũ Chrũs & Paulus, nihilominus semper iuxta serpsit, donec Pelagi⁹ natus caput eius erexit, & libere eũ tueri cępit, vbi rursus deus nobis misertus, Augustinũ suscitauit, qui eũ ad tẽpus percuteret, sed post Augustinũ resurgens tandem pręualuit, non mõ nemine cõtra stante, sed etiã Romana Ecclesia imperante & cogente, vniuersitatibus palam docentibus, Epĩs, principibus & toto orbe imitãtib⁹ tanq̃ rem optimã & christianissimã, Nã ꝙ aliqui aduersus eũ mutire cęperunt Parrhisijs & alibi, nihil ꝓmotum videmus. Deniq; hic error, fons est vniuersę idolatrię semper alia & alia facie, pro alio & alio sęculo procedens. Qui eñ fuerunt idolatrę, qui non arbitrarentur, suis se studijs & viribus deo placere? Et quid aliud agit pelagianus error? Recte ergo a pelago Pelagius dicitur, ꝙ hic error, sit mare quoddã erroris inundans in omnem terraꝝ orbem, Ipse eñ est vera, ipsamet prudentia carnis semper inimica deo & nunq̃ ei subiecta. Ro. 7.

Ab inimicis man⁹ tuę dñe a paucis de terra diuide eos in vita eorũ de absconditis tuis ad/impletus est venter eorũ saturati sunt filijs. Dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

Vnus est iste vers⁹ in heb. prosequamur ergo, vt cępimus locũ hunc obscurissimũ, si quid possumus, primũ translationes videamus. Ex nostra nihil potest accipi, multo minus ex Hierony. qui sic transtulit. A viris man⁹ tuę dñe, qui mortui sunt in profundo, quoꝝ pars in vita, & quoꝝ de absconditis tuis replesti ventrem, qui saturabuntur filijs, & qui dimittent reliquias suas pũulis suis. Obsecro, quid audim⁹? pessimo cogor vti magistro, idest, me ipõ, ideo sine p̃iuditio & temeritate fabulabor, iuuet me, qui habet meliora, qui non habet, mea ęqu⁹ iudicet.

Verto primũ ad verbũ. A viris manus tuę dñe, a viris ꝙ substãtia, portio eorũ in vitis, & absconditis tuis replebis ventrem eoꝝ, saturabunt̃ filijs, reposuerũt reliquias suas paruulis

R

248

suis. Quinque membris cõstat prior pars versus, posterior vno absoluitur. Exponit aũt his verbis mira tapinosi refertis, quis sit impius ille, gladius dei, a quo eripi petijt animã suã, & sex notis eũ depingit.

Prima ẽ. A viris manus tuę dñe, quod idem est, ac si dicat, a viris perditis & reprobis in ęternum damnandis, Sic eñ viros manus dñi videtur appellare, ꝓpter id quod Exo. 14. dicitur. Viderũt Aegyptios mortuos super littus maris & manũ magnã, quã exercuerat contra eos. Et Deut. 32. Si acuero vt fulgur gladiũ meũ, & arripuerit iudiciũ manus mea, reddam vltionẽ hostibus meis, & ijs qui me oderũt retribuam. Isa. 9. In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extẽta. Iob. 19. Quia manus dñi tetigit me, Hinc & alemanice in eos q apoplexia ꝑcutiũt dr̃, Die gottis hand hatt yhn ruret. Videt aũt ꝓphetę huic familiare, manũ dei ꝑ vindicta dei accipere, vt p̃s. 9. vidimus, vt tradas eos in manus tuas, sicut & p̃s 20. Inueniatur manus tua inimicis tuis. Et. 38. a fortitudine manus tuę ego defeci. Hinc & Apl'us heb. 10. tonat, horrendũ est incidere in manus dei viuentis, vt p̃s. 9. latius dictũ est.

Secũda. A viris de substantia, pro quo Hiero. qui mortui sunt in profundo, Eadẽ enim per oĩa dictio est, hic, a viris, quę prima nota, a viris manus tuę, q̃q̃ non nihil vtraq; cum mortis vocabulo affinitatis in hebręo habeat, vt nulla stet ratio Hieronymo, cur illic, a viris, hic, qui mortui sunt, reddere voluerit, aut eñ vtrobiq; a viris, seu ab ijs qui mortui sunt, aut vtrobiq; a viris reddendum fuit. Est sane vocabulum hebręum vtrobiq; mimethim, non isch aut gibor, aut aliud quo vir egregius aliquis queat significari, sed quod aliqñ pro paucis & contẽptis transfertur, sicut Deutro. 4. Et remanebitis pauci, quasi fecem populi velit significare, & vilissimos inter homines, sicut p̃s. 11. dixit. cũ eleuati fuerint vilissimi filiorũ hominũ, & Isa. 3. Pueri erũt principes eorũ & effęminati dominabũtur eorum. Id forte mouit interpretem, vt diceret a paucis, non quod pauci sint numero, sed multo magis conditione, quorũ est numerus omniũ maior, inter quos nullus aut pauci sint egregij operis & nominis viri, vt Isaię. 3. dicit. Auferet dñs a Ierusalem & Iuda fortem & validum & virum bellatorem, & reliqua, quę pulchre huius vocabuli vim explicant, Igitur viri viles sunt & tantum ad vindictam dei reseruati, inter quos nõ sit vir dignus deo, & si vehementer multi sint.

De substantia, quod noster de terra, Hiero, in profundo

transtulit, dictio est eadem, quę p̄s.38. ponitur ab eodē Dauid: Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanq̄ nihil ante te, vbi substantiam volunt significare certam durationem temporis, q.d. substantia mea (.i. id temporis, quo hic subsisto & viuo, coram te nihil est) sicut & Iob. 7, Nihil enim sunt dies mei, quę significatio mire placet, Sumpsit enim Dauid eum locum ex illo p̄s. Mosi 89. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanq̄ dies hesterna quę præterijt, & custodia in nocte, quę pro nihilo habentur, eorū anni erunt, Vnde & illud, Ecce mensurabiles posuisti dies meos, in hebręo, a mensura breui scz palmę dicitur, quasi illud Iob.14. dicat. Homo natus de muliere breui viuens tempore. Et īfra. Breues dies hominis sunt. Est ergo sens9. Eripe animam meam a viris de substantia, siue a viris substantię (.i. ab hominibus vilissimis, qui huius tantū vitę sunt breuissimę, hoc est filios sęculi huius incertissimi, qui nihil habent, nisi breuem & incertam huius vitę substantiam seu durationem, quia viri sunt reprobi & manus tuę. Et id potuit interpres, noster velle videri quando dixit, a paucis terra. i. ab ijs qui vilissimi sunt & de terra, terrena sapientes tantū huic vitę temporali dediti.

Tertia. Portio eorum in vitis, pluraliter em̄ vitas dicit, sic & p̄s pręcedente, ostendis mihi semitam vitarum. Est ergo sensus. Sors, & beatitudo eorum non est in futura vita, sed in pręsentibus bonis, ducunt em̄ in bonis dies suos, vt Iob ait, His contenti sunt, & pro nihilo habēt terram desiderabilem, recipiunt hic mercedem suam, quia viri sunt manus tuę, Vitas pluraliter dicit, propter varios vsus huius vitę, vt egregie Aug. super illud p̄s.62. Melior est misericordia tua super vitas. multę inquit, sunt vitę humanę, alius vitam rusticandi, alius negociandi, alius militandi, alius aliam eligit, sic & hodie varios (vt vocāt) ordines seu status viuendi eligimus, sed pauci q̄ ad mortem sese parent & æternam vitam desiderent, omnes mallent, in eo quo sunt, statu manere, tanq̄ portione vitę suæ contenti, q̄ mori, In qua cruditate, maxime sunt, impij illi hypocritę, qui omnium maxime sunt vitæ cupidi mortem formidantes & ęternę vitæ incuriosi, sicut Iudei in deserto. Nonne ergo tapinosis mira est, esse impios viros huius miserrimæ tm̄ vitæ cupidos, in qua contenti sunt, quam inuite deserunt, nec mirum, cum fide peccati & mortis victrice, quæ est misericordia dei melior super omnes vitas,

non solũ careant, sed eam etiam impugnent totis viribus, licet nõ aliud faciãt, q̃ ꝙ se simulẽt, appetẽtes, vitę/mortis, cõtemptores, electos & ęternę vitę cupidos, verũ dolus est in spiritu eorũ, & factis negant.

Quarta, & absconditis tuis replebis ventrem eorũ. Quid est hoc aliud, nisi ꝙ sunt animalia ventris, & fruges cõsumere nati: dictum est em ps. 4.5.9.13. Magistris impietatis, passim in scripturis tribui auaritiam & curã ventris, de quib⁹ & Apl'us dicit, quorũ de⁹ venter est, De⁹ vero, qui incredulitatẽ & impietatem odit, facit vt & ira sua ascendat super eos, vt ps. 77. de eisdẽ dicitur, Et vt Paulus Colo. 3. Ira dei venit super filios diffidentię, ideo replet eorũ ventrem absconditis suis, & affert desyderiũ eorũ ipsis, nec sinit fraudari eos desyderio suo, vt eodẽ ps. dicit, hoc est replet ventrem eorũ, dat, q̃ cupiũt, & retribuit eis in hac vita mercedem, quia non expectant futurã. De absconditis vero tuis dicit, idest reseruatis, ita appellat substantiam huius mundi, qua pascit homines deus in hac vita. Singulis em̃ annis eam prouenire facit ac velut de penu absconditio promit. Nec em̃ homo scire potest vnde veniat, nec si quęreret, inuenire posset, nisi sponte deus oĩa mirabiliter donaret. Est ergo similis hęc locutio, illi ps. 134. Qui producit vẽtos de thesauris suis (.i. de occultis) q̃a vent⁹ spirat vbi vult, & nescis vnde veniat aut quo vadat. Ita est & de pane, vino & om̃ibus rebus, quibus vtitur hęc vita, veniunt omnia, & vtimur eis, & nescimus vnde. Quo simul verbo insigniter impietatis stultitiam taxat, vt quę sentiat, sua non esse quib⁹ vtitur, nec in sua potestate, nec sic tñ fidere in deũ discit, imo quod verbũ hui⁹ totius versus, non multis figuris, stultã impietatem insectat: omnia sunt propriissime, efficacissime & plenissime dicta, si attento corde penderentur.

Quinta. Saturabuntur filiis, hoc est, replebũtur prole, hoc em̃ quęrũt & inter cętera, vt pulchras fæcundas diuites vxores habeant, multosq́; formosos, laudatosq́; ex om̃i parte filios & filias procreent, vt affectũ suum expleant & cędat res filiorũ in omnia vota sua. Nõ em̃ verbũ, saturabuntur, ad solũ numerũ filiorũ, sed multo magis, ad conditionem eorũ pertinet, scz vt opulentos, honoratos, voluptuarios & ad omnẽ huius sęculi pompam idoneos habeant, hunc em̃ affectũ passim videmus in parentibus, quod vitiũ in impiis Iudęis suis Dauid regnasse hic dicit, & longe copiosius ps. 143. vbi hunc versum sic exponit, De gladio maligno eripe me, & erue me de manu

508

filiorum alienorum, quorũ os locutum est vanitatem & dextera eorũ dextera iniquitatis, quorũ filij sicut nouellę plantationes in iuuentute sua, filię eorũ compositę, circũornatę vt similitudo templi, Promptuaria eorũ plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorũ fetosę, abundantes in egressibus suis, boues eorũ crassę. Nõ est ruina macerię, neq; transitus, neq; clamor in plateis eorũ. Beatũ dixerunt populũ cui hęc sunt, beatus populus cuius dñs deus eius.

Nõne hic idem rhetorica copia dicit, quod hoc versu dialectico compendio perstringit? Sic & Paulus Philip. 3. breuissime, flens dico inimicos Crucis Christi, quorũ de⁹ venter est, quorũ finis interitus & gloria in confusionẽ ipsorũ qui terrena sapiunt. Et quae oratio, vitam Episcoporũ, religiosorũ, & oĩm clericorũ, aptius potuisset depingere? An non ij omes hęc oĩa, plusq; mũdus ipse, quęrunt? At filijs non saturantur? verũ id dolet quoq; non licere, superarent sine dubio & in hac parte mundanos homines, q̃q; quid refert, filios & vxores non habere, quando vice horum, habent suas spirituales creaturas & adulatores in om̃es voluntates suas, quibus nihil non impendunt? Non q̃ non sit filijs prouidenda substantia honesta, sed saturari filijs, placere sibi in filiorũ lauta & opulenta prouisiõe & inter pios velle censeri hoc arguit.

Sexta, Et dimiserunt reliquias suas paruulis suis, hoc est, id cogitant, quõ multa, quę sibi sunt superflua (non em̃ necessarijs contenti sunt) reponant & reseruent, quę relinquant hęredibus suis, tantũ vt filij eorũ post se, opulenti & voluptarij sint, quod & Persius poeta in gentibus taxauit. Sic Episcopi & clerici, nõ nisi vt patrimonia Christi augeant & aucta post se relinquant, satagũt, nec tñ hoc ipsum faciũt nisi optimi & sancti idest impij. Hodie em̃ bene regere Ecclesias, est opes augere, domos ędificare, filijs idest posteris suis luxuriandi materiã parare. Mire itaq; ingeniũ impiorũ depinxit hoc versu, qui cũ nõ nisi terrena sapiant, boni tamẽ videri volunt, & specie sua, deinde dogmatibus suis hypocriticis, plurimos perdunt.
Reliquię hoc loco, superflua & ea quae superant intelligenda sunt, scz abundantia parentũ, ne quis intelligat dictũ de reliquijs minutiarũ, quę rebus optimis ablatis, tanq; feces relinq solent, cũ hic opulẽtas hęreditates intelligat. Vnde & in hebręo a verbo excellendi & abundandi dicitur. Et dimiserũt, pro reposuerunt, hoc est dedita opera thesaurisauerũt superflua sibi, pro filijs & hęredibus locupletandis.

His cognitis, facile est, & nostrã & Hierony. trãslationẽ cõcordare, nã ab inimicis manꝰ tuę, nihil nisi vocetenꝰ dissonat a viris manus tuę, sunt em̃ reuera inimici & reprobi. A paucis de terra, concordatũ est, quos Hierony. mortuos in profundo fortassis ideo dicit, quia in sum̃a facie viuunt & huius tm̃ temporis fruũtur spacio, intꝰ coram deo mortui. Illud diuide eos in vita eoꝝ, sic cõsentiet, partire eos, hoc est, da eis mercedẽ in vitis suis, sicut eligunt sortẽ huius vitę sibi, cętera non dissentiunt.

Ego aũt in iustitia apparebo conspectui tuo, Satiabor cũ apparuerit gloria tua.

Hierony. rectius. Ego in iustitia videbo faciem tuã, cũ euigilauero similitudine tua, Opponit hęc, ijs, q̃ de impijs dixerat, illi sapiunt terrena, saturantẽ filijs, & portionẽ suam in hac vita ponunt, Mihi vero cõtempta est hęc vita, ad futurã festino, vbi non in diuitijs, sed in iustitia, videbo, non terrena hęc transitura, sed ipsam faciẽ tuam. Nec saturabor in filijs carnis sed cum euigilauero, tua similitudine, sicut. 1. Iohan. 3. dicit, Scimus quoniã cũ apparuerit, similes ei erimꝰ, vt similitudine tua, non ad euigilauero, sed ad satiabor componatur, facie em̃ dei reuelata, quę est gloria & claritas dei, satiabimur. Et pulchre verbum resurrectionis posuit, cum euigilauero, scz a somno mortis, vt non in hac, sed in futura vita, satietatẽ nostram esse doceat. Nihil est, quod discordat sensu in nostra translatione, apparebit em̃ gloria dei, cum nos resurrexerimus a somno mortis & similes ei facti fuerimus, Hebręus tamen, resurrectionem clarius ostendit q̃ꝫ noster.

PSALMVS DECIMVS SEPTIMVS HEB. DECIMVS OCTAVVS.

Ad Victoriã seruo dñi Dauid, qui locutus est domino verba cantici huiꝰ, in die qua liberauit eũ dñs, de manu omniũ inimicorũ suorũ & de manu Saul.

T dixit. Diligā te dñe fortitudo mea.

Multa sunt in hoc p̃s. quę de Christo, multa rursus, quę de Dauid, eũ cogant intelligi, nec ipse hactenus certus factus sum, vtra intelligẽtia sit germana & propria, vt citra periculũ non queam hic versari, Augustin⁹ libere de Christo & corpore ei⁹ .i. Ecclesia eum tractat, & videtur Paul⁹ Ro. 15. in hoc consentire, vbi pro Christo huius p̃s. versum penultimũ inducit. d. propterea cõfitebor tibi in gentibus, & nomini tuo cantabo, Quem interim & nos sequemur, cũ sit tutius in Christũ ip̃m q̃ Christianũ Dauid, abundare, & ex veritate figuram facilius intelligere. nec em̃ dubiũ est Dauidis bella & victorias Christi passionem & resurrectionem figurasse. Dicit etiam B. Aug. q̃cunq; in hoc psalmo dicta sunt, quę ipsi dño proprie conuenire non possunt, ad Ecclesiam referenda sunt. Totus em̃ Christus hic loquitur, in quo sunt omnia membra.

Arbitremur ergo Dauidem, dũ de suis victorijs gratias agit, simul texere prophetiam in persona Christi peccatorum, mortis, mundiq; victoris, vt titulum sic intelligamus, qui locutus est domino verba cantici huius, idest, qui hoc canticum ędidit in Christum futurum, idq; eo die, quo victis omnibus hostibus suis, quieta vita frueretur, vnde & totus psalm⁹ Christi resurgentis verba habet, Hanc intelligentiam forte subindicare voluit, dum nouissimũ hostem nominat Saul, qui tamen reuera primus hostis Dauid fuit, vt hoc prępostero ordine doceret, se non de suis, sed Christi victorijs agere.

Dicit itaq;.

Diligam te dñe, fortitudo mea.

Verba sunt resurgentis & virtutem dei in tribulatione experti, sic em̃ solemus dulci & hilari affectu in eos rapi, quorum beneficio, nos a magnis malis erutos cognoscimus, Puritas em̃ dilectionis significatur, cum dicit, te domine, non creaturam aliquam, de quo latius p̃s. 5. dictum est.

Dominus firmamentum meum, & refugiũ meum & liberator meus, deus meus adiutor meus, sperabo in eum.

Protector meus & cornu salutis meę, & susceptor meus.

Om̃ia hęc vnus versus in hebręo. Hierony. sic, Dñs petra mea & robur meũ & saluator meus, deus meus, fortis meus & sperabo in eũ, scutũ meũ & cornu salutis meę, & susceptor me⁹ Eisdem verbis transtulit idem canticum. 2. Reg. 22. nisi ꝙ pro, susceptor meus, rectius ibidē, eleuator me⁹, dixit, Quis digne hos vehementissimos affectus distribuat & definiat? Neqꝫ em̃ ociosus est spiritus in verbis suis, vt aliquid hic superfluere credi possit. Ego, sicut dixi, sub hoc psalmo succũbo, & cęteri om̃es, aut nihil dicunt, aut ego nihil intelligo, nedũ aliquid cõferunt adiumenti, sed pergendũ est tamē, accepta & data licētia pro cuiusqꝫ captu dicendi.

Fortitudo mea, quę primo v̶su dicit̄, ea esse mihi videt̄, qua homo interne confortatur consolidat̄qꝫ indutus virtute ex alto, sic p̄s. 147. Quoniã cõfortauit seras portarꝫ tuarꝫ. Esa. 54. Et clauos tuos consolida, vt sit firmitas ea, quę molles & delicatos animos indurat, quę fortitudo nõ nisi ex deo nobis est, qui ex nobis, tam aduersis q̃ prosperis facillime dissoluimur & liquescimus sicut cæra ante faciem solis.

Firmamentũ meũ, qđ proprie petra hebraice dicitur, fundamentũ, rupes scz est, super quam ędificatur, vt Matt. 16. Sup hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Ita dñs non modo induit Christũ & suos v̶tute interna & soliditate, sed est simul ipsum fundamentũ, sup quo nitũtur, sicut solida domus supra solidã petram.

Refugiũ meũ seu robur meũ, quod ꝓprię arcem, turri, domũ refugij, aut locũ munitũ significat, vt p̄s. 3. Esto mihi ĩ deũ protectorem & in domũ refugij, vt saluũ me facias, vt præcedente collato, dñs non tantũ sit fundamentũ firma petra, sed & domus ipsa munita supra petram ædificata, seruans & protegens eũ, qui ad eũ confugerit,

Liberator meus, quod proprie euasionē significat & eam virtutē, qua siquis vndiqꝫ angustiatus & cõclusus sit liberatur & euadit, sicut filij Israel euaserunt pharaonem.

Adiutor meus, seu fortis meus, iterũ in hebręo petram seu silicem significat, quod frequenter, pro forti redditur, eã puto virtutem esse, quo euadens & in domũ refugij receptus, tuto manet & perseuerat contra om̃es insultus insequentiũ. Et hæc quinqꝫ ad virtutē passiuam, seu ad tolerantiã malorꝫ pertinēt, Primũ est em̃ interne roborari, deinde vbi hęc virtus impugnatur, ne deficiat, habere petrã in qua nitatur & cõsistat, postea ne multitudine saltem vincatur, habere locum munitũ quo se recipiat,

recipiat. Et ne inter angustias capiatur obsessus cõclusus exi=
tum & tutam euasionem non habeat, tandem ne tedio quod
vltimũ est dęmonũ & malorũ hominũ fractus cędat, perseue=
rantię vi firmetur. Breuius hęc quinq distribuemus, si primũ
ad aduersitatem simpliciter conferatur, secundũ ad magnitu=
dinem, terciũ ad multitudinem, quartũ ad fortitudinẽ, quintũ
ad assiduitatẽ aduersariorũ, vbi em̃ hostis primo sibi senserit
resisti, magnatos & potentes sibi sotiat, Deinde multos sibi ag=
gregat, vbi nec sic proficit, oẽm vim & artem cũ eis & per eos
tentat. Vltimo cũ alio nõ possit, assiduitate solet sanctos infir=
mare, qui aũt perseuerauerit in finẽ hic saluus erit. Hęc quinq
Paulus Ro. 8. sed alio ordine posuisse credi potest, neq instan=
tia, neq futura, neq fortitudo, neq altitudo, neq profundũ,
neq creatura alia põt nos separe a charitate dei.

Sequũtur virtutes actiuę & propulsiuę.

Prima est scutũ seu protector meus, oportet em̃ inuasurũ
hostes esse scutatũ, quo tela ignita inimici excipiens possit pe=
netrare & cędere hostes, Scuto em̃ non eget, qui ad refugium
currit.

Altera est cornu salutis, virtus ipsa q̃ pugnat & vincit quę
mihi videtur esse potestas verbi sine fiducia prędicandi, sic em̃
apud Micheã 4. dicitur. Surge & tritura filia Zion, quia cornu
tuũ ponam ferreũ, & vngulas tuas ponam ęreas, & cõminues
populos multos, & interficies dño rapinas eorũ, & fortitudinẽ
eorũ dño vniuersę terrę. Triturare, esse idem quod prędicare.
Apl'us. 1. Cor. 9. probat. Non alligabis os boui trituranti. At
cornu ferreũ & vngulę ęreę, quid sunt, nisi illud Christi. Ego
dabo vobis os & sapientiam, cui non poterũt contradicere &
resistere om̃es aduersarij vestri. Itaq cornu salutis dicitur, quia
hostes superat, & salutem ex inimicis facit. Lucę. 2. Sunt qui ex
cornu regnũ faciunt, nec id absonũ, cũ regnũ Christi, non nisi
in verbo veritatis consistat, hoc vere est regnũ salutis, qđ vin=
cit omnia.

Tertia. Susceptor meus, seu exaltator meus, idest, in quo
super hostes eleuatus triumpho, sicut Paulus dicit. Qui triũ=
phat nos semper in Christo. Eo modo dicit Isa. 9. Et eleuabit
dñs hostes Razin sup eũ. Videmus aũt q̃ mira sit virtus Chri
sti & sanctorũ eius, prior est virtus passiua, quę perficit actiuã
vt Paulus dicit. Virtus in infirmitate perficitur, ita mũdus nõ
alijs armis victus est, q̃ patientia & verbo dei, sicut in Isaia. 4.
dicit, Et erũt capientes eos, qui se cęperant, & subijcient exacto

S

res suós. Et Iohel.3. Infirmus dicat, quia ego fortis sum, 2.Reg. 22, huic versui additur (Et refugiū meū & saluator meus, de iniuria liberabis me) quod quare ĩ hoc psalmo omissum sit ignoro.

Laudans inuocabo dñm.
Et ab inimicis meis saluus ero.

Vbi titulus ẽ qui dicit, hoc canticū esse dictū, liberato ab omibus inimicis Dauid, & recitatū in persona resurgētis Christi, Certe hic aliud dici non pōt, q̃ qđ Augustinus censet, totū Christū, idest, Christū cū corpore & pro corpore suo loq̃, quod est Ecclesia, quę semper vincit, sempq̃ pugnat, & superatis prẹteritis malis parat̃ ad futura mala superanda. Aut si in persona Christi sistendū est, cōuenit hęc intelligi dicta, pro magnitudine affectus erga deū, q̃ offert promptitudinē animi sui ad plura ferenda, si deus velit, sicut ps.107. Paratū cor meum, deus, paratū cor meū. Et 25. Proba me dñe & tenta me, vre cor meū & renes meos. Sic em̃ liberatus a malis, & diuinam virtutem expertus, non aliud cupit, q̃ iterũ pati, vt iterū virtutē diuinam experiatur, nasciturq̃ ex his, quędā mirabilis patiendi sitis, & inęstimabilis fiducia in dulcedine dei.

Omnia tamen ad nostram doctrinā scripta sunt, vt per patientiam & consolationē scripturarũ spem habeamus, Ideo em̃ quintuplicem virtutem patientū, & triplicem agentiū descripsit, vt nos erudiret, nihil esse tam malum, tam multū, tam magnum, tam potens, tam diuturnū, quod non quęat vinci per virtutem dei, si in eam confidimus, Et tunc potissimū esse locū sperandę virtutis in nobis, quando irruunt in nos mala, multa, magna, fortia, assidua. cum propriū diuinę virtutis sit infirmos, paucos, paruos, imbecilles, pusillanimes, iuuare, nō solum in malis pęnę, sed & culpæ, Nam quæ esset dei virtus, quę solum pęnas, ac non etiam peccata in nobis vinceret? adeo plenus est hic locus consolationis, cum naturę contrariū videatur, & omnino desperatū, si irruāt non modo mala, sed multa mala, magna mala, potentia mala, & prolongata mala, Sic em̃ in Apostolis vidimus, qui mox vt induti erāt virtute ex alto non solum mali in eos insurrexerunt, sed & multi, & magni, & potentes ad nocendū, deinde & pertinaces, & assidui, sicut ps. 128. supra dorsum meū fabricauerunt peccatores, prolōgauerunt iniquitatem suam.

Eodem modo, & in quolibet homnine operaẽ satanas in q̃cũq; priuata tentatiõe, libidinis, irę, supbię, auaritię aut cuiuscũq; mali, vbi em̃ firmatũ castitatis aut mititatis propositũ inuenerit, non solũ libidinẽ aut iram cõtra mouet, sed & varias species adhibet cogitationũ, tũ eas magnificat & ĩcredibili astutia efficaces facit, tandẽ quos nec multitudine, nec magnitudĩe nec efficatia vincere põt, sepius assiduitate & tedio vincit, vt fessos supplãtet. O stulti & temerarij nos, liberi arbitrij & actuũ elicitorũ iactatores, qui satanã dormire credim⁹, nec cogitationes eius, ex his locis scripturę nobis ostẽsas, intelligere & pręuidere discimus, ac sine pugna, securi solis actiõibus bonis salui fieri pręsumimus. Non sic impij non sic, hostis adest, multus, magnus, pręualidus & infatigabilis, cui⁹ vt multitudinẽ, magnitudinẽ, virtutem & pertinaciã taceamus, simplicem etiam impugnationẽ nõ possum⁹ ferre, nisi dñs fuerit virtus nostra, cum nos per nos ipsos, citra hostis impetum, ad omne malũ proni simus.

Qua aũt fiet arte, vt in hac hostili multitudine, magnitudine, potentia, pertinacia, dñs sit, virtus nostra, firmamentũ nostrũ, refugiũ nostrum, liberator & adiutor noster? Respondet, ita fiet, si laudans inuoces dñm, hac em̃ laudatrice inuocatione, salu⁹ eris ab omnib⁹ inimicis, sicut Ro. 10. ex Ioele. 2. Omnis q̃ inuocauerit nomen dñi saluus erit, Et puer. 18. Turris fortissima nomen dñi, ad ipsam currit iust⁹ & exaltabitur. Hęc sane omniũ nobilissima est in tribulatione, & tota aurea doctrina, optimũq; consilium, quo ab omnibus malis erui possumus, si in tribulatione poterimus deũ iustificare, benedicere, & prędicare, sicut exemplũ trium puerorũ monstrat Danielis. 3. Deo nostro iustitia, nobis aũt confusio, sicut est dies hęc. Incredibile est, q̃ efficax sit ista laus dei in periculis remedium, mox em̃ vt cęperis ladare deũ, mitescit malũ, crescit fiducia & sequitur fidens inuocatio.

Cauendũ itaq; omnibus seruis dei, ne alio modo, vel alio ordine, aut consolari, aut vincere tentent, q̃ hoc versu pręscriptũ ẽ. Non primo inuocabis, sed primo laudabis, sunt em̃ qui clamant & non exaudiuntur, vt hoc psalmo infra. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad dñm nec exaudiuit eos. Quare? quia non laudando, sed indignãdo clamauerũt, nõ dulcem dñm sibi proposuerunt, sed suã tm̃ amaritudinẽ considerauerũt. At nemo liberatur a malis, intuẽdo horrescẽdo que mala sua, sed supando & ĩherẽdo deo & ei⁹ bonitatẽ intuẽdo,

ſicut ps,15. vidimus. Prouidebã dñm in conſpectu meo ſemꝑ qm̃ a dextris mihi eſt, ne cõmouear, O arduũ conſiliũ & rarũ, facere ſibi dulcem & laudabilem dñm in medijs malis, & robuſtius intueri abſentem & incõprehenſibilem, q̃ mala præſentia & illũ intueri prohibentia, non poſſum ſatis commendare huius optimi verſiculi gratiam & virtutẽ, tam apte & ſignificanter poſitis verbis.

Qui vero ab hac laude dñi nõ incipiunt vincere, ſed ad hoĩm reſpectant conſolationes, vel ad merita ſua conuertunt ſeu futuræ melioris ſpem apphendunt, nõ vincent vnq̃, quia ſtat firma ſententia. Laudans inuocator, ſaluus fit ab inimicis ſuis, & nullus alius, ſic ſuperius ex Iſa.48. retulimꝰ. Infrenabo os tuũ laude mea, ne intereas. Et Iſa.51. Dñs dedit mihi linguã eruditam, vt ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt, verbo, Hoc ẽ quod ſecundo pcepto nobis mandatur. Non aſſumes nomẽ dñi dei tui in vanũ, Et oramus. Sanctificetur nomẽ tuũ. Hoc eſt quod tot laudibus dei hunc ps. incipit, & amore dei geſtit, vt hoc verſu videatur rationẽ reddere, cur ſic in dño glorietur & ſperet. q. d. ſic em̃ oportet ab amore & laude incipi & inuocari nomen dñi. Experiatur modo quiſq̃, & apphendat laudem aliquã dei, vbi fuerit male affectus, & ſentiet mox releuamen. Nam quæuis alia conſolatio, aut nõ prodeſt, aut fallaciter prodeſt, id eſt maxime nocet, imo idem facit, ſi vel beatã virginem, aut aliquem ſanctũ, deniq; ſi piũ hominẽ adhuc in terra viuentẽ, in nomine diſcipuli dñi laudaueris, tanta eſt virtus & benedictio noĩs domini, ſic Gen.12. ad Abraham dicitur. Benedicã benedicentibus tibi, & maledicã maledicentibus tibi, qua promiſſiõe certi ſumus, nos benedici a deo, ſi ſanctos eiꝰ benedixerimus, q̃to magis ſi ipſum dñm bñdixerimus. Ego fateor me ſepius hac ratione leuaſſe cor meũ moleſtia ſua.

Circundederunt me dolores mortis.
Et torrentes iniquitatis conturbauerũt me.

Hierony. Q m̃ circundederunt me funes mortis, torrentes Belial terruerũt me. 2. Reg.22. pro funes, alia dictio eſt hebraica q̃ hoc loco, quã Hierony. trãſtulit cõtritiones, mihiq; Reuchlin rectius hic, pro funes, collectiões ſeu cumulos, vt. 1. Reg.10 Obuiũ habebis gregem prophetarꝶ, vt ſit ſenſꝰ, Circũdedit me mors multis & magnis copijs, vt copiæ mortis, componantur cũ torrentibus Belial, poſteriore parte verſus, vt vtrinq; mag=

nitudinem & multitudinem malorū exprimat, quę ceu vastis torrentibus, & multis exercitibus irruerint.

Dixerat & docuerat, Inuocandum esse dn̄m cum laude & amore, ijs qui ab inimicis salui velint fieri, Iam ita se fecisse recitat, & historiam suam narrat, in exemplū doctrinę, quā dederat, incipiens ab inimicis omniū pessimis & vltimis, morte & inferno, Et licet verū sit, ipsum Dauid fuisse has pęnas mortis & inferni sepius passum, vt crebro in diuersis psalmis confitet, imprimis p̄s. 114. Circūdederūt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerūt me, tribulatiōem & dolorē inueni, & nomē domini inuocaui, vbi pene eadem verba, nedum sententia, cū hoc loco conueniūt, tamen nos de Christo hunc psalmū cępimus intelligere, sensu interim generali omisso, ideo mortem & infernū Christi hoc loco accipimus.

Hic aūt versus de morte, sequens de inferno loquit̄, vterq̄ eandem rem, repetita sententia eloquens, idem em̄ est, circūdederunt me dolores mortis, q̄d torrentis iniquitatis conturbauerunt me, Et idem, Circundederūt me dolores inferni, quod p̄occupauerunt me laquei mortis, ita nos sentimus, non refragantes, siquis hęc quattuor voluerit diuersa facere, Sūt etiā verba proprie & grauiter posita, Circūdederunt, non tantū occurrerunt aut insectati sunt, sed vndiq̄ tenuerūt & vallauerūt, solitariū & vnicū concluserunt, quod vel maxime in morte discrutiat, si em̄ gradiendū esset magna turba comitāte & apparente, mitius malū esset mors. Funes seu Cunei, quos dolores noster vocat, non sc3 vnus aliquis me circūdat mortis minister, sed multi imo mł'tę copię, multę turbę, quo iterꝫ solitudo amarissima significatur in morte. Hos funes seu Cuneos, posse intelligi, impios homines, quorꝫ ministerio mors & dęmones vtuntur, admittimus, iuxta illud p̄s. 21. Circūdederunt me vituli multi, thauri pingues obsiderūt me. Et iterꝫ. Erue a framea deus animā meam, & a cornibus vnicorniū humilitatem meā.

Noster tamen nō inepte has copias intelligit, multitudinē dolorꝫ in hora mortis irruentiū, vbi nulla creatura est, quę nō morti & pauori seruiat, oīa em̄ quę aspiciūtur sunt mors & nō vita, ita mors armatur orbe terrarꝫ, & pugnat vniuersa creatura contra morientem seu morte pauentem, derelictū, vnicū & omibus circundatū, Inde fit, vt nō possit ijs nomen dare, nisi metaphoricū, Cuneos seu copias appellādo, Mortis, mors em̄ vltimū malorꝫ, mitius erat, si copię alterius cuiuspiam mali circundarent. Dictum est autem p̄s. superioribus, Christum vere

passum esse, pauores & tedia mortis pro nobis, licet nõ omẽs nos similia patiamur.

Torrentes Belial, itidem metaphora est, impetũ & exercitũ malorum sine nomine edisserens. Reuera cũ tantus est dolor mortis, vt nominari, cogitariq; non possit, sed tantũ pati possit, Sentiunt sese pessime habere, nec quid sit possunt indicare ideo & nullũ ibi remediũ ẽ, sicut ecõtra gust⁹ ęternę vitę tant⁹ est, vt sentiãt q dẽ sese optime hr̃e, nõ tamẽ dicere aut indicare quid sit, possunt. Vnde hic, torrens voluptatis dei dicit̃ p̃s. 35. Inebriabunt̃ vbertate domus tuę, & torrẽte voluptatis tuę potabis eos, ille aũt torrens Belial seu malicię, vt hoc loco dicit̃, Belial frequens dictio in scripturis, hebręis dicit̃ significare malitiam, licet fere vbiq; iniquitas trãsferatur idq; im ꝓprię, inde filij Belial (.i. malicię) Iudic. 19. Boſʒ buffen̄, die keyn nucʒ seyn Etymologiã habet a bli (.i. nõ) & iaal (.i. profuit) vt qui ad nocendũ alijs tantũ modo viuunt. Inde datũ est & Diabolo nomen bli iaal, quem Belial dicimus, hic aũt pro malitia accipi, certum est, scz mortis, quę male afficit multis modis eos, qui moriuntur, ac torrentibus malorum inuadit, siquidem mors ipsa malorũ pelag⁹ & summa est. Ita vides, q̃ proprie mala mortis, licet innominabilia, deliniet, ꝙ mori aliud non sit (ijs. qui fide carẽt) q̃ copias & gurgites malorũ pati, ijsq; vnicos & solitarios circundari, & vndiq; terreri, vt cogantur dicere, Angustię mihi vndiq;.

Dolores inferni circũdederunt me. Pręoccupauerunt me laquei mortis.

Eadem dictio, Dolores inferni, quę pręcedente versu, dolores mortis, dicitur, ideo & idẽ de ea sentiendũ, esse videlicet, funes seu cuneos inferni, non nisi copias omniũ rerum mundi, quę omnes armãtur ad vltionem damnatoꝝ, eiusdem significationis & sententię est, verbũ circundederunt, cum pręcedente, Infernus autem & mors parũ differunt, quo ad sensum dolentis. Mors enim amara separatio est a vita, sed infernus est, quod statim mortem comitatur, ęternę pœnę & irreparabilis animę sensus. Capitur eñ hic anima & vere circundat̃, vt non possit aliud sentire, q̃ se in ęternũ dãnandã esse, Si eñ vel pilo latũ videret exitũ, circundata non esset, nec infernũ sentiret nec mortem, sed spe plena & fiducia gauderet.

Atq; idest, ꝙ Theologi Scholastici, verba ista scripturę,

Circundederūt, prȩuenerunt, parum diligenter obseruantes, deinde nihil harū rerum vnq̄ experti, secure de purgatorij pȩna diuinant quicquid volūt, ponentes in ea, nullam desperationem, sed tantū satisfactionem, qui tamen rursꝰ fatentur eādem esse pȩnā purgatorij & inferni, nisi q̄ duratione differūt, Verū vt sunt subtiles distinctores, garriunt, eandem esse pȩnā vtrobiq̄, non omnem, sed tantum quȩ simul non sit culpa, desperationem autem & seruilem timorem cū culpas esse doceant, e purgatorio penitus tollunt, Nos vero, quia rei istius cognitio in experientia, non in speculatione sita est, non contendemus, verbisq̄ scripturȩ simpliciter inhȩrebimus, etiam si non intellexerimus, quibus circundari & prȩueniri se doloribus mortis & inferni, sancti querūtur, Experti viderint, quid ea velint, inexpertis nihil prorsꝰ credemus, qui necdum, quid ira & libido sit, crassissimȩ scz & bestialissimȩ affectiones, intelligunt.

Idem est p̄ repetitionē vt dixi, Prȩoccupauerūnt me laquei mortis, vbi se captū morte significat, & sic captū, vt prȩuentus sit a laqueis eius, hoc est, laquei mortis ei prȩualuerunt & fortiores eo fuerunt, vt quos euadere nō possit, id quod est, in inferno esse, vnde non patet reditus, sicut auis, quȩ laqueo capit, non reuertitur. Hȩc omnia in Christo, & si mirabiter, tn̄ contigisse credimus, vt vere captus sit mortis & inferni doloribus, laqueis & cuneis.

In tribulatiōe mea inuocaui dn̄m, & ad deū meū clamaui, & exaudiuit de tēplo sancto suo vocem meā.

Et clamor meus in conspectu eius. introiuit in aures eius.

Vnus hic in heb. versus est, & incedit per futura verba per totū, inuocabo, clamabo, exaudiet, introibit, sicut & Hieron. transtulit, & .2. Reg. 22. legitur, q̄q̄ hoc parū refert, cum prophetȩ hoc peculiare habeant, vt tempora plerūq̄ confundant non tamen absq̄ causa, vt sepius diximꝰ, Pergit itaq̄ exēplo suo ostendere, verū esse, quod docuerat, saluari eos omnes, qui laudantes inuocant dominum, fui, inquit, & ego in maximis malis. i. doloribus mortis & laqueis inferni, saluus autem factus sum ab omnibus malis istis, quia inuocaui dominum, & ad deum meum clamaui, ideo exaudiuit vocem meam

& clamor meus introiuit in aures eius, quare nõ est dubium, non esse aliam liberandi viam, q̃ per inuocationẽ domini, & confessionem dei. Dictũ est, ps.15. Deũ meũ esse, quid habeat energię & significationis, Nemo em̃ dicit, deus meus, nisi laudans & amans, etiã in media morte & inferno, sicut scriptũ est, Fortis vt mors dilectio &c,

Repetitionibus prę animi iucunditate abũdat, cũ sit idem ferme, Inuocaui dñm, q̃d, ad deũ meũ clamaui. Itẽ, Exaudiuit de templo suo vocem meã, quod, clamor meus introiuit in cõspectũ eius in auribꝰ eius, sic em̃ in hebręo dicere videt̃, omĩa aũt sunt plena, sed plana q̃q; iucũdissimis affectibus.

Commota est & contremuit terra, fundamenta montiũ conturbata sunt.
Et commota sunt, quoniã iratus est eis.

Quid velit Dauid ab hoc versu ad decimũ vsq;, non possum consequi. Nusq̃ legitur terram motã, montes concussos & alia quę hic recenset propter Dauid esse facta, sed nec propter Christũ, Cęteri per allegorias, contẽpta consequentię ratiõe perfacile euadunt, quid em̃ facilius, q̃ singulis partibus allegoriam suã affingere? Lyra non nihil dicit, cũ dicit morem esse scripturarũ, vt pro laudãdo aliquo singulari beneficio dei repetantur ab initio, vel omĩa generaliter, vel multa ex eis ppl'o dei exhibita beneficia, Iuxta illud ps.118. Memor fui iuditiorũ tuorũ, & cõsolatus sum. Et.76. Memor fui operũ domini, quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorũ. Et meditabor in omĩbus operibus tuis, & in adinuentiõibus tuis exercebor. Sic dibora Iudic.5. canitura dño, incipit ab exitu Aegypti.d. Dñe cũ exires de Seir & transires per regiones Edom, terra mota est, cęliq; ac nubes distillauerunt aquis, Montes fluxerunt a facie dñi, & Sinai a facie dñi dei Israel, Emulatiõe huius dicit, & ps.67. Deꝰ cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransieris in deserto. terra mota est etenim cęli distillauerunt a facie dei Sinai, a facie dei Israel. Et ps.76. Viderunt te aquę deus, viderũt te aquæ & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi, multitudo sonitus aquarũ, vocem dederũt nubes. Etem̃ sagittę tuę transeunt, vox tonitrui tui in rota, Esto itaq;, solere confessores dei altius repetere mirabilia dei, pręcipue illud prę cęteris insigne. q̃d ĩ exitu Aegypti fecit, cuius præ omnibus arguũtur filij Israel im memores fuisse

mores fuisse ps.77. Et ex cuius memoria, sine dubio, multa didicerunt spiritu illustrante, ita vt prouerbij vice habuisse videantur vsitatissimũ, & iam diuersas eius partes in diuersis allegorijs tractatũ, Non tamen capio Lyram, dũ verba huius psalmi ad eandem historiam aptat.

Temerãdũ itaq; & mihi est, placet primũ, repetita hic dici pręterita mirabilia in exitu Aegypti facta, & misceri mirabilibus pręsentibus per iucundam expatiãdi & digrediendi libertatẽ, quãdo talem in scripturis vsum videmus, Nam & sęculi rhetores, docent in genere demõstratiuo recenseri oportere nõ mõ pręsentia, sed simul omnia pręterita facta maiorum eius qui laudatur, Nec tamen hoc solũ agi a Dauid credo, sed simul pręexuberanti lętitia, ludere allegorijs historię Aegyptiacę in laudem Christi videtur, quẽ significari ea figura clare cognouit. Et videmus eos qui nimio gaudẽt, ita gestire allegorijs & nouis figuris loquendi, vt insanire putentur, delectat enim eos sua gaudia vestire pulchris & festiuis verborũ & sententiarũ figuris, alius aureũ, alius mellitũ, alius manna suũ, alius aliter appellat, quod laudat, Nemo hic nõ poeticatur, ipso gaudio docente figurate loqui.

Ita hic Christus, cũ sese ab inferis exaudiente patre gaudeat reuocatũ, non modo repetit & miscet mirabilia dei antiqua, sed eadẽ simul iucundissima allegoria ĩmutat & innouat, sicut orat Ecclesiast.36. Innoua signa & immuta mirabilia, vnde nec totam historiã ordine tractat, sed vtcũq; ad rem facit, quãlibet partem delegit, Quare hic nosse oportet allegoriam historiæ eiusdem, pręsertim eam quę ad fructum resurrectionis Christi pertinet, qui in duobus istis comprehenditur, lege & gratia, Lex humiliat superbos, gratia exaltat humiles, vtrunq; miris & varijs modis, suntq; hęc vere dei mirabilia noua, quę non alijs armis, q̃ ministerio verbi perficit, per abiectos idiotasq; piscatores & successores eorũ, quę omia, nisi fallor, his figuris & allegorijs suauissime ludit propheta.

Legimus itaq; Exo.19. & xx. cũ esset dñs legẽ daturus, tertia die cęperunt audiri tonitrua ac micare fulgura & nubes densissima operire montem, totus mons fumabat, eoq; dñs deus descendit super eum in igne, & ascendit fumus ex eo quasi ex fornace. Eratq; omis mons terribilis, & sonitus buccinę paulatim crescebat in maius & prolixius tendebat. Moses loquebat & dñs respondebat ei, descenditq; dñs super montẽ Sinai, in ipso montis vertice & vocauit Mosen in cacumen eius.

T

Ditior est hęc figura, quam vt verbis eam cōsequi possim, quā nec intellectu satis capio, Et tamen propheta dignissime eam tractat, multa em̄ ex ea & alij sumpsere prophetę, vt quæ sit densissima refertissimaq; mysterijs Christi, opera em̄ naturæ, legis & gratię, hoc est, summa totius Theologię hic tractatur. Apostolum ergo ex Romanis, primū & optimū interpretem inuocemus, qui c.4. dicit. Lex iram operatur, Et.1. Corin. 15. Virtus peccati lex Ro. 1. Reuelatur ira dei de cęlo super omnē impietatem & iniustitiam hominū eorum, qui veritatem dei in iniustitia detinent. Et Ro. 5. Lex subintrauit, vt abunbaret delictū, Legis itaq; opus est terrere, conscientiam concutere & omnem fiduciam demoliri. Atq; id est, quod agitur figura magnę alicuius tempestatis, ita proprie, vt non alia allegoria magis apte possit monstrari. Tonitrua em̄ & fulgura commouent & tremefaciunt terram, concutiunt & conturbant fundamenta etiā montiū, & sicut ille ait, feriunt & summos fulgura montes, in qua re, iratum cœlū omnes formidant, sicut ps. 103. dicit. A voce tonitrui tui formidabunt, hoc est, quod dicit, Quoniam iratus est eis. Talē autem tempestatem fuisse in monte Sina, cū lex daretur, ex prędictis verbis satis liquet cuiuis, vt simul figura similaretur, quod reuera tum agebatur, & tale esset signū, qualis erat res ipsa.

Itaq; legis doctrina & cognitio, cum agat æternis comminatioribus, & exigat ea, quę ferre non possumus, sicut Heb. 12. dicit. Non em̄ portabāt ea, quę dicebantur, terribilis est & importabilis peccatrici conscientię, & tanto magis, quanto prolixior & clarior eius sonus seu cognitio, hoc est, vere per legem fieri cognitionē peccati, & iram per legem concitari, hoc est ream inueniri & ęterna ira dignam, omnium hominū consciētiam, Quę cognitio intus in corde, omnem illum tumultum & impetum tempestatis implet, qui in Sina mōte describitur visus esse. Hic vere commouetur & tremefit terra, idest, terrena corda, quę sapiunt ea, quę super terram sunt, & non modo montes ipsi, sed fundamenta montiū conturbantur & commouētur, idest, disperguntur superbi mente cordis sui. Montes enim superbi sunt, fundamenta sunt, fiducia potestatis, sapientię, iustitię, & quarūcunq; rerum. Eruditus em̄ vera legis cognitio ne intelligit, quod non subsistit coram deo omnis caro, quia ex operibus legis non iustificatur homo, nec potentia, nec sapientia, nec quęcunq; substantia hic prodest, omnia turbantur & corruunt, quia iratus est eis, hoc est per legem reuelatur ira dei,

super eos maxime, qui fiducia illorũ fundamentorũ superbiũt pre ceteris.

Montes aũt hic absolute dicit, quia sunt & montes sancti, ps. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis, Et alio, Iustitia tua sicut montes dei, potissimũ autem, fundamenta montiũ intelligenda sunt, fiducie operũ, seu opera legis, seu lex & doctrine, quibus homines sese confidunt iustificari, hoc ẽm potissimũ agitur verbo & cognitione legis, vt peccatores faciat, & omnis mundus obnoxius fiat deo, sic ẽm Apostolus lege vtitur potissimum cõtra operum superbiam dicens. Ro. 3. sed conclusit scriptura omnia sub peccatum, vt omnium misereatur, Et Christi gratia maxime contra iustitiam hominũ pugnat, nam hec omniũ pertinacissime resistit iustitie dei, vt Ro. 10 dicit. Ignorantes ẽm iustitiam dei & suam querentes statuere, iustitie dei non sunt subiecti.

Est & hoc mirabile & signandũ, ꝙ tonitruis non tantũ cacumina, sed ipsa fundamenta montium concutiuntur, nam terra tota tremefit, etiam radices montium. Ita lex non modo superbiam externe percutit, quod & hominũ possunt increpationes, sed penetrat & intima cordis conturbat, ipsam cõscientie secretissimam fiduciam pauefaciẽs, quia lex spiritualis est & sermo viuax, penetrãtior omni gladio ancipiti, nec est, qui se abscondat a calore eius. Hebreus iucunda vocũ allusione dicit, vatigeas vartireas haarecz, quod noster forte nõ potuit reddere, sed dixit, Commota est & contremuit terra, significat aũt pauidum illum motum, quo ad fugam & cursum aliquis commouetur, significantissime vim legis & cõscientie metum exprimens, ita propheta non modo iucũdus est sententijs, sed & verbis & constructiõe, si quis vacaret omnia obseruare.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit.

Carbones succensi sunt ab eo.

Hierony. Ascendit fumus in furore eius, & ignis ex ore eius deuorans, carbones incensi sunt ab eo, Hoc in visibilibus tẽpestatibus fit, quoties fulmine tacta cõflagrant, hic ẽm fumꝰ ignis & carbones visuntur, At in monte Sina fumũ & ignem quidẽ fuisse satis ostendit Moses Exo. 19. Nusq̃ aũt carbones illic legũt, nisi carbões intelligat, montẽ ignitũ & ardẽtẽ, certũ

est em̄ oīa igne micuisse, fumasse, arsisse, caligasse, quę in monte & iuxta montem fuerunt, vt Deutro. 5. dicit, Et montem ardere vidistis, terribile em̄ fuisse qđ videbatur Paulus scribit Heb. 12. vt & Moses diceret. Exterritus sum & tremebund⁹ Itaq; quos carbones Moses nō expressit, propheta vna cū igne intelligit & eloquitur. Totū aūt hoc facit, vt manifestis indicijs ostendat sese, ab historia illa ad allegoriā diuerti & mysterijs ludere, ideo non solū carbones adijcit, sed & alia quędam, quę in historia non legunt̄, aut non eo modo leguntur, quale est, quod fundamenta montiū concussa dicit, cū illic nec plures montes, nec fundamenta memorent̄. Volens vno monte Sinai multos illos superbos cū suis pręsumptiōibus figuratos videri, tale ē, ꝙ iratū eis dn̄m dicit, cū nihil de ira dn̄i in mōtē Sina historia habeat. Tale & hoc, ꝙ fum⁹ in ira eius ascēdit, cū nihil illic de fumo irę eius sit dictū, Et qđ manifestissime allegoriam historię indicat, quod dicit, ignē a facie eius exarsisse, seu vt Hebręus plenius habet, ex ore eius deuorasse, nec em̄ ignis ille quo ardebat mons Sina, ex ore dei prouenisse scribit̄, nisi ideo dicamus ex ore eius venisse, quia fulgure desursum velut ex ore cęli misso conflagrarit.

Lex igitur est, quę ex ore eius, idest ex ore prędicantiū, infantiū & lactentiū procedēs, accendit, exurit, deuorat, vastat quicquid est superbię in vanitate humana, vt locū paret gratię, ad increpationē em̄ legis sequitur pauor & terror fuga, atq; cū fuga nūsq; pateat, oritur angustia, atq; hęc est, ignis iste qui concoquit & deuorat om̄e malū, exurit concupiscentiā, vt iam nō libeat quod delectabat antea, sic incedūtur carbōes ex eodem igne, vt peccatores, exusta per vim legis mala cupiditate ardeant, nondū quidē charitate suauiter, sed fornace angustię suę fortiter, in qua cōflantur & parantur & purgant̄, sicut aurū in igne. Sed fum⁹ ante ignē ponitur, cur hoc? Quis priorem igne fumū vnq; vidit? sed fumus signū est pręsentis ignis, & licet prior non sit, prior tamen apparet. Aug. fumū intelligit lachrymosam deprecationē pęnitētiū, cū cognouerint, quid minetur impijs de⁹. Quē non repudiemus, sed augeam⁹ vt fum⁹ sit & confessio foris peccatoꝝ & om̄ia illa argumenta, quibus proditur interna conscientię fuga & angustia, sicut illi Act. 2, compuncti & conterriti verbis Petri dixerunt. Viri fratres, quid faciem⁹? ijs em̄ verbis significāt, quid intus patiant̄, Ascendit ergo fumus in ira eius, quia ira dei cognita per legem humiliat in profundum superbos, & ex eo profundo sursum fumū hunc pęnitentię suę emittūt.

II.Reg.22.dr̄. Aſcēdit fumus de naribus eius,& ignis de ore eiꝰ vorauit, vbi vitio ſcriptoris, volauit nr̄i codices habent, in quo videtur loqui de fumo iraſcentis, non de fumo pęnitētis Sed cū allegoriam tractet, conuenit, vt ſicut, os dn̄i, os p̄dicantiū, & ignis ex ore eius, virtꝰ legis in peccatore dicit̄, ita & nares dn̄i ijdem prędicantes ſint, ꝙ per eos indicat & reuelat iram ſuam. Quare ſicut ignis in peccatoribus vorat, licet de ore dn̄i procedat, ita fumus in eiſdem aſcendit, licet de naribꝰ dn̄i procedat, Neqꝫ em̄ poſſibile eſt, hiſtorico & literali ſenſu, vel ignē de alicuius ore vorare, vel fumū de alicuiꝰ naribus aſcendere, cū ſternutans flatū potius demittat. Verū in hebręo vtraqꝫ dictio ęquiuoca eſt, quam interpres varie reddit, vt hic ignē exardentem & fumū irę, quod illic ignē vorantem & fumū naris dicat. Ego dicerem, quod hoc p̄s dicitur. Ignem ardentem & fumū irę.

Inclinauit cęlos & deſcendit.
Et caligo ſub pedibus eius.

Hoc hiſtoria confitet̄ dicens, cępit nubes denſiſſima op̄ire montē, Et Deutro.5. & Heb.12. eiuſdem caliginis mentio fit, dicitqꝫ. Exo.19. Deſcendit dn̄s ſuper Sinai in ipſo montis vertice, & vocauit Moſen in cacumen eius, Multi multa de iſta caligine cōmenti ſunt, præſertim Dionyſius ille quiſquis fuerit, Nos cępto itinere proſequamur allegoriam noſtrā, qua diximus, ſuperbos humiliari per miniſterium legis, idqꝫ hoc loco tractari. Virtus itaqꝫ legis & ira dei per eā reuelata, non ſentit̄, non conturbat fundamenta montiū, nec tremefacit terram, nō ſuccendit carbones, nec deuorat peccatores, nec ſuſcitat fumū, niſi dn̄o ipſo intus mouente, docente & incrementū dante, q̄ multi em̄ audierunt Iohannē Baptiſtam, Chriſtū, Ap̄l'os, fulgurantes & tonātes, tonitruis iudicij & irę dei futuri, qui tamē indurati corde, ſicut incus Behemoth, nihil ſunt cōmoti, ſicut multos videmus, qui tonitrua corporalia cōtemnunt & ridēt etiam ſi videant alios eiſdem exanimari.

Hoc eſt quod hic dicit, & illic figuratū eſt, vbi deſcendiſſe dn̄s ſuper montē Sinai ſcribitur. Inclinauit em̄ cęlos, hoc eſt, Ap̄l'os dimiſit in mundū contra ſuperbos filios Adam, Et ip̄e deſcendit, cooperans & confirmans ſermonē eorꝝ, ſicut Gal.2. dicit. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatu circūciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes, Et caligo ſub pedibus eius, ideſt,

q̄ opera & vię eius cognosci non possunt. Hoc fit, dum alienū opus operatur, vt operetur opus suum, dū damnat vt saluet, dum conscientiam conturbat, vt pacificet, Contraria em̄ sunt opera iustificatiōis omni sensui hūano, qui sese humiliari & in nihilum redigi, per virtutem legis non sustinet, quia non capit q̄ bene secum agatur, putat em̄ sese consumi, cum reuera oriatur, sicut Lucifer, & dispergatur vt congregetur, euellat̄ vt plantet̄, fide ergo op⁹ est ī ista caligine, sicut Iob.3. Viro cui⁹ abscondita est via & circūdedit eū deus tenebris Hiere.10. Scio Dn̄e, quia nō est hominis via eius, corripe me in iuditio & nō in furore &c̄.

Et ascendit super Cherubim & volauit. Volauit super pennas ventorū.

De hoc nihil legitur in historia, nisi illud tangat, qđ Exo. 25. pręcipitur Mosi, vt inspiciat & omnia faciat, s̄m exemplar quod ei monstratū erat in monte, inter quę erant & cherubim ex auro productiles, in quo℞ medio propitiatoriū, vnde loqueretur dominus ad Mosen, sicut ibidem dicitur, quo simul propheta, prę vbertate voluptatis, etiam mysteria tabernaculi copulat, cum mysterijs montis Sinai. Incredibile est em̄, q̄ copiose colludant scripturarum mysteria & aceruatim irruant, si quādo serenatis turbis periculorū, in libertate & gaudio spirit⁹ homo versatur, nihil em̄ tunc non nouit, nihil non audet, oīa potest, quia vnctio pręsens docet eum. Vsus autem scripturę postea inualuit, vt deum appellaret, sedētem super Cherubim vt p̄s.98. Dominus regnauit irascātur populi, qui sedes super Cherubim moueatur terra. Et. 79. Qui sedes super cherubim manifestare, coram Ephraim, Beniamin & Manasse (.i. super arcam, quę erat ad occidentē, in quo tres illę tribus locabant̄) excita potentiam tuam.

Voluit em̄ dn̄s & ab initio semper id curauit, vt esset aliquod monumentū & signum memoriale externum, quo alligaret fidem credentiū in se, ne abducerētur varijs & peregrinis feruoribus in spontaneas religiones seu potius idolatrias, Sic Genesis.22. Mons Moria appellatur, idest, dn̄s videbit, q̄ illic respexerit ad oblationem Abrahæ. Et.35. pręcipitur Iacob, vt altare faciat deo, qui ei apparuerat in Bethel. Hinc Moses p̄cepit, ne locū, nisi quem dominus elegisset, sibi erigerent pro cultu dei, quod tamen, excelsis & lucis postea erectis, sepius

transgressi sunt, Ita & tabernaculum federis, propitiatorium, cherubim, pro loco eis dedit, in quo eum inuenirent & inuocarent, quę omnia in Christū figurata sunt.

¶ Nos em̄ nunc locum non habemus, non tamen sine signis & monumētis sumus, vt sunt Baptismus & Missa, sed nec ipsa vlli sunt loco affixa, Christus em̄ nunc vbiq; regnat, & vbilibet licet baptisari, prędicare & sacro pane vesci, quare nostrū propitiatoriū, noster Cherub, in abscondito sunt, & mysterio verbi fidei tantum comprehendi possunt, Christus est propitiatoriū, vt Ro.3. docet Paul⁹, quē ꝓposuit deus, ꝓpitiatoriū in sanguine eius, in q̄ inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corpaliter. Et deus erat in Chr̄o mundū recōcilians sibi. Duo cherubim cū alis suis sese supne cōtingētibus, & propitiatoriū operientibus, in propitiatoriū mutuis vultibus prospiciētes. Duo sunt testamenta, quoꝝ alterū est verbū legis, alterū verbū gratię, quę inter sese, etiam aduersa vidētur, dū lex auget peccatū, gratia tollit, tamen in Christo conueniūt, quia quod erat impossibile legi, deus mittens filiū suū, damnauit peccatū de peccato, vt iustificatio legis impleretur in nobis.

Hoc volunt etiam, qui dicūt, Cherub significare multitudinem seu plenitudinē scientię, quod ministeriū vtriusq; verbi, legis scz & promissionis seu gratię, si recte tractet̄, om̄ia doceat. Equitat ergo seu vehitur dn̄s super Cherubim in spiritu, & veritate, quando per fidem in nobis regnat, quę ministerio vtriusq; verbi in nobis paratur. Nam quod noster, ascendit super Cherubim, hebręus aptius dicit, vehitur seu equitat, vt vitale regnū fidei in nobis exprimat, Non ergo noster cherubin vlli loco affix⁹ est, sed vbi vbi verbū fidei fuerit, ibi super Cherubim sedet dominus per Christum & regnat in nobis.

Vnde & in figura illud seruatū est, q; super propitiatorium & cherubim, nihil erat positum, quod videretur, sed sola fide, credebatur illic sedere deus, & inde (inquit) loquar ad te, Ita nobis non nisi fide creditur, de⁹ in Christo habitare, quod credimus testimonio cherubim vtriusq; testamenti, nec licet nobis vndelibet expectare verbū dei, nisi ex isto propitiatorio, Christo.

Idem videt̄, per tautologiam dici, Volauit super pennas ventorū seu spirituū. De spirituali em̄ vento loquitur, quod est ipsum verbū spiritus, legem interpretans & gratiam demōstrans. Hoc enim verbum, sicut ventus velociter venit, spirans vbi vult, vocemq; eius andis, & nescis vnde veniat aut

quo vadat, Penne aũt hoꝝ ventorũ, ipa sunt verba vocalia, in quibus volant spiritus isti., Nam & gentes, suũ Mercuriũ, quo volunt significari sermonem diuinũ, fingũt esse alatis pedibꝰ, adeo naturaliter insita est humanę mẽti, allegorię affectio, Volat ergo super pennas ventoꝝ, idest ministerio verbi vocalis, quo fides docetur, volat super nos, vt vbi sit verbũ vocale, spiritu fidei appręhensum, ibi sine dubio, dñs est & volat super eos.

Volare aũt dicitur, cũ Cherubim ex auro producti nõ volarent, quia vidit, alas nõ frustra Cherubim apponi in lege, cũ alę ad volandũ datę sint, intellexit significari futurũ, quędam volatũ verbi per totũ orbem terrarũ, qui est ipsum ministeriũ verbi, & super hũc volatũ super has pennas volaturum, & vbiq; verbo suo pręsentem futurũ dñm, sicut Marcus vlti. dicit, Dño cooperante & sermonẽ confirmante sequentibus signis. Quare volatus iste mihi velocitatem verbi per orbem significat, sicut & ps. 1.4.7. dicit. Velociter currit sermo eiꝰ. Nõ solũ aũt hoc, verũetiam, vt neq; verbi, nec cooperantis dñi quietem in Ecclesia significet. Non em̃ cessandũ est vnq; a verbo, sed semper in vsu, motu, volatu esse debet, vt dñs ipse semper volare, mouereq; in nobis fidem possit, qui & si om̃ia per se possit, non tñ nisi ministerio verbi facere statuit, vt fidei locꝰ sit & nostrę infirmitati consulatur, quę ferre nõ potest diuina, nisi verbo inuoluta, quo velut ĩ vtero suo nos portat, vt Isa. 46. dicit.

Quare non spernendũ est, quod volandi verbũ geminauit, vt nos erudiret, spiritũ dñi nõ ferri super aquas populoꝝ, nec presenti numine regere, nisi eos, qui verbo catechisantur, vt destrueretur pręsumptio humanę virtutis, & liberi arbitrij, cõmendareturq; grã & humanitas saluatoris nostri dei, in eos, qui audiunt verbũ dei & custodiũt illud, sic & Deutro. 32. scribitur. Dñs volasse super populũ Iacob, sicut aquila prouocãs ad volãdum pullos suos & super eos volitans. Siquis autem volatũ super pennas ventoꝝ petere volet, ex historia montis Sinai, non magnopere contendo, potest forte dici, dñm quãdo in montem descendit, super pennis venti volasse, non em̃ monte ceu sustentaculo vsus est, cũ in aere potius substitisse dicendus sit, vt qui non portatur ab vllo, sed portat ipse omnia verbo virtutis suę, quod eo volatu significatũ sit.

Et posuit tenebras latibulũ suũ, in circuitu

eius

eius tabernaculum eius.
Tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Quia obscuritas semper est fęcũda, sicut & imperitia, ideo propheta potest iterũ videri, gemellã figuram tangere & Sinai & tabernaculi, saltem parte priore, quę de tenebris sancti sanctorum & tabernaculo videtur loqui, Quia em̃ in sancto sanctorum nullũ fuit lumen, significabat inhabitãte Ecclesiam suam deo per Christũ, fidem esse in cordibus eorum, quę nec comprehendit nec comprehenditur, nec videt nec videtur, & tñ omnia videt, Est em̃ argumẽtũ rerũ, valde quidem pręsentiũ, sed neq̃q̃ apparentiũ, sicut Arca fęderis, erat pręsentissime in sancto sanctorum, non tamen apparebat. Ita tabernaculũ eius fuit in circuitu eius, quia in medio sancti sanctorum ipse sedebat, quo significatũ est, vt ps. 45. dicit. Deũ esse in medio Ecclesię suę, ideo non posse eam cõmoueri, quam & similes prophetias ex ea figura hauserunt. Non em̃ deus in nobis regnat superficietenus, lingua & verbo, sed in virtute, nec sunt stabiles, qui i lingua & verbo in eũ credunt, sed qui corde credunt, iusti sunt, in quorum medio ipse habitat, hi sunt fortes & adiuuantur in omnibus vultu dei (.i. pręsentia dei) vt ps. 45. Adiuuabit eam deus vultu suo, seu mane diluculo, idest presenti valde numie & ipso vultu.

Sed ad montem Sinai quoq; veniamus, de quo scriptũ est q̃ descendente dño, mõs operiri cępit caligine, & ipse in vertice & medio mõtis, recte dicitur, posuisse tenebras latibulũ suũ, quo eadẽ fides est significata, per quã habitat in medio Ecclesię suę in cordibus nostris vbi non videtur. Heæ aũt tenebræ dũ extra nos sunt, litera occidẽs est, terribilis prudẽtię carnis q̃ vehemẽt exhorret occidi & tñ occidi oportet, sicut lex occidẽdã docet, vt cũ Mose ascẽdat ad verticẽ montis, ingresso in caliginem ad dñm. Neq; em̃ ad dñm intra caliginem venitur, nisi mortificata per legem prudentia carnis.

In circuitu suo, tabernaculũ scz, posuit, idem est per repetitionem, q̃q̃ in hebręo non sit p̄positio, in, sed sic circuitum suũ, tabernaculũ suum, hoc est, sicut posuit vt tenebrę essent latibulũ suũ, ita posuit vt & circuitus suus esset tabernaculũ suũ, quod mihi videtur in eum sensum dici, quod fides seu Ecclesia fide sanctificata, sit illud in quo deus moratur, Nam ideo ponit tabernaculũ suũ, nõ nisi id quo circuitur. i. clauditur & absconditur, sicut sancto sanctorum circuiebatur & claudebatur

& in monte Sinai, nube & caligine circuiebatur, Et valet aduersus personarum respectũ, quod dixit, tabernaculũ suum, esse id quod circuitur, quicquid illud tandem sit, nec nomen nec personam habet. Quicunque em̃ eũ circundant eique adherẽt, siue gentes, siue Iudęi, fiunt eius tabernaculũ, non est em̃ distinctio, Verũ aspera (vt dixi) hęc carni ingressurę sunt, suauia spiritui ingresso Non em̃ homo nisi per tenebras fidei, fides nõ nisi per mortificationẽ carnis ingredit, vnde tenebrę istę donec sunt exteriores, mors & infern⁹ sunt, vbi fuerint factę interiores, vita & salus sunt. Litera em̃ opponit caliginem & crucẽ, sed spirit⁹ fidei perrumpit & ingressus caliginẽ inuenit dñm, ideo qui fugit & horret caliginẽ, sicut popul⁹ Israel, excusans se ne fieret eis verbũ legis, non peruenit ad dñm, nisi em̃ legem audieris quę te humiliet & crucifigat, dñm intus cũ Mose loquentẽ nõ audies, sed nec Moses intrat nisi vocante domino, sicut habent verba Exodi.

Tenebrosam aquam in nubibus aeris. Hieron. in nubibus ętheris. Certe potest ex hebręo etiã dici, in nubib⁹ nubiũ, vtraque em̃ dictio, nubem significat, vt densam & coactã nubem intelligamus, qualis est tempestatũ, Meliusque in accusatiuo, tenebrosam aquam & sine prępositiõe, In, hoc modo, posuit tenebras latibulũ suum, circuitum suum, tabernaculũ suum, tenebrosam aquã, nubem nubiũ, vt sequentia declarent pręcedentia, ac si dicat, latibulũ suum voluit esse tenebras, in quarum circuitu habitaret, quę fuerunt aquę illę nigrę in densissima nube tempestatis, quibus oĩbus significatur, mortificatio veteris hominibus, quã in suis exercet per verbũ legis dñs, & tñ hoc nõ facit crudeliter, cũ sit prope oĩbus, quibus hęc mala facit, vt benefaciat, ideo in circuitu suo fiunt, quare licet passim, hanc tenebrosam aquam in nubibus aeris, speculatiõibus dederint in obscuritatibus propheticis nos tamen, consequentiam verborum & sententiarum obseruantes, per aquã tenebrosam, opus legis intelligimus (.i. mortificatiões carnis tristitias conscientię, & iram iudicij, quib⁹ caro affligitur, sicut & ad sensum, tenebrosę illę nubes tempestatũ, aquosæ sunt simul & tristes & molestæ Nam & aqua & caligo, tristitiã, persecutionemque significat in scripturis sanctis.

Nubes autem nubium, seu nubes aeris, ipsi sunt Apostoli tristia mundo nunciantes, dum omnes sub peccato cõcludũt per legis verbũ, ipsi em̃ sunt circuitus domini & in medio eorum ipse latet presens & per eos operatur omnia in verbo, sic Isa, 5.

de vinea domini, quam vocat Israel, dicit, Et nubibus meis mandabo ne super eam pluant imbrem. Et. 6. Qui sunt ij, qui vt nubes volant, & quasi columbę ad fenestras suas? Sed dum atrę nubes soluuntur pluunt salutarem imbrem, quę prius nigredine sua minari videbantur interitũ, ita predicator legis occidit, & tñ viuificat, vbi legem spiritualiter in Christo impletã docet, Frequens est allegoria ista nubiũ, & pluuię in scripturis pro ministerio verbi.

Pręfulgore in conspectu eius, nubes transierunt.
Grando & carbones ignis.

Sensum huius versus, quo pręcedentib9 cohereat, fateor me prorsus non intelligere, Itaq; glosa mea prima esto, hoc verbum, nescio, Verum vt melioribus occasionem demus, in incertũ disputemus. Aug. & Hierony. intelligunt significari, transitum Apostolorũ a Iudęis ad gentes, sed consequentiam non tradunt, qua hoc factum intelligatur a fulgore in conspectu domini. Et ne putemus nos solos torqueri hoc loco, ipse Cassiodorus, pręfulgorę, putat vnam esse dictionẽ numeri pluralis & referendam ad nubes, quasi pręfulgidę nubes dixeris, scz nihil mirum, nos labi quando tanti viri, tam insigni lapsu, pene delyrant.

Delirabo & ego interim, hactenus namq; ministeriũ verbi cecinit, quo ad priorem eius partem, quæ est doctrina legis, qua vbi præsens domin9 cooperatur, peccatores humiliantur, nũc posteriorem & alteram partem canit, qua post virtutem legis, verbũ gratię humiliatos exaltat & consolatur, ita erit sensus. Nubes illę nigrę & terribiles, quibus per verbum legis, ira dei reuelatur transeunt, prætereunt & euacuantur, præ nimio splẽdore & claritate, quę in cõspectu eius est, hoc est. reuelatio & cognitio dei, qua cognoscitur eius misericordia, tam dulcis est, vt prior tumultus verbi legalis amplius non contristet. Sicut em̃ (vt Bernhardus ait) Cognitio sui, sine cognitione dei, desperationem, ita cognitio dei, sine cognitione sui pręsumptionem operatur, si modo cognitio dei dicenda est, quę sine sui cognitione est, cũ speculatiua tantũ sit necessario.

Sic Paulus 2. Cor. 4. tribuit fiduciam & spem cognitę glorię dei, dicens. Si ministratio damnatiōis in gloria est, multo magis abundat ministeriū iustitię in gloria, nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte ꝓpter excellentem gloriam, habentes ergo talem spem, multa fiducia vtimur. Et infra, Nos aūt reuelata facie gloriam dn̄i speculantes in eandē imaginem transformamur a claritate in claritatem tanq̄ a dn̄o spiritus. Vides Apl'm gloriam reuelatę faciei enarrātē pene eadē verba huiꝰ versus ponere, prę fulgore conspectus eius, Quid ē fulgor cōspectus eius, q̄ gloria seu claritas faciei reuelatę dei?

Quid ergo est gloria dn̄i? quid reuelatio faciei? diximus ps̄. 4. & aliis. Vultū dn̄i & conspectū dei super nos & in conspectu nostro positū, aliud non esse, q̄ pręsentem & propitiū dn̄m habere, in eū confidere, & vt vsus habet scripturę, nosse dn̄m, quod non nisi per fidem fit in hoc sęculo, Sic ex Hieremia Apl'us heb. 8. Et non docebit vnusquisq; proximū suū, dicens, nosce dn̄m, Om̄es em̄ scient me a minore vsq; ad maiorem. Et Isa. 11. Quia repleta est terra, scientia dn̄i, sicut aqua maris operientis, Hęc notitia dei lętificat cor, sicut notitia sui contristat, quia illa proponit misericordiā ante oculos, vt ps̄. 25. dicit. Hęc peccatū contra nos ponit semper, & cogitare de peccato semper cogit, vt ps̄. 50. dicit. Conspectus itaq; dei, est notitia reuelata dei, in qua videtur gloria seu claritas dei. Gloria aūt dei est, nostra iustificatio, quam videmus non esse currentis hominis, sed miserentis dei, vnde non nobis, sed dn̄o damus gloriam, qui vt Apl'us dicit, Om̄ia facit in laudē glorię gratię suę, vt qui gloriatur in dn̄o glorieī, euacuata penitus nostra gloria, reuelataq; ignominia nostra ꝑ verbū legis.

Transitis aūt nubibus istis, & satis humiliatis peccatoribus per peccati cognitionē, ministerio legis paratam, & in conspectū dei adductis, vbi gloriā gratię dei agnoscentes pacificant exultant & laudant, simul transeunt & grando & carbones ignis (sic em̄ ego arbitror, ad verbū, trāseunt, referēdas esse & nubes & grandinē & carbones ignis) Grando aūt, allegorice, dura & aspera legis verba significat, siue vt alibi dicit, increpationes in populis. Ignitos aūt carbones, quas idiotismo hebręo, carbones ignis vocat, intelligimus vel eosdem quos supra dixit, succēsos esse, ab igne, ipsos scz peccatores angustię igni exustos, siue eadem legis verba, quibus ignis ille penitentię in conscientia succēditur, qđ magis probo, oīa em̄ illa trāseunt, vbi dulcis misericordiæ dei, notitia reuelata fuerit, Tū em̄ nubes

prius odiosę fiunt gratę, & predicatores legis, quos abominabamur, diligimus, & verba eorum dura & vrentia tandem probamus, Non secus atque paruulus pedagogū suū & disciplinā eius odit, donec hęreditatē adeptus, intelligat, quę fuerit duri pedagogi vtilitas, quo paradigmate ad Galatas Paulus vtitur non inepto ad hunc locum intelligendū.

Hęc omnia puto prophetam accepisse ex ea parte historię vbi scribitur Moses ascendisse in montē & ingressus fuisse caliginem, scz in conspectū dñi. Neque em̄ coram dño hanc tempestatē fuisse, sed in circuitu eius dumtaxat, intelligimus, vt & versu precedente dixit. Sicut ergo Mosi ingredicti in conspectū dei, gloria dñi apparuit, vnde & retulit ex eodē consortio sermonis dñi, gloriā vultus sui, vt Exo. 34. scribitur, simul nubes grando & carbones igniti transierūt, & iam in eius conspectu non fuerunt, prę fulgore cōspectus dei, Ita & nobis docēte Apl'o, reuelata facie, dñi gloriā speculantibus, & in eandem eodē claritatis cōsortio, imaginē transformatis, multa est spes & fiducia, cessat exactor, superatū est iugū oneris eius, sceptrū exactionis ei⁹ & virga humeri eius, per paruulū, qui nat⁹ est nobis & filiū qui datus est nobis Isa. 9.

Item hic propheta, vel auget historiam, vel proprio spiritu allegoriam ludit. Non em̄ expresse legimus in Exodo, grandinem & ignitos carbones in monte Sinai de cęlo missos, sed qa valida tempestas fuit, intelliguntur, & ibi ignis, grando, nix, spiritus procellarū, nō minus mixta fuisse, q̄ in Aegypti plagis mixta fuerunt, cū vtrobique, idem legis officiū figuratū fuerit.

Hęc pro meo captu dixerim, alius abūdet suo sensu, nam verbū transierūt significare mutationē, illud Matt. 24. probat. Cęlū & terra transibunt, verba aūt mea non transibūt, quam significationē hoc tempore & loco appręhendi. Q, si quispiā volet intelligi. Nubes, grandinē, carbones, transire prę claritate conspectus dei, idest verbū & increpationes legis valere & pertingere nec impediri, quin efficiāt id in peccatoribus, propter quod prędicantur, ob pręsentiā glorię dei prędicatę, quę confundit superbiā hominū, sicut ps. 76, videtur loqui. Etenim sagittę tuę transeunt, nō dāno, potest & hic transitus, pulchre q̄drare pręcedentibus & sequētibus, quo efficatia verbi mōstrēt vt heb. 5. viu⁹ & efficax est sermo dei, & penetrātior omni gladio ancipiti, nec meū est diffinire, vtra sententia pręstet.

Et intonuit de cęlo dominus, & altissimus

dedit vocem suam.

Grando & carbones ignis.

Hic versus prope cogit, posteriorẽ sententiam precedentis versus acceptari, tamen vtranqꝫ videamus, de priore prius, Ex historia videt illud referre, quod Exo.19. scribitur Dñs respõdisse Mosi loquenti, deinde voces auditas & dñm locutũ, decem precepta. Quorum allegoria est, solius dñi voce impleri legem, Quid est em̃ Mosen loqui, & dñm respondere, nisi per Mosen legem dari, per Christum aũt, qui legi respondeat & eã solus impleat, gratiam & veritatem fieri, vt Iohan.1. dicit. Lex per Mosen data est. Gratia aũt & veritas per Ihesum Christum facta est, Intonat ergo de celo dñs, idest, de choro Ap'ico p̃dicat verbũ gratie, & idem dat vocẽ suam, per repetitionẽ dictũ, Vox em̃ dñi, vox virtutis est, vt p̃s.28. videbimus, & p̃s. 67. Ecce dabit voci sue vocem virtutis.

Qua figura & p̃s.147. pulchre ludit. Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Mittit cristallũ suam (.i. grandinem) sicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Emittet verbũ suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius & fluent aque. Quibus om̃ibus significatur, ministeriũ predicationis, quod asperũ est priore legis, dulce aũt posteriore verbi offitio. Hoc sensu, oportet, Grandinẽ & carbones ignis alia significatione accipere q̃ precedente versu accepimus, nã illic aspera & vrentia legis verba diximus, hic iucunda & refrigerãtia significari, dici oportebit. Quod & si aliquo studio possimus vtcunqꝫ asserere, vt verbũ gratie asperũ sit vrens carni & sanguini, Nescit em̃ homo precium eius, sicut Iudeis Iohan.6. Sermo Christi. qui erat sermo vite, durus erat & sermo mortis Et Paulus fatetur sese esse bonũ Christi odorem, aliis tamen in vitam, aliis in mortem, apparet tñ esse violentũ & coactũ.

Erit ergo tunc verboꝝ ordo. Dñs dedit vocem suam que est, grando & carbões ignis, idest aspera & vrens, deus em̃ noster ignis consumens est, ĩmo vt Hiere.23. dicit. Nonne verba mea sunt quasi ignis, dicit dñs, & quasi malleus conterens petram? Quare & alterã sententiã, sub iudiciũ cuiusqꝫ tractemus, vbi & si satis in precedentibus dixerat, terrã commotam, fundamenta concussa, irascente dño & ip̃m volasse super Cherubim & alia, q̃bus virtus verbi legis declarata est, & presentia dñi in ministris verbi, tamẽ hoc ipsum etiã his versibus tractat diem inculcaturus & explicaturus, dicens, Nubes ipsas pre fulgore

gore eius fuisse efficaces & dñm ĩ eis de cęlo tonasse, dedisse voces suas grandineas & igneas, ne id operis, quod lex minãdo, terrendo, turbando, iurgando, increpãdo, arguendo, vrendo, & consumendo (hęc em̃ oĩa vidimus in his versibus dari ministerio legis) operat̃, ipsis nubibus, Apostolis & prędicatoribus tribuatur, sed soli dño, qui dat nubes grandinẽ ignitos carbones transire, ipse em̃ dat hanc vocem suam de cęlo. Sic em̃ & in historia legimus, fuisse sonitũ tempestatis, ante vocẽ buccinę, vt clarior & clarior legis intelligentia det̃, assiduitate docendi.

Patet ergo & translatores non intellexisse hos versus, dũ ꝑ soloecũ verterũt, dedit vocem suam grando & carbones ignis, vbi vertendũ erat, vocem suam grandinẽ & carbones ignis in accusatiuo, a verbo, dedit, pendẽte, vbi siue vocem distinguas a carbonibus & grandine, siue coniungas, nihil refert. Modo per vtrunq; intelligas vocẽ prędicationis, quę vt varia est & varijs affectibus seruiens, ita numerosis illis cęli impressiõib⁹ figuratur, vt sunt, stelle, pluuie, grando, nebula, nix, fulmen, fulgura, & omnibus quę e cęlo labi possunt, siue viuificãtia, siue mortificantia, quoꝝ priora verbo vitę, posteriora verbo legis accomodanda sunt, Cęli em̃ sunt Apostoli vt sequente p̃s videbimus.

II, Reg. 22. Non nihil variant hi vers⁹, sic em̃ leguntur. Posuit tenebras in circuitu suo latibulũ suũ (vbi omitti[illegible] latibulũ suum, & pro tabernaculũ suum, latibulũ suum ponitur) cribrans aquas de nubib⁹ cęloꝝ (pro densitas aquaꝝ in nubibus nubiũ, densę em̃ nubes cribrare vidẽtur aquas) Prę fulgore in conspectu eius, transierũt carbones ignis. (pro quo noster textus, ibidem habet, prę fulgore in conspectu eius nubes, succẽsi sunt carbones ignis, nubes em̃ superfluunt, & succensi sunt idẽ verbum est, quod transierunt. vtrũq; significans) Et intonuit de cęlo dñs & altissimus dedit vocẽ suam (vbi non repetitur, grando & carbones ignis,) quã diuersitatẽ, ociosis & studiosis relinquo.

Et misit sagittas suas & dissipauit eos.
Fulgura multiplicauit & conturbauit eos.

Euidẽs est allegorice prophetã loqui de sagittis, cũ nihil in historia de eisdem legatur, quare sagittas appellat ip̃a fulmina de q̃bus dicit. Exo. 19. Et cęperũt micare fulgura, sic & p̃s. 76. vocat, Etenim sagittę tuę transeũt, vox tonitrui tui in rota. Hinc verba, quibus configitur conscientia, sagittę vocantur.

p̄s.39. Q m̄ sagittę tuę infixę sunt mihi. Et Iob.6. Sagittę dn̄i in me, quarꝫ indignatio ebibit spiritū meū, & terrores dn̄i militant contra me. Multa de sagittis eiusmodi passim legimus, vt & p̄s.7. Sagittas suas ardentibus effecit.

Sūt ergo ista fulgura, fulmina, sagittę, eadē verba legis, terrentia, turbātia & configētia, cor peccatoris, perseuerat em̄ ꝓpheta adhuc, in explicando & inculcando officio legis. Vnde & hic versus, argumento est, versus precedentes, posteriore sentētia ītelligēdos esse de ministerio verbi legalis, magis q̄ de verbo gratię, vt stet ratio consequentię. Diximꝰ em̄, verbū legis esse variū & multiplex in opere suo, quod in corde peccatoris operatur, terrendo, minando, arguendo, vrendo &c̄. Ideo & varijs in Sina mōte symbolis tēpestatis, & hoc alijsqꝫ locis, varijs verbis tempestatis explicatur, quę om̄ia magis ac fęlicius expentia intelligūtur, qꝫ verbis edisserentur, qn̄quidē & propheta, quasi suis v̄bis ea nequierit consequi, ad historiā sese recepit & allegoricis verbis voluit indicare, magis q̄ explicare.

Quare & nos, si alia non possumus complecti, hoc simus contenti, vniuersa illa tempestate montis Sinai & omniū verborꝫ, quibus illa refertur, nobis tradi totū illū tumultū, quem suscitat verbū dei, in corde peccatorū, quo ad odiū sui & mūdi mutantur, salubriterqꝫ occidūtur. Hęc em̄ sunt bella dn̄i virtutū, qui de cęlo dimicat cōtra eos, sicut Iudit.5. dicit Dibora. Vt stet summa, scopus & intelligētia huius psalmi in hoc, qđ Christus passus, resuscitatus, per spiritū sanctū predicatus, creditus & cultus, humiliat superbiā mundi. Hic est em̄ summarius & breuis intellectus huius totius psalmi, vt facile, quiuis intelligit qui obseruat.

Dicit aūt, dissipauit eos, hoc est, dirupit atqꝫ diuisit, non em̄ venit pacem mittere sed gladiū, quo nō modo a domesticis suis, sed etiā a seipso diuideret hō odio animę suę in hoc mundo, Et fulgura non tm̄ misit, sed multiplicauit, vt multitudine prędicantiū mundum tumultu crucis inuolueret, sic & p̄s.67. Dn̄s dabit verbū Euāgelisantibus virtute (exercitu) multa, mittam, inquit, piscatores multos & piscabuntur eos, Salutaris ergo dissipatio & conturbatio ista, qua ad veram vnitatē & pacē ducūtur. II. Reg.22. sic dicit. Et misit sagittas suas & dissipauit eos, fulgur & consumpsit eos. Aliqui per fulgura, intelligunt miracula, quibus dn̄s sermonē Apostolorꝫ cōfirmauit, quos permitto in suo sensu abūdare, neqꝫ em̄ inepte dicit.

Et apparuerunt.

Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundaméta orbis terrarum.

Ab increpatione tua dñe.

Ab inspiratione spiritus irę tuę.

Hoc ad historiam nullo modo pertinere potest, in qua nihil de fontibus aquarum, & fundamentis terrarum dicitur, nisi illud Exodi. 15. alleget, Venerunt in Helim, filij Israel, vbi erāt duodecim fontes & septuaginta palmę, quibus figurati sunt, duodecim Apostoli & septuaginta discipuli Christi, comuni oīm iuditio, vt sic propheta, totius exitus historiam, carptim tractet, & pro libertate spiritus sui, mysteria noui testamenti cātet. Reuera eñ, per ministeriū verbi, cognouit mūdus, Apostolos esse fontes aquarum, principes orbis terrarum, sicut promissum erat Abraham & semini eius, sic & p̄s. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos, principes super omnem terram. Idem p̄s. 67. dicitur, In Ecclesijs benedicite dño, de fōtibus Israel.

Siue ergo, viuos Apl'os & prophetas, siue eorum libros intelligamus, idem erit. Sicut eñ Apostolos & prophetas, nemo tales ac tantos iudicasset, nisi eos dñs, per verbi ministeriū & miraculorum virtutes reuelasset & magnificasset. ita nec libros & intellectus eorum, nisi reuelante spiritu Christi, vllus tales ac tantos arbitraretur, qui fontes & fundamenta essent terrarum. At intellectus & sensus Apostolic9, optimū, quod in Apl'is fuit esse recte creditur, vt nihil sint, reliquię vestiū, ossiū, locorum, quę simplicis vulgi fidem vtcunq; alunt, ad reliquias librorum seu potius sensus, qui nullis libris relinqui potest, sed solius spiritus beneficio seruari, in cordibus fideliū suorum. Hęc sunt fundamenta, de quibus Paulus Ephe. 2. dicit, Iam non estis hospites & aduenę, sed estis ciues sanctorum & domestici dei super ędificati supra fundamentū Apostolorum & prophetarum.

Quare & hic versus, ps argumenti est, prophetā hoc psalmo loqui in spiritu, & de historia, sumptā allegoriā, literaliter tractare, in Christo.

Hoc totū aūt factum dicit, non arbitrio humano aut prouidentia nostra. Quis enim verbo suo tantam virtutem vnq̄ tribuit, vt hęc fierent, quę ministrato Euangelio, per mundū facta sunt, incredibilia magnalia dei, hoc p̄s prædicta & nunc impleta? Facta ergo sunt hæc, ab increpatione tua dñe, quia increpasti gentes & perijt impius, salubriter increpati, in meli9

X

264

sunt mutati, sic Iohã. 16. Ille arguet mundũ de peccato. Et Ro. 11. cõclusit em̃ deus om̃ia sub ĩcredulitate, vt oĩm misereatur, Et. 3. vt obstruatur om̃e os, & subditus fiat mundus deo, quia ex operibus legis non iustificatur om̃is caro coram illo.

Altera pars versus, ab inspiratione spiritus irę tuę, sic em̃ in hebręo distinguitur. Spiritũ irę dei componit cũ inspiratiõe, qua viuificatur homo vel animal viuũ, vt Geñ. 2. Spirauit in faciem eius spiraculũ vitæ, Nonne spiritus irę potius occidit, q̃ inspiret vitam? Ita sane, spirit⁹ est, qui arguit mũdũ de peccato & reuelat iram dei super omnẽ hominem, vt Ro. 1. dicit, sed hoc ipso illis, qui hac ira humiliantur, inspirat vitam gratię sic Isaię. 11. Percutiet terrã virga oris sui, & spiritu labiorũ suorũ interficiet impiũ.

Habemus ergo ministeriũ prędicationis Eccl'iasticę hic descriptũ, & fructũ resurrectionis Christi Crucifixi, quę oĩa per spiritũ sanctificationis facta esse dicit, queẽadmodũ & Paulus Ro. 1. loquitur, insuper scriptione sua, qua breuissime & pulcherrime, om̃ia cõpręhendit, quę de ministerio verbi & fructu resurrectionis Christi, hoc psalmo dicta sunt, vt facile est videre diligenter vtraq; conferenti & obseruanti.

Misit de summo & accepit me.
Et assumpsit me de aquis multis.

Cum in superioribus, Christus cõfessus sit, sese passum, clamasse & exauditũ, deinde miracula per resurrectionẽ suam per orbem, verbi ministerio facta, cecinerit, merito querit, cur denuo glorietur se assumptũ de multis aquis. Nec em̃ postq̃ suscitatus & prędicatus est de aquis assumptus ẽ. Ego nõ arbitror, reuerti eũ ad id quod cęperat de sua liberatione, quasi de mirabilibus verbi p̄dicta interseruerit. Sed pro simplici ratione cõsequentię, opinor eum nunc loqui in persona Ecclesię suę. Postq̃ em̃ prędicatũ est verbum Crucis, turbati peccatores & ad fidem conuersi fuerunt, mox cępta est persecutio, prima oĩm apud Iudęos, donec ad gentes ire cogerentur Apostoli, propter incredulitatem & furorem eorũ.

Quare eam ipsam historiã hic canit, quam de Apostolis & fidelibus in actis Lucas scribit, Ad quod pulchre colludent sequentia, vbi populũ humilem opponit, superbo populo Iudęorũ, & gentium obedientiam contra illius inobedientiam factae, Et confiteri se dicit in gentibus, quod vtiq; non in perso

na propria potest intelligi dictũ, Facit & hoc aliquid ad rem q ab hoc versu, in finem psalmi ferme omnia verba sunt futuri temporis, cum hactenus fuerint pręteriti, vt Christum de Ecclesia & in Ecclesia loquentem intelligamus. Nam & Act. 9. Christus de cęlo ad Paulũ dixit. Saule Saule, quid me persequeris? cum tamẽ solum Ecclesiam Christi persequeretur, Sic & 4. Reg. 19. in regem Sennacherib. dicit dñs, habitaculũ tuũ & egressum tuum, & introitum tuum & viam tuã ego pſciui & furorem tuum contra me. Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas, cum tñ populũ Israel persequęretur. Hinc ps. 82. audet dicere, Quoniam inimici tui dñe sonuerũt, & qui oderũt te extulerũt caput. Et tñ sequitur, super populũ tuũ malignauerũt cõsiliũ, Hoc ẽm promisit Exo. 23. Inimicus ero inimicis tuis. Et Zach. 2. Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei, Et Geñ. 12. Maledicã maledicentibus tibi.

Dicit itaq; Christus in persona Ecclesię suę ex Iudęis collectę. Mittet de summo & accipiet me, & assumet me de aquis multis, Hoc fecit, quando spiritũ sanctum de cęlo misit & cõgregauit sibi de Iudęis furibundis, quotquot pręordinauerat, Aquę ẽm multę, hoc loco, populi Iudęorũ sunt, vt Apoca. 17. Aquę, quas vidisti, populi sunt & gẽtes, quę & multis aliis locis scripturarũ, allegorice, populos significant. Neq; ẽm hęc verba accipiendi, ereptionem a malis significant, id quod sequens versus dabit, sed electionem & separationẽ ab aliis, vt de Enoch. Geñ. 5. Quia tulit eum dñs. Et 20 propter mulierem quam tulisti, Videturq; propheta alludere ad illud Exod. 2. Vocauitq; nomen eius Mose, dicens, quia de aqua tuli eum. idem ẽm verbũ, Masa, hoc loco, quod illo, ponitur, Et Moses figura fuit eorũ, qui de aquis sumuntur, idest, de cęteris eligunt. Vnde Moses, interpretatur, non a Moys qđ est aqua, vt somniant quidam, sed ab assumendo, assumptus seu extractus, quia de aqua sumptus est.

Eripuit me de ininimicis meis fortissimis.
Et ab iis qui oderunt me, quoniam cõfortati sunt sup me.

Eripiet (vt dixi) hebręus, vt Ecclesię vocem agnoscas per Christum prędictę, Sunt autem verba fiducię & spei in deum, quia inimicos fortiores & osores robustiores se fore ꝯfitetur, vt desperandum esse, sciamus de humano quocũq; pręsidio, qui Christiani esse volumus, Non enim brachio seculari &

Hic versus aptissime ad conversionem Pauli referri potest

fulminibus vanissimis Idolorum istorum defenditur Ecclesia vera & germana, sed fictitia ista, & quę nomen Ecclesię ostēdit, virtutem aūt eius negat, legimus aūt Actis Apostolorum, quod ferox & potens fuerit popul⁹ Iudęus cū suis principibus in Apl'os & discipulos dn̄i, Verū liberati, glorificabant deū, & vel in vno Paulo conuerso, hunc versum impleuerunt.

Preuenerunt me in die afflictionis meę.
Et factus est dn̄s protector meus.

Explicat modū ereptionis, qui fuit, quod in medio persecutionis non deseruit Ecclesiā, sed affuit protegens eam, ne fortiores hostes, eam extinguerent, nec hoc solū, sed eduxit quoque eam in latitudinem, vt sequens vers⁹ docet. Hoc est, quod dicit, in die afflictionis, idest nec in ipso tempore persecutiōis, quādo videbar penit⁹ derelicta & illi superiores, me dereliquit, sed protexit me. In quo iterum fides cōmendatur nobis, esse rerū nō apparentiū, sed oportere nos credere tunc esse, presente dn̄o fortissimos, qn̄ sumus omnibus inferiores, sicut Paulus dicit. Cū infirmor tunc fortior sum. Et Iohel. 2. Infirmus dicat, qm̄ fortis sum. Non em̄ hoc prudentia carnis capit.

Et eduxit me in latitudinem,
Saluum me fecit, qm̄ voluit me.

De angustia afflictionis educet in latitudinē cōsolationis, sic Paulus. 2. Cor. 1. Benedictus deus & pater dn̄i nostri Ihesu Christi, qui consolatur nos in om̄i tribulatione nostra &c. Latitudo em̄ & angustia, allegorice, consolationē & tribulationem significant ps. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Tristitia si quidem cōtrahit, gaudiū dilatat cor & frontem, puer. 15. Cor gaudens exhilarat faciem, in merore animi deiicitur spiritus. Et 17. Animus gaudēs ętatem floridam facit, spirit⁹ tristis exiccat ossa. Et secura mens quasi iuge conuiuiū.

Saluū me fecit, melius Hieron. liberabit me, Itē, qm̄ voluit me Hiero. quia placui ei. Est aūt sensus. Voluntas & beneplacitū suum in me fuit, sicut de Christo dicitur Matt. 6. Hic est fili⁹ meus dilectus in quo mihi cōplacui. Et Luce. 2. Et in terra pax hominibus bonę volūtatis, idest, beneplaciti. Est aūt purissima confessio, fidentissima atque gratitudo in eo verbo, fecit mihi hæc dominus, nō quia digna, aut vllis operibus merita fui, sed gratuita sua misericordia, quia sic placitū fuit ante eum, vt humilia

respiceret & liberaret, vt non glorietur coram eo omnis caro, sed qui gloriatur in dn̄o glorietur, quia non currentibus nobis, sed cōplacente & miserente illo, salui erimus.

Et retribuet mihi dominus scd'm iustitiā meā. Et s'zm puritatē manuū mea℞ retribuet mihi.

Oportuit & hoc verbū, retribuet, in p̄terito, similiter cęteris, aut cętera quoq; in futuro, reddi, ne intelligentia & ordo confunderetur. Hic em̄ sese Ecclesia comparat impię synagogę, cuius cōparatione digna fuit, liberari & educi in latitudinē, & si in conspectu dei non haberet, in quo gloriaretur, nisi gratuitū beneplacitū dei, quo affectu, vidimus & p̄s. 7. & 16. peti iuditiū a deo super iustitia, Etsi em̄ nos non nisi accusatiōe nostri, coram deo iustificamur, tamen impij multis modis nobis iniuriam faciunt, pręsertim in verbo dei. Hoc est, quod hic allegat iustitiam suā, propter quā sibi retributam gloriatur liberationē ab inimicis. Aliud est em̄ iudiciū inter deū & nos, aliud inter nos & impios aduersarios, de qua re, inter Iob & amicos suos grandis disputatio est. volentibus illis, hominē posse eo peruenire, vt & iustus coram deo sit, si coram hoībus nullo sit peccato pollutus, ille cōtra, iustitiā corā hoībus arrogat, sed coram deo peccatorē sese confitetur, cui om̄es peccant & egent gloria dei.

Diximus p̄s. 12. retributionē in scripturis magis sonare, mutationem passionis q̄ dignitatem meriti. Nihil em̄ sunt merita nostra apud deū, sed ipse gratuita misericordia, dū reddit, mutat nostram tristitiam in gaudiū, angustiā in latitudinem, sicut dicit Isaię. 61. Vt darem eis coronā pro cinere, oleū gaudij pro luctu, palliū laudis, pro spiritu męroris. Caueamus ergo, iustitiam meam & puritatē seu innocentiā manuū mea℞, ab Ecclesia iactatas intelligere, corā deo, sed impij, in Ecclesiā peccata sua confitentem, iniqui sunt, qua iustitia meretur recipe contraria q̄ ab impijs patitur, & impij cōtraria q̄ sperant, Sic Deutro. 9. prohibet dicens. Ne dicas in corde tuo, cū deleuerit dn̄s deus tuus eis in cōspectu tuo, propter iustitiā meam introduxit me dn̄s, vt terram hanc possiderem, cū propter impietates suas istę deletę sint nationes. Neq; em̄ propter iustitias tuas & ęquitatem cordis tui, ingredieris, vt possideas terras eo℞, sed quia illę impię egerunt, introeunte te deletę sunt, vt compleret verbū suum dn̄s, quod sub iuramento pollicitus est, patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob. Scito ergo, q̄ non propter iusti

tias tuas dñs deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionē. Gloriari ergo aduersus impios, de iusta causa possumus & debemus, sed coram deo subdi & tacere eiq; soli gloriam tribuere oportet.

Arbitror autē iustitiam meam pertinere ad patientiam, puritatem manuū ad innocentiam, hoc est, quod inique est læsa, mala ferens propter iustam causam, & nulli malum, reddens aut faciens, propter iniuriam, hoc ipso scz merita educi in latitudinem, quia placitū est dño, pro sua gratuita misericordia, in talibus hominibus.

Quia custodiui vias domini. Nec impie gessi a deo meo.

Perstat in comparatione sui ad synagogam, vt probabūt sequentia. Iusti em̄ & si in carne sua peccatū habent, & corpus eorum propter peccatū sit mortuū, Spiritus tamen viuit propter iustificationem, vt Apostolus Ro. 8. dicit. Contra, impñ, in carne sua iustitiam suam ostentant, in spiritu tamen eorum est dolus, propter impietatem. Ita iusti foris agunt vt peccatores, intus vero sunt iusti. Impñ aūt foris sunt iusti, intus peccatores. At nulla comparatio spiritus (quę est impietas) ad peccatum carnis (quę est rebellis concupiscentia) ita nulla est comparatio iustitię carnis (quę est operatio legis) ad iustitiam spiritus (quę est fides in Christo.)

Hoc est, quod hic dicit, sese custodire vias dñi, quo aūt mō custodiuntur? In spiritu, non in carne, fide, non operibus, gratia, non libero arbitrio. Ideo adiūgit nec impie gessi a deo meo idest, hęc est custodia viarum dñi, non esse impium in deum. Impietas aūt (vt sepe dixi) incredulitas est, quę per sua opera nititur iustificari, quę vbi fuerit, nulla ē custodia viarum dñi, Hebręus simplici dictione, Rasathi dicit, idest, si liceret dicere. Impiaui, impius fui a deo meo. Impietas aūt est discessio & declinatio a deo, sicut ps. 13. vidimus. Et Hiere. 17. Maledictus vir, qui confidit in homine, & recedit cor eius a deo, ideo hebraico idiotismo dicit, nec impius fui a deo meo, non recessi a deo meo per impietatem.

Cū ergo tā magnū sit peccatū impietatis collatū reliquijs concupiscentię in carne piorū, recte gloriatur Ecclesia, se non transgressam vias dñi, nec impiam fuisse in eū, sicut sunt aduersarij eius, qui tamen propter iustitiā & zelū dei, in eā ferociūt.

18. Psal:

Quoniã om̃ia iuditia eius in conſpectu meo
Et iuſtitias eius non repuli a me.

Sugillat impios, de ꝗbus p̃s. 9. Auferunt̃ iuditia tua, a facie eius, talis fuit & ęmula eius ſynagoga, quę oĩm maxime videri voluit, iuditia dei ſe an̄ oculos habere, nõ repellere iuſtitas ei⁹ a ſe, quin Eccl'iam hui⁹ criminis reã faciebat ſemꝑ, Quę cõcertatio manet, donec caro & ſanguis manet, cuius prudentia, dũ iuſtitiam ſpũs non capit, & ſuã argui non patitur, contra prudentia ſpũs, iuſtitiã carnis laudari non patit̃, & iuſtitiam fidei pręd icat, fit, vt perpetuo bello conterant̃ hi duo paruuli Eſau & Iacob in vtero Rebeccę.

Beatus ergo vir, ꝗ meditat̃ in lege dñi, die ac nocte, hic em̃ ante conſpectũ ſuũ habet, om̃ia iuditia dei, nec repellit a ſe iuſtitias eius heb. (iuſtificatiões eius) hic ẽ, qui cuſtodit vias dñi, quę in iuditijs & iuſtitijs eius pręcipiunt̃. Haberi aũt in conſpectu iuditia dei, indicat ea diligi. Vbi em̃ eſt thezaurus tu⁹ ibi & cor tuũ erit Matt. 6. Opus aũt habem⁹ aſſidue, legem dei ante oculos nr̃os verſare, quia multis turbamur & diſtrahimur rebus & caſibus, Hoc tamen ſua ſponte faciet, voluntas in lege dñi, q̃ niſi aſſit, cito proijciemus retrorſum ſermones dñi, ad quod mox ſequitur, neglectus viaꝝ dñi, & impietas in deũ &c̃. Iuditia & iuſtificationes, hoc loco, ſic differre credo, vt iuditia ad ꝓhibitiones pertineãt, quibus iudicat̃ vetus homo, & iuſtificationes ad ꝓcepta, quibus iuſtificat̃ ſpũs nouus hõ.

Et ero immaculatus cum eo.
Et obſeruabo me ab iniquitate mea.

Hic plane confitet̃, reliquũ veteris hõis, cõtra qd̃ ſe pugnaturũ promittit, ſicut Apl'us Gal. 5. & Ro. 8. & alijs locis docet mortificare carnẽ & membra, q̃ ſunt ſuꝑ terrã, Itaq; cuſtoditis omnibus vijs dñi & euitata impietate, ſemper manet negotiũ crucifigendę concupiſcentię in nobis, quo emaculemur & renouemur de die in diem coram deo, & obſeruem⁹ nos ipſos ab iniquitate noſtra, ne nos ſuperet, peccatũ em̃ non nobis dominabitur, quia ſumus ſub gratia, nec concupiſcentijs carnis obediemus, vt regnet peccatũ in mortali noſtro corpore, licet non ceſſet ſollicitare, vt regnet & dominet̃.

Hanc renouationẽ aſſiduam & obſeruantiã peccati, impij contemnũt, mundi em̃ ſibi videntur, quia iuditia & iuſtitias dei non habent in conſpectu ſuo, nec intelligunt ꝙ grandem,

& absolutam munditiã exigant. Emphasin etiam ob eandem causam addit, cum eo. i. corã eo. Nam impij, qui has maculas cõtemnunt, immũdi fiunt, de die in diem corã dño, hoc ipso quod mundissimi coram seipsis & hominibus sunt. Dictionẽ, On, quã hoc loco, iniquitatem reddidit, nondũ habuimus, nescio qua ratione discernã ab alijs nominibus iniquitatẽ significantibus, Libenter ego, opera carnis eo significari admitterẽ, vt ad originale peccatũ referatur, vt sit, on, malũ quod effrenis cõcupiscẽtia perpetrat, hoc est, quãdo peccatũ regnat & dominatur, in opus proruens. Cetera eñ vocabula, magis legem prohibentẽ, quam originem mali furentẽ respicere videntur, sic ps. 50 Ecce in iniquitatibus conceptus sum &c. Quę si vera essent, valde nostro proposito comoda forent, vbi Ecclesia se custodire proponit, ne peccatũ reliquũ in carne, prodeat in opus.

Et retribuet mihi dñs secũdũ iustitiam meam.
Et secũdũ puritatẽ manuũ mearũ in cõspectu oculorum eius.

Repetit idem quod dixit supra, vt clarius dicat, & plura addat, hoc totũ, in aduersarios impios, qui & hęc non credunt & longe alia de se opinantur. Perpetuo eñ sugillat ex obliquo impiam synagogam, quę est gñatio illa, quę sibi munda videtur & tamen nõ ẽ lota a sordibus suis. Prouer. 30, ideo pijs seu Ecclesię perpetuo imputat immũditiam & damnationẽ, tanquam, quæ maxime pugnet contra deũ, nedum imaculata sit coram eo & custodita ab iniquitate sua. Contra quam (vt dixi) suam causam iustificat, & longe alia de se pronũtiari iudicante deo, prędicit, quam ab impijs pronuntiantur. Etsi eñ, nõ est iusta nec pura manibus coram impijs, est tamen in conspectu oculorum dei, idest, dei & oĩm, qui oculos dei habent, hoc est, qui spirituales sunt. Impij eñ omia peruerse iudicant, deus recte iudicat, ideo fit, quod hic sequitur, quod mundis omnia mũda, immũdis nihil mũdũ, Impio etiã sanctus ẽ pollutus, & innocẽs ẽ nocẽs, electus est reprobus, & diuinus ẽ dęmoniacus, prorsus cũ peruerso omia peruersa, quod accidit, quia iudicat secũdũ conspectũ oculorum suorum, non secundũ conspectũ oculorum dei. Vnde sequitur.

Cum sancto sanctus eris.
Et cum viro innocente innocens eris.

Et cum electo electus eris,
Et cum peruerso peruerteris.

Reddit hic causam, qua fit, vt impij pioru͂ om̄ia damnẽt, causa est, ꝙ immundi & peruersi sunt ipsi, & talia quisq; iudicat, qualis est ipse, vt ex Ap'lo ad Titu͂ retuli. Immundis nihil est mundu͂, quia inquinata est eoru͂ mens & conscientia. Dixit ergo puritatẽ manuu͂ se habere, & iustitiã, sed non in cõspectu impioru͂, in quo potius iniquitas & immu͂ditia abominabilis & intolerabilis est, quicquid est & facit pius, pro quo tamẽ cõtemptu reponet ei deus gloriam & honorem, interim fide & spe seip̄m solatur, dicens.

Sine, vt qui sordidus ẽ sordescat adhuc, permittendi sunt hominib9 peruersis, peruersa sua studia, nos in hoc gloriamur ꝙ in conspectu illoru͂ reprobi, in tuo sancti sumus, quia cum sanctis sanctus es tu, Hoc est, vt nouã & admirabilem afferamus glosam, cu͂ peccatore sanctus eris. Nam sanctus ille, cum quo deus sanctus est, nullus est, nisi qui sibi negat, deo soli tribuit sanctitatem, retento per veracem confessionem sibi soli, peccato, sicut illi Danielis. 3. Deo nostro iustitia, nobis au͂t confusio, sicut est dies hęc. Atq; haec ipsa veritatis confessio, qua in deu͂ referu͂t sanctitatem, facit, vt eadem refluente in eos, sanctificentur & ipsi, Veritas em̄ vere sanctificat, veritas au͂t est, nos esse immu͂dos om̄es, & solu͂ deu͂ sanctu͂.

Proinde, qui sic sunt sancti, hoc est, vere humiles & in oculis suis viles, ij quicquid deus dicit & facit, pro re sacra & optĩa habent. Et dicu͂t illud p̄s. 118. Iustus es dn̄e, & rectu͂ iuditiu͂ tuu͂, Et iteru͂ 144. Fidelis dn̄s in om̄ibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis, mortificata em̄ voluntate eorum, nõ delectantur, nisi in voluntate dei, qua quicquid eis acciderit, laudant & benedicu͂t & venerantur. Contra, peruersus & impius, cuius volu͂tas viuit in om̄ibus, nihil nõ damnat qđ deus dicit & facit, vult em̄ om̄ia scđm suu͂ sensum cadere, quẽ ipse sanctu͂ sanctoru͂ arbitratur, quod cu͂ fieri non possit, id quod reuera sanctu͂ dei est, peruertit atq; velut prophanissimu͂ & execratissimu͂ damnat. Exemplu͂ est, pius homo, in quo deus est, loquit͛ & operatur, quẽ impius ferre non põt, ita necessario cum peruerso deus peruertitur, & p̄ sancto execratus habet͛. At qualis habetur deus, talia & in habente operatur, ideo omnia peruersi peruersa sunt, etiã q̄ ex deo habet.

Vides ergo, deu͂ non quo ad suam substantiã & naturam

suam, sanctũ, electum, innocentem, peruersum fieri, sed secũdũ verbũ & opus suũ quod operatur in bonis & malis spiritibus, & vtrosq; recipere in seipsos, quod in deum referunt, Nam vt pius eo ipso quo se polluit & deũ sanctificat optime in omnibus q̃ viuit & operatur sanctificatur, ita impius eo ipso quo se sanctificat & deũ polluit, pessime polluitur in omnibus quæ viuit & operatur. Qui em̃ seip̃m sanctificat, nõ põt deum nõ polluere in om̃ibus suis verbis & factis, Qui aũt deum sanctificat in om̃ibus verbis & factis suis, nõ põt seip̃m nõ polluere, Est ne igitur mirabilis ista pollutio & sanctificatio, vt alius sanctitate polluatur, alius peccato sanctificetur? Est ne impius omnium infœlicissimus qui ipsa sanctitate polluitur? Est ne pius omnium fœlicissimus qui ipso peccato sanctificatur? Qua causa? infra dicet. Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis, Nõ est ergo sanctitas tam magna, quin polluat si homo sibi eam arroget, nec soli deo referat, nec est peccatũ tam magnũ quin sanctificet si homo vera confessione sibi idip̃m tribuat & deo aufferat.

At arduissimũ est sibi non arrogare sanctitatem & deo nõ tribuere peccatũ. Quis em̃ in omnib⁹ quę deus nobiscũ opa͞t, sic affectus est cõstanter, vt om̃e opus & verbũ eius sanctificet, idest, ceu rem sacram reuereatur & amplectatur? Quis pęnas, ignominias, mortes & om̃ia mala pro sanctis reb⁹ ducit, quas cũ reuerentia suscipiat? Iob sanctus erat vnus ex illis, cui om̃ia quę deus intulit sancta erant, dicens. Si bona suscepim⁹ de manu dñi, mala aũt quare nõ sustineamus? dñs dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit ita factũ est, sit nomen domini benedictũ.

Quęre impiũ cui vel pilus (quod aiũt) tangitur contra q̃ ipse elegerit, & vide an non ter centũ tonet ore deos, iniqua, impia, noxia esse vociferans quę sibi contigerunt, nec ex deo, sed diabolo venisse quicquid acciderit sibi tam sancto, innocenti & electo viro, his em̃ nominibus peruersus sese ornat & vendit, deo vero contra (.i. diuino operi & verbo) nocentiam iniquitatẽ, & quicq̃d mali est tribuit hac ipsa insipientia sua.

Ex hijs iam facile intelliguntur toti hi duo versus, nã cũ innocente innocens eris, aliud non est q̃ in oculis piorum videri innocentiam quicquid deus dicit & facit, om̃ia em̃ illius laudant & iustificant. At hac ipsa sua confessione & affectione coram deo quoq; sunt innocentes in omnibus q̃ faciunt & dicunt. Mutuũ em̃ felicissimũ habent cũ deo, vt qualem ipsi deũ

habent, tales habeātur a deo. Innocens aūt hoc locō thamim .i. integer, probatus, perfectus, īmaculatus dicit, vt ps 118. Beati īmaculati in via, & Can. 5. Columba mea īmaculata mea, teu frum, qui neminem lędit, oīa facit quę debet.

Ita & illud. Et cū electo electus eris, eodem sensu, aliud nō est q̄ pios sic esse affectos, vt quicquid deus cū eis fecerit, pro re electa habeant, & aliter fieri nollent, optime in ea contenti laudantes & benedicentes dominū, hoc solo sibi complacentes, quod deo sic placitū esse intelligant, sicut Matt. 11. Christus exultasse scribitur, & confessus fuisse, quia reuelarit pater hęc paruulis, & absconderit sapientibus, non alia causa, q̄ quia sic placitū fuerit ante eum. Hac aūt affectione & ipsi sunt electi corā deo, & sicut eligunt ita & eliguntur. At hęc ita habere nō capit caro, nec impij intelligunt, quibus potius cōtrariū videtur, scz nec custodiri vias dn̄i a pijs nec obseruari eos ab iniq̄tate, nec retribui puritati manuū eorum, nec esse deum cum eis sanctū, innocentem, electum, sed potius quicquid egerint, hoc totum esse impiū in deum & hominem, vnde & totum damnant pro stultitia, errore, peccato, hæresi, quicquid pij senserint & fecerint, vt hæc omnia verba Ecclesię non nisi fide capiantur vera esse, cū longe aliud in specie & oculis hoīm appareat, sicut sepius diximus.

Ex quibus intelligimus prophetā hoc loco non de electione ęternę prędestinationis, nec de prima iustificatiōis grā, sed de ipo fructu, vsu, opere & pręmio gratię loqui, Vult enim ostendere quid operetur & impetret verbū & fidei gratia in hominibus. Sicut & illud. 1. Reg. 2. Quicunq; honorificauerit me glorificabo eum. qui aūt me contemnūt, erunt ignobiles, neq; eñ homo prior deum honorificat q̄ a deo per gratiam visitet & honoretur, sed accepta iā gratia laborat, ne propter homines siue amicos siue inimicos a gratia decidat & faciat qđ deū offendat, vbi si propter deum sustineat ignominiam ab hominibus perseuerans in deo honorificando, reponet ei deus gloriam pro ignominia & contra omniū sensum, cū sancto sanctus erit, & cum electo electus. Hunc esse intellectū p̄cedentia & sequentia clare ostendunt, dum dicit sibi retribui scđm puritatem suam, quo ostendit se iam in prima gratia constitutū, iniqua patientem a deo tandem eligendum & honorandū. Et infra, Q̄m tu populū humilem saluum facies, vbi declarat se cū superbis in vsu accepte gratię versari.

Dixi aũt & superius, oportere sacrę scripturę tractatorē diligenter obseruare, ne verba dei, quę de vsu & opere gratię loquuntur, ipsius gratię principio aptet, & hinc venenũ hæreseos illius hauriat, quę tribuit libero arbitrio virtutem disponendi se ad gratiam recipiendam, quale faciunt in illo Zacharię. i. Conuertimini ad me & cõuertar ad vos, & similibus, quare, sanctum, innocentem, electũ, hoc loco, debemus imaginari piũ hominem, qui propter verbũ & fidem dei, sceleratissimus nocentissimus, reprobissimus, in oculis suis & hominũ habetur, & plane indign⁹, qui viuat, nouissim⁹ virorꝫ & despect⁹, Esse autem dñm cum eo sanctum, innocentem, electũ, aliud non intelligi, q̃ȝ eũ esse contemptorem personarũ, respicere aũt solũ ad humiles istos & contemptos, vt eos sanctos, innocentes & electos tandem declaret, quia ipsi eũ sanctũ innocentē & electũ confessi sunt & tulerunt.

Ita dupliciter potes dñm intelligere, sanctũ esse cũ sanctis, actiue & passiue, ꝙ & ab eis sanctificatur, & eos rursum sanctificat, hoc est, quod Christus quoqꝫ dicit. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego coram patre meo. Et iterũ. Qui mihi ministrat, honorificabit eũ pater meus, quõ aũt honorificat, nisi ꝙ sanctũ, innocentem electũqꝫ esse declarat, quē impꝗ prophanũ, noxiũ & perditũ habuerũt & declarauerũt? Sunt em̃ verba consolationis ad eos, qui pie viuentes in Christo contempti sunt in hoc sęculo.

Cũ peruerso aũt peruerteris, vvie es gott macht so ists nit recht, ideo ecõtra, vvie sie es machen so ists auch nit recht. Hic est Moab, ille superbus parat⁹ semper docere deum & iudicare omia, quę in suis dicit & facit deus, interim tñ nõ aliud q̃ȝ deũ ore sonans & bona ac sancta docere ac facere p̃sumẽs, id quod Iudęorũ p̄ omibus gentibus vitiũ propriũ fuit, Non em̃ deus in natura sua peruertitur, sed in verbo & opere suo quib⁹ regnat in pꝗs hominib⁹. Quare & hic in spiritu locutũ prophetã obseruantes, peruersum istũ intelligimus eũ, qui in oculis suis & hominũ nõ modo peruersus non est, sed solus sanctus, innocens, electus, plane sanctus sanctorũ, inter sidera nidũ suũ collocans, & se annulũ in dextra dei arbitrans, cui omia sordēt q̃ dicunt & faciunt pꝗ, sua vera omia fulgent, at hac ipsa peruersitate, quia peruerse de deo & seipo & omib⁹ sentit, meretur, vt sicut ipse deũ peruertit, rursus peruertatur a deo & ostendat omibus peruersus.

B. Hieron. sic transfert, cũ peruerso peruertes, Et illud, cum

innocente innocenter ages, quo indicat, actiue versus hos intelligi, quo studio dicendū quoq₃ fuit, cū sancto sanctificabis, & cū electo eliges, vel sic. Sanctū sanctificabis, innocentē innocentē facies, electū eliges, peruersum peruertes, nisi q₃ hebręus idiotismus nescio quid negotij tribuere videtur deo, cū dicit, Cū sancto sanctus eris, cū peruerso peruertes. q. d. negotiū sanctificandi, perficiendi, eligendi, peruertendi tibi dant impij, dū omia tua peruertunt & se solos iustificant.

Quoniam tu populum humilem saluū facies
Et oculos superborum humiliabis.

Vides in persona populi Christi hęc dici, qui sanctus, innocens, electus est, sed humilis, vt dixi, hoc est despectus, & qui nihil minus q̄₃ sanctus & probus, & electus sit coram peruersis istis & superbis. Ita reddit optime rationē oim pręadictorū & iustū dei iuditiū p̄dicat, ideo em̄ sanctos sanctificat, quia humiles saluos facit, ergo sancti sunt hūiles, idest, viles & abiecti, ideo & peruersos peruertit, quia oculos superborum humiliat, ergo peruersi sunt superbi & honorati & magnificati. q. d. hęc iuditij tui æquitas imo natura tua, humiles exaltare & cum illis esse, supbos aūt humiliare & cōtra eos esse, de q̄ re multa diximus & plena est scriptura.

Proprię aūt dixit, oculos superborū, non superbos, vitiū em̄ superborū in oculis est, quia alta sapiunt & ea etiam vidēt de se, quę nusq̄₃ sunt, vt non sit necesse res ipsas de quibus superbiunt humiliare, cum nullę sint, sed oculos tantū, quibus fastidiunt humiles & sese mirātur prouer. 30. de eisdem Iudęis Generatio cuius oculi sunt excelsi, & palpebrę in altū surrectę Contra Paulus Ro. 12. Non alta sapientes sed humilibus consentientes Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & si inclinauerit oculos suos, saluabitur. Ita impij oculos habent arrectos ad virtutē, iustitiam, sapientiam, pij vero inclinatos ad infirmitatem, peccatū, stultitiam, ideo superbū sequitur humilitas, & humilem suscipiet gloria. Prouer. 29. Et contritionē p̄cedit superbia, & ante ruinā exaltatur spirit⁹, eiusdem. 16. O q̄lia verba, quantę sententię.

Quoniā tu illuminas lucernam meam.
Dn̄e deus meus illumina tenebras meas.

Et hoc ad populū Christi pertinere satis clarum est, Chrus enim tenebras illuminandas non habet, quod aūt dicit, hoc est, Illi habēt oculos excelsos, & superbus quisq; sibiipsi est dux & lux, neminem audit, nemini sensu cedit, nec deo ipsi, quem cū omib9 suis etiā peruertit, sed popul9 humilis tuus, stultus fit, vt sapiens sit, de se desperans, tibi dat manū & magisterio tuo se subdit, dirigi vult lumine tuo, sicut ps. 88. Dñe in lumine vultus tui ambulabunt. Et. 4. Signatū est super nos lumen vultus tui dñe. Et. 31. Firmabo sup te oculos meos. Sic figura Exodi quoq; docet, vbi per desertū horribile in quo erant serpentes flatu vrentes, scorpiones & dipsades, vt Deut. 8. dicitur. filii Israel ducti sunt non suo magisterio, sed columnę nubis & ignis, idest, diuina illuminatione. Ita in Christo surrexit Ierusalem & illuminata est, quia venit lumē eius & gloria domini super eam orta est, vt in lumine eius etiam ambulent gentes & reges in splendore ortus eius. Isa. 60. vbi dicitur quoq;. Nō erit amplius tibi sol ad lucendū, & splendor lunę non illuminabit te, sed erit tibi dñs in lucem sempiternam, & deus tuus in gloriam tuam.

De hac luce abunde ps. 4. dictum est, q sit verbum Euangelii, sicut Petrus dicit. 2. Pe. 1. habemus firmiorem propheticū sermonem, cui benefacitis attendentes tanq̄ lucernę lucenti in loco caliginoso donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. In tot em̄ perturbationibus vtriusq; fortunę, ceu in quadā tenebrosissima tempestate nō habemus aliā cynosuram aut elicen, idest, stellā maris, q̄ verbū dei, quo dirigimur quotquot seruamur. Quę est ergo lucerna nostra q̄ hoc verbi lumine illuminatur? sine dubio cor nostrū, siue id cōscientiā siue intellectū voces, nihil refert. Ac vide, q penitus nihil tribuatur dictamini naturali & vniuersę prudentię carnis, quod apertis verbis, tenebras suas appellet, quicquid absente verbo dei in nobis fuerit, quas illuminari petit lumine verbi dei, qđ facile capit, qui in tentationibus versatur, Nam hic intelligit q nihil possit consulere ratio vniuersa, imo quo quis sapientior est, eo fit in periculis insipientior, solū verbum dei sustentat & consulit quid faciendū sit, nempe fidendū & expectandā a deo salutem, vt sequitur.

Quoniam in te eripiat a tentatione.

Et in deo meo transgrediar murum.

In te, non in me, te rectore, teqꝫ illuminatore, non me cursore & operatore, euadam tentationes, sciens quod manu tibi tradita consiliū tuum expectandū sit. Sic ps. 43. Nec em̄ in gladio suo possederunt terram & brachiū eorū non saluauit eos, Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui, quoniam placuisti in eis. Tu es ipse rex meus & deus meus qui mādas salutes Iacob. In te inimicos nr̄os ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis, Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus nō saluabit me &c. Ecce vera Christi Eccl'ia nescit brachiū saeculare, quod hodie impij pontifices vnice amplectūtur, inuocant & metuūt, quam pulchre concordat eorū vita & sensus cū diuinis scripturis.

Hieron: &. 2. Reg. 22. rectius. Qm̄ in te curram accinctus & in deo meo transiliā murū, metaphoram em̄ trahit a militibus animosissimis in bello, Nam accinctus, qui gedud hebraice dr̄, 4. Reg. 24. latrunculus dicitur, quem nos militem dicimus. Sic em̄ dicitur ibidem. Immisitqꝫ dn̄s ei latrunculos Chaldeorū, & latrunculos Syrię, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorū Ammon. Vult ergo dicere, In fiducia tui tuęqꝫ illuminatiōis ad nullius pauebo occursum, pugnabo aduersus quodlibet genus inimicorū, superabo murū & quicquid oppositū mihi fuerit, hoc est, qui in me infirmor, in te ero inuict9, & sicut Paulus gloriatur Phil. 4. Possum om̄ia in eo qui me confortat. Et. 2. Cor. 2. Deo gratias qui nos semper triumphat in Christo. Quare murus hoc loco non peccata significat saltem sola, sed potentiam quoqꝫ inimici contra quā pugnat Ecclesia Christi per fidem verbi dei, sicut in re militari pugnatur contra muros hostium, Nam turres & muri in scripturis allegorice significāt duces protectores & maiores in populis, vt p̄s. 121. Fiat pax in muris tuis & abundantia in turribus tuis, idest, in maiorib9 & rectoribus Ecclesię. Isaię, 49. Ecce muri tui in oculis meis semp̄, Ita hic. Murū pro muros, idest omnem potentiā huius mūdi, in qua fortis ille custodit atriū suū donec veniat fortior & vincat eum.

Et proprię dicit transiliam seu transgrediar non diruam aut destruam, quia potestas mundi non tollitur per verbum fidei, sed superatur tantum, Non enim Christus Cęsaris regnū

sustulit, sed sublimius regnū veritatis condidit. Et Paulus subijcit omnē animā potestatib⁹ sublimioribus, Ro. 13. scd'm carnem, qui tamen scd'm spiritū omnes asserit liberos esse in Christo. Similiter & Petrus. 2. Pet. 2. increpat futuros illos dominationū contemptores, qui & ipse libertatem Christianā prędicat. Ita vincimus oīa, tunc maxime, quādo oībus subiacemus.

Deus meus impolluta via eius, eloquia dñi igne examinata.
Protector est omnium sperantiū in se.

Meus, non est in heb. sed absolute, Deus, quod idiotismo hebraico dicitur, pro eo quod nos diceremus. Dei impolluta via, hebreus em̄ dicit, dei impolluta, via eius, vt ps. 67. mons in quo beneplacitū est deo habitare in eo. Et Geñ. 2. de ligno, quod est in medio paradisi, non comedes ex eo, quē loquēdi morem & nostra vernacula habet, dū dicimus, Von dem holcz mitten ym paradisz, da solt u nit von essen. Itē, Eynem regenten der Kirchen, dem gepurt nit zu streytten. &c.

Pergit aūt dulci affectu, quo delectatur in deo, diuina etiā verba cōmendare, sicut hactenus opera cōmendauit, aduersus tam opera q̄ verba superborū & impiorum. Nam, q̄ deus cum sancto sanctus est, & corroborat eos, qui in eum confidunt, hoc facit, per conscientiam puram. Pura em̄ conscientia lęta & animosa est, Pura aūt non fit, vllis operibus aut doctrinis hominū, sed lege & via dñi, vt ps. 18. Lex dñi immaculata conuertens anīas. Quale em̄ est verbū dñi, talis & via, idest vita s'm verbū, qualis vita, talis conscientia. At verbū dñi sicut argentū igne examinatū, purgatū septuplum ps. ij. atq; hoc facit, vt impij in deo lætari non possint, sed omnia eorum sint peruersa quia inquinatę sunt vię eorum qbus omi tēpore, q̄s in doctrinis & mandatis hominū ambulant & sibi in eisdem placent, etiam ipsa lege dñi tracta in suas easdem opiniones.

Quare comparationē oportet obseruare, qua Ecclesia se synagogę per totū comparat, glorians in deo, qui non modo omnia opera Ecclesię probat, sed & doctrinā verbi purissimā ei dedit, iuxta quā sancta, electa & innocens viuit. Contra impię synagogę, & opera & verba polluta facit, q̄tumlibet aliud in oculis hominū appareat. Nam vt impij vitam ita & doctrinam piorum pollutam esse iudicāt, ignorantes iustitiam fidei,

quę ex deo est, & suam quęrentes statuere quę ex operibus est. Ex qua deinde non pōt aliud sequi q̄ fiducia & pręsumptio, contra quos dicit hic, protector est oīm sperantiū in se. Qui em̄ in via dei ambulant & verbo eius inhęrent, non in seipsis confidūt, sed in deo, a quo etiā solo proteguntur, cū illi suis se viribus, operibus, doctrinis protegāt, opus em̄ habent pij ꝓtectore deo, cū propter impollutam viam dn̄i & pura eloquia dei semper ab impijs patiantur & ad perditionē quęrantur.

Quoniā quis deus pręter dn̄m?
Aut quis deus pręter deum nostrū?

Protector est oīm sperantiū, quia ē vnde possit protegere, cū pręter eū non sit deus alius, qui noceat. Sic 1. Reg. 2. Non est sanctus vt est dn̄s, neq; em̄ alius est extra te & nō est fortis sicut deus noster. Ex quo loco Dauid huius versus partē posteriorem accepit, sunt em̄ eadem verba, Hieronymus quoq; hebręū Zur, non vertit, deus, sed fortis, dicens, & quis fortis sicut deus noster, Non etiā coniūctio disiunctiua, aut, sed copulatiua, &, poni hic debet, Est em̄ versus tautalogicus.

Est igitur sensus consolatorius Ecclesię aduersus insultationem & iactantiā Phenennę istius synagogę. q. d. Si ille ꝓtegit, quis nocebit? Si deus pro nobis, quis contra nos? Quis ē qui vobis noceat, si boni ęmulatores fueritis? Sic & Anna. 1. Reg. 1. contra suam emulam ꝓsumptuosam eadem dixit & addit. Nolite loqui sublimia gloriantes, quia non in fortitudine sua roborabitur vllus.

Deus qui pręcinxit me virtute,
Et posuit immaculatā viam meā.

Iterū hebraismus, Deus qui pręcinxit, pro, Deus ꝓcinxit, vel, Qui pręcinxit, sicut deus meus, impolluta via eius. Et idē vocabulū hic, immaculatā, qđ illic impolluta, scz Thamim idest innocentē, vt ibi, Cū innocente innocēs eris, Supra dixit Impollutā viam dn̄i, hic impollutā viam suam iactat, atq; cū superius abūde dixerit se non impie gessisse a deo, & iustitiā suam ac puritatē manuū suarū confessa sit, quid denuo eadē toties repetit & ingeminat velut superfluis verbis Battologisans? Dixi, meo sensu, ꝓphetā hoc psalmo Ecclesię primitiuę statū in persona Christi canere vsq; ad vocationē gentiū,

ideo in principio caput eius Christus introductus est, deinde Euangelij predicatio & Ecclesię ortus in Iudęis, & comparatio eiusdē cū reproba relictaq; parte synagogę, quæ suis iustitijs superbiens, Ecclesię fidem irrisit atq; contēpsit, deniq; & prohibuit & persecuta ē, sicut Pharao filios Israel in Aegypto oppressit ne multiplicarentur.

Nunc vero profectū & multiplicationē eius canere videt̄, ꝙ quo magis impij prohiberent, hoc magis fideles multiplicarentur, Hunc esse sensum & verba & sequentia monstrabunt. Virtus em̄ qua hoc loco se cinctā dicit, ea est, quę multitudini & exercitui tribuitur, sicut Isaię.60. Quādo conuersa fuerit ad te multitudo maris & fortitudo gentiū venerit tibi, idest, magna vis, hoc est, grandis multitudo gentiū. Exo.15. Pharaonē & virtutem eius proiecit in mare, vnde hęc dictio, heil, sepius ꝓ exercitu, q̄ hic & alijs locis pro virtute, transfertur, Sic & latini magnā vim pecuniarū, hominū, equorū &c. dicunt, qñ multitudinē significant.

Igitur cingi & circundari Ecclesiam virtute est illud quod Lucas Act.2. dicit, dñs aūt augebat, qui salui fiebant quottidie in idipsum. Et.5. magis aūt augebatur credentiū in dño multitudo virorū ac mulierū. Idem significat quod cū prius viam dñi impollutam dixisset, nunc suam viam impollutā dicit, cū tamē eadem sit via sua & dñi, ipsa em̄ viam dñi ambulat, non suam quę nō sit dñi, hanc em̄ synagoga ambulat, vt Isa.53. dicit, nos om̄s errauimus, vnusquisq; in viā suā, Et Gen̄. 6. Oīs caro corruptam fecit viam suā, Quare viam Eccl'ię poni seu dari (vt hebręus dicit) immaculatā ē probari & cōfirmari talē multorū imitatione, quod nisi fieret, cū tot sint impij qui eam noxiam & immūdam criminentur, tandem deficeret. Quare oportuit in Ecclesia fieri, id quod Exodi primo figurate dicit, filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, & roborati nimis impleuerūt terrā. Et iterū. quanto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur & crescebant. Ideo aptius hic dixit, viam meam, ꝙ exemplo Ecclesię ambulantis in via dñi multos attraxit in eandem viam, Ipsa em̄ in Ap'lis absq; medio ex deo habuit viam dñi, cæteri aūt ministerio & exemplo Apostolorum & prędicantiū discipulorū, Id quod etiam perpetuo in Ecclesia seruat deus, vt om̄s quidem habeat a solo seipso doctos, & tamē oēs per hominū ministeria, verba & exempla trahat, & per viam ecclesię in viam suam, q̄ eadem

est ducat, Hieron. 2. Reg. 22. reddit. Et complanauit perfectam viam meã, quod facile in eandẽ cadet sententiã.

Q ui perfecit pedes meos tanquã ceruorũ, Et super excelsa statuens me.

Hiero. hic &. 2. Reg. 22. Coęquãs pedes meos ceruis, & sup̄ excelsa mea statuens me. Scio in superioribus me per pedes exposuisse affectus animi & mot⁹ cordiũ, vt p̄s. 13. veloces pedes eorũ ad effundendũ sanguinẽ, quæ expositio in multis locis scripturę, forsitan, & hoc valet, sed audebo meo iterum sensu abũdare, & ecclesię pedes sic ĩtelligere, vt cohęrẽtia apti⁹ q̃dret. in sp̃ũ em̃ versamur cũ ꝓpheta. hic em̃ versus rationẽ mihi reddere videtur precedẽtis, in quo viã suã dixit, auctã & roboratã imitatione multorũ, quod nullis alĳs viribus factũ est, q̃ ministerio Euangelĳ, quod non sine magno miraculo virtutis diuinę, tam multos, tam velociter ad Ecclesiã congregauit, cũ via dñi, quã ecclesia ambulat aduersaria sit omi prudentię carnis, nec possit impolluta iudicari ab vllis hominib⁹, nisi deus illorũ corda mutarit, id quod incredibili velocitate perfecit ministerio verbi.

Pedes ergo Ecclesię sunt ip̄m ministeriũ verbi, siue qđ parũ refert, ipsi Euãgelistę, Sic Paulus se cursum consũmasse ad Timotheũ scribit, & Act. 20. Dũmodo consumẽ cursum meũ & ministeriũ verbi quod accepi, Et ad Galatas, Ne in vanum currerem aut cucurrissem, De ĳs pedibus loquitur Ezechielis visio, vbi pedes quattuor animaliũ scribit fuisse pedes rectos, & Isaię. 52. quẽ Ro. 10. Paulus adducit. Q; speciosi super montes pedes euangelisantis, prędicantis pacem, annũciantis bonũ &c̃. i. ꝙ dulcis prędicator, qui prędicat gratiã & remissionem peccatorum. Et Michee. 5. Surge tritura filia Zion, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam ęreas. Iterum Isaię. 32. Beati qui seminatis super omnes aquas immittẽtes pedem bouis & asini. Et multa similia passim in scripturis. Inde bos in area pedibus triturans, Euangelistam significat Paulo 1. Cor. 9. Nõ alligabis os bouis triturantis.

Nota autem est, ceruorum illa insignis celeritas, quæ & verbo tribuitur p̄s. 147. Velociter currit sermo eius.

Quę aũt sunt excelsa ista super quę statuit eam dñs? & quæ cõuenientia pedum & excelsorum? deinde velocitatis & status? Alÿ cęlestia intelligũt, in quibus posita est ecclesia, Mihi adhuc de pedibus loqui videtur, Hebręus em̃ dicit, Stare me fecit, id quod pedũ est propriũ, quare simpliciter sentio, idem hic dicí quod Isa. 40. dicit. In montem excelsum ascende tu, qui Euãgelisas Zion. Exalta in fortitudine vocẽ, tu q euãgelisas Hierusalem. Exalta, noli timere, dic ciuitatib⁹ Iudę, Ecce deus vester. Eodem consilio &, 52. adiecit, montes dicens, Q̃ speciosi super montes pedes euangelisantis, forte & hoc a ceruorum ingenio sumptũ est, qui fœtus suos exercent cursu, fugãq; meditari docent, ad prerupta ducunt saltũq; monstrant.

Nihil ergo pugnant cursus & status pedum istorum, qñ & Ezechielis primo scribunt̃ & ambulasse & stetisse. Excelsa autẽ siue montes siue prerupta, nõ intelligo nisi turbas populorum multorũ, in quorũ medio p̃dicator stat, & cũ fiducia cõstanter annũciat verbũ dei, quod nõ est virtutis humanę, sicut Chr̃us indicat, dicens Lucę vlt. Induemini virtute ex alto, ideo dicit. Stare me fecit. Sic Petrus stat Act. 2. Et eleuat vocem suã ad Iudęos, & Paul⁹ varÿs locis. Et Chr̃us p̃s. 81. Stat ĩ medio deorũ, hũc statũ Isaias. 40. sua magnifica exhortatione satis clare exponit. Turbas aũt populorũ mõtes vocari ex multis locis patet. Sic em̃ Babylonem Hieremias vlt. montem vocat, & quęlibet Ecclesia mons dicitur, sicut vniuersalis Eccl'ia, mons dñi dicit̃ p̃s. 67. & Isa. 11. &c̃. Mea aũt excelsa hebręus dicit, in quo vel p̃uidentiã dei signat, quę fecit, vt ministeriũ verbi nõ profuerit, nisi ÿs, qui ad ecclesiã vocandi erant, vel simpliciter ipsas ecclesias partiales sic appellat.

Qui docet manus meas ad prælium. Et posuisti vt arcum æreum brachia mea.

Perstat in cõmendandis eloquÿs dei & virtute eorũ, nõ em̃ solũ impolluta & igne probata sunt, nec solũ docent & cõuertũt multos ad fidẽ per ministeriũ prędicantium sicut hactenus dixit, sed & potentia deo sunt (vt Paulus. 2. Cor. 10. docet) ad destructionẽ munitionũ, consilia destruentes, & omnẽ altitudinẽ extollentem sese aduersus scientiã dei, & in captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectũ in obsequiũ Christi. Sic & ad Titum pręcipit Ep̃m esse potentem non modo vt exhortetur in doctrina sana, sed & contradicentes redarguat, nec id nisi sermõe

fideli, qui est scd'm doctrinam, non argutijs humanis aut ratiunculis philosophicis, Hoc est qd' hic dicit.

Qui docet manus meas ad prẹliū, neq; em̄ ecclesia mundano prẹlio implicita est, suū habet ipsa prẹliū, qd' iā ex Paulo retuli. Aduersarios scz verbi, quib⁹, nisi dn̄s doceat manus ad prẹliū, & ẹrea nobis brachia ponat, frustra cōgredimur, Neq; Moses & Aaron poterant Iannem & Mambrem superare, nisi in digito dei. Ex humanis rationibus, non nisi noxiẹ oriuntur contentiones, inuidiẹ, sectẹ, vt idem Paulus docuit. Credo aūt allegoriā istam ex re bellica sumptam, in qua manib⁹ & brachijs potissimum res geritur facile intelligi, nihil aliud velle, q̄ p̄dicatoribus diuinitus eruditis dari infatigabilem & inuictam verbi docendi virtutem ad redarguendos omnes aduersarios, sicut & Christ⁹ promisit. Ego dabo vobis os & sapientiā, quibus nō poterunt resistere & contradicere om̄s aduersarij vestri. Sic Act. 7. non poterant resistere sapientiẹ & spiritui, qui loquebatur. Hoc & Gamaliel Act. 5. affirmabat dicens. Si opus istud ex deo est, nō potestis dissoluere.

Et dedisti mihi protectionē salutis tuẹ, & dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.

Nescio vnde iste venerit versus, in hebrẹo pro ijs omnibus vnus versus sic habet. Et dedisti mihi clypeū salutis tuẹ, & dextera tua confortauit me, & mansuetudo tua multiplicauit me. Nihil hic de disciplina, de correctione, de fine, de doctrina dr̄, sed & 2. Reg. 22. omittitur particula ista. Et dextera tua suscepit, vbi vitio scriptoris legimus. Et mansuetudo mea. pro mansuetudo tua.

Totam itaq; victoriam, quā doctis ad prẹliū manibus, & ẹreis brachijs retulit ex aduersarijs, Ecclesia nō sibi, sed pia gratitudine ei cuius est, refert acceptam, ac si dicat, Q᷑ nō succubui in prẹlio isto pietatis, saluaq; mihi mansit doctrina syncerẹ fidei, fecit, ꝙ salus tua fuit protectio mea, & fauor tuus seruauit me. atq; hoc miraculo video, tuẹ fuisse solius benignitatis, victis aduersarijs auctū esse numerū meū.

Qꝫ aūt grande & periculosum sit prẹliū istud doctrinarū,

274

Quam nemo nisi expertus facile credit, Paulũ videmus in Galatis & omibus epl'is, q̃to spiritu, q̃taq; sollicitudine in hoc prelio sudet ipse & nos armet. Astutissimus em̃ est serpens antiquus & simpliciũ corda facillime fallit, imo quẽ nõ fallit? Accedit ad difficultatẽ, q̇ Eccl'ię doctrina supra captũ humanũ est, quam nisi deus solus doceat, seruet, triumphet, augeat, om̃ia alia stãt a parte aduersarij, multitudo, magnitudo, vis, eloquentia, ingenia, eruditio, species, opes, vt vere sit solius protegentis dei & sustentantis dexterę, vt hi seruentur, qui iam credũt, & hi aggregentur qui contradicũt. Vnde & Paulus plus orationib⁹ agit apud deũ ꝓ ecclesijs, vt deus custodiat fideliũ corda & intelligentias ne corrũpantur sensus eorũ serpentis astutia & hominũ nequitia, q̃ q̇ solis verbis, licet & ipsa ex deo, tã q̃ arma dei habeat p̄sumat. Gratia ergo est esse instructũ ad prẹliũ, sed maior gratia vincere in prẹlio & seruare ciues ac subiugare hostes, rem augere, nõ solũ tueri.

Qui ergo sumus nos, vt vel p̄sumamus veritatem tueri & aduersarios superare, aut si id non prẹstiterimus, indignemur? Mansuetudinis diuinę est seruari & augeri, nõ nr̃ę p̄sumptiõis, vt stet gloria soli deo.

Iam quid de nostra faciemus translatione? poterit idẽ sensus esse, corrigi per disciplinã dñi in finẽ, & doceri per disciplinã dñi, qui est, multiplicari per benignitatẽ dei, Sed tanta opus est vi & tortura, quibus eũ sensum repugnantibus vocabulis exprimamus, vt prẹstet prorsus transire, contentos hebraico & textu & sensu.

Dilatasti gressos meos subtus me,
Et non sunt infirmata vestigia mea.

Victis scz aduersarijs verbi, & sermone dei cõfirmato atq; ꝑ ip̄m seruatis & auctis fidelib⁹, nõ mõ nõ sunt coartati & imminuti, qđ aduersarij volebant, sed dilatati & confortati gressus eius, qđ fœcit mansuetudo dei multiplicantis eam etiã inuitis oppressoribus, quia multo plures per eos incedũt, q̃ antea dũ opprimerentur, vt supra ex figura filiorum Israel in Aegypto monstraui.

Idẽ est per tautologiã, vestigia mea nõ sunt infirmata, idest robustissime firmata, quę impij conati sunt infirmare, Negatiuã em̃ diximus sępe esse vehementiorẽ affirmatiua in sac. lite. Tropũ hũc hebreũ esse notũ credo, qđ firmare significet, statuere, implere, seruare, quomõ Ap'lus Ro. 4. dicit legẽ per fidẽ nõ

destrui, sed statui, quã Ro. 8. dicit infirmari p̃ carnem, Et iterũ 4. p̃missionẽ dicit, firmari per fidẽ, rursus non solũ nõ firmari ex lege, sed etiã exinaniri. Eodẽ mõ & hic dici oportet, vestigia firmari, esse viã dei qua Eccl'ia incedit corroborari, qđ fit dũ multiplicãtur fideles, qui perambulẽt simul in ea.

Quare appellet aũt suos gressus, & vestigia sua cũ sint gressus dei & vię dñi, supra dictũ ẽ, Eccl'ia em̃ exẽplo suo facit vias dñi esse suas, & corã hominib⁹, vbi exẽplũ valet, nõ videt̃ nisi via eccl'ię esse, sed ĩ fide cognoscit̃, totũ id, qcq̃d ẽ, diuini opis esse.

Alijs videt̃ dilatari gressus subtus eccl'iam, esse eã hilari charitate operantẽ, qua angustijs p̃secutionũ superior ẽ, latitudo em̃ hilaritas & cõsolatio est, sed cõsequentia nõ satis decora ẽ.

Persequar inimicos meos & cõprehendã illos Et non conuertar donec deficiant.

Experta benignitatẽ dei mirabilẽ, qui multiplicat dũ aduersarij minuũt, dilatat dũ illi artant, firmat dũ infirmãt, concipit fiduciã etiã persequẽdi & vltro insectãdi, donec ad internitionẽ aduersarios deleat, atq̃ ita factũ ẽ & fit in om̃i victoria populi dei, vt ĩ principio belli videant̃ hostes superiores & insuperabiles. At facta impressiõe cõfortatur, hostes cedũt & cędũtur, tũ ipsa persequi pręliũ cęptũ nõ desinit, donec cõsumat oẽs aduersarios. Quare hic versus perseuerãtiã belli seu victorię & infatigabilẽ vsq̃ ad finẽ virtutẽ ecclesię describit. Quod & verba, persequar, itẽ cõprehendã, nõ cõuertar, donec deficiãt, seu vt Hiero. vertit, donec cõsumem eos, satis p̃bãt, persequar em̃ hic nõ nouũ belli initiũ, sed p̃fectũ cœpti significat sicut p̃s. 33. Inquire pacẽ & persequere eã, idest, in finẽ vsq̃ sequere, Et comprehendã eos significat in totũ capi & penitus occupari eos.

Hoc figuratũ est in bello Iosuę cõtra Haitas, in q̃ filij Israel primũ cęsi & infirmati ad desperationẽ, deinde insidiose fugientes, donec hostes longe ab vrbe traherent, versa facie in eos vsq̃ ad internitionẽ eos deleuerũt. Quo significabat sp̃us fore, vt Eccl'ia principio simulata fuga, idest passionib⁹ s̃m carnẽ infirmata, cedere videret̃, cũ s̃m sp̃m fidei fortis, tandem vinceret & penitus deleret hostes, Sic Arriani primo fortes, tandẽ ad nihilũ vsq̃ consumpti sunt, Non sic in libris Iudicum vbi toties scribitur, filios Israel nõ potuisse delere Iebuseos,

Confringam illos nec poterunt stare,
Cadent subtus pedes meos.

Planus est sensus ex prędictis, scz quod aduersarios comphensos cędit & conterit, & ipsi amissa virtute nequeãt surgere neque resistere cędenti, describit em̄ hic versus aduersariorũ infirmitatem, sicut pręcedẽtes Ecclesię fortitudinẽ. Cadere sub pedibus, simplici tropo dictũ puto, pro eo quod est humiliari aduersarios & conuerti ad fidem, Arbitriũ tamen esto lectori, & hic pedes Ecclesię ministeriũ verbi intelligere, sicut Lucas dicit in Actis. Multa turba sacerdotũ obediebat fidei, Tũc cadere sub pedibus idem erit, quod obedire Euãgelio.

Et præcinxisti me virtute ad bellum,
Et supplantasti insurgẽtes in me subtus me.

Iterũ virtus hoc loco ea est quę supra memorata est, Et pręcinxisti me virtute. i. multitudine fideliũ coronasti me, hic vero addit, ad bellũ, in quo gloriatur sese non modo auctã fideliũ multitudine, sed etiã multitudine bellatorũ. Ex cęsis em̄ & victis aduersariis quam plurimi conuersi sunt & facti duces & pastores ecclesiarũ, potentes in doctrina sana ędificare simul & pugnare, tenentes altera manu gladiũ, altera ędificantes, vt de Neemia dictũ est.

Auctis aũt hoc modo bellatoribus, facile fit supplantare quoscũque insurgentes & extollentes se aduersus scientiã dei, hoc est, aucta ecclesia semper augetur magis, & succrescit germinãs, id quod in primitiua Iudęorũ Eccl'ia vidimus impleri.

Illud, subtus me, ad verbum supplantasti pertinet, sicut superius dilatasti gressus meos subtus me, ad verbũ, dilatasti, porro soloecũ hunc, subtus me, pro sub me, vel subter me, relinquo grãmaticis iudicandũ.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum,
Et odientes me disperdidisti.

Hactenus de iis locutus est Iudęis, qui per verbum victi & humiliati in Ecclesię augmentũ venerunt. Nunc de reprobis & in incredulitate perseuerantibus loquitur, Quos inimicos & osores vocat, neque em̄ atrocius odium passa est Ecclesia, quam ab

ab ipsis fratribus Iudęis, Vide aūt proprietatem verborū, dedisti eos mihi dorsum, & disperdidisti, terribilia sunt hęc, synagoga vincitur & fugit, Eccl'ia vincit & insequitur, hoc enim est inimicos dari in dorsum, vt Geñ. 49. Iuda manus tua in ceruicibus inimicorū tuorū, sed & illud miserabile est, synagogam manere semper auersa facie ab Eccl'ia, hoc est perpetuo odio. Agnoscere nō vult nec potest, & odiū nō ponit, nec tñ quicq̄ cōtra eam promouet, sed semper fugit & cedere cogitur, Hęc vsq̄ in hodiernū videmus ad oculū in Iudęis fieri, ita vt aptius eorū conditio nō possit exprimi paucis verbis, q̄ q̄ sunt positi dorsum, tantū ad odiendū & mala ferenda dati.

Ita & disperditos esse clarius videmus q̄ legamus, sed lōge miserabilius est qđ sequitur.

Clamauerunt, nec erat, qui saluos faceret
Ad dñm nec exaudiuit eos.

Sic & prouer. 1. de eisdem dicit. Tunc inuocabūt me & nō exaudiam, mane consurgent & non inuenient me. Synagogæ vanissima studia & irrita vota designans, quibus sese deo seruire & eum placare credunt, cū ille annūciato eis Christo, neminem nisi in Christo audire & saluare velit, Neq̄ eñ est datum aliud nomen sub cęlo in quo oporteat nos saluos fieri Act. 15 Ita frustra oĩa laborant, frustra inuocant, frustra orant, nō est eis saluator nec exauditor, nec tamē cessant a sua p̄sumptione indurati, de q̄ miseria passim in pphetis multa & horribilia.

Et cōminuā eos, vt puluerem ante faciē venti, vt lutum plateatū delebo eos.

Ista contusio & cōminutio p̄s primo tractata est satis, q̄ Iudęi duplici cōtritione contriti sunt, & facti sicut puluis, quē proijcit ventus, Videmus enim eos toto orbe dispersos, nusq̄ sede quieta & certa habitantes, nullū regnū, nullū principatū, nihil prorsus viriū habentes, multo aūt magis ĩ varias impietates spiritualiter dispersi sunt, dum omissa fide Christi varijs & peregrinis doctrinis circūferuntur, Sic & in cōculcationē dati sunt oĩbus gentibus per orbem, sicut lutū plateatū, qđ euacuatū, prorsus nulli vtile est, nisi ad contaminandos pedes, Sic Isa. 10, erit in concul cationē quasi lutū plateatū. Et hebręus dicit, vt lutū plateatū euacuabo eos, hoc est, sicut Matt. 5. de sale

&

infatuato dixit, Ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus, Iudæis vero & hic duplex est conculcatio, q̄ & corpaliter omībus subiecti sunt & cōtempti, sicut inutile lutum, deinde & spiritualiter a demonib⁹ per ignominiosam doctrinā.

Obserua emphases, puluerem & lutū platearū, electi sunt, terra solida bona & fœcunda, non puluis sterilis vento expositus. Et lapides preciosi, honorabiles, expoliti, non lutum ignobile & vacuū omī vtilitate. At sicut e puluere & luto oīa euacuata sunt, q̄ aliquid sunt, ita & a reprobis, vt nihil in eis sit reliquū qđ vsum habeat in rebus.

Eripies me de contradictionibus populi,
Constitues me in caput gentium,
Populus quē non cognoui seruiet mihi.

Hic Christus in persona sua loquitur, q̄q̄ & superius dicta omīa ad personam eius pertinere possint, eo q̄ ipse omīa fœcit, & ecclesiam facere eadem fœcit, clare aūt prophetat reiectiōnem synagogę, & assumptionē Ecclesię gentiū, Sic & Aggei 2. Christus vocatur desideratus gentibus, & Gen̄. 49. Et ipse erit expectatio gentiū. Et Isa. 11. Radix Iesse qui surget regere populos, ipm gentes deprecabuntur, & multis aliīs locis, sicut & Ro. 15. aliquot cum isto p̄senti Paulus recēset.

Odiose aūt dicit de contradictionibus populi, in quo iustitiam dei cōmendat, & culpam Iudęorū aggrauat, ac si dicat, nihil in isto amarulento & indurato populo, nisi cōtradictio est, parū fuisset si non crederent, aut contemnerent. At nūc oblatam misericordiā etiā vi persequuntur, & indomito furore resistunt ac contradicunt, quo cogunt se derelinqui & me fieri gentium caput, vt p̄s. 109. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas.

Et hic obseruandū, loqui ꝓphetam non de initiali, sed perseuerante impietate & eius retributione, quemadmodum superius de perseuerante pietate locutus est, Nam misericordię & indurationis principia nemo nouit, q̄ sunt inscrutabilia iuditia dei. Ro. 11.

Et ne quis eū putet fore caput gentiū eiusdem populi contradictoris, seip̄m exponit clari⁹, & a Iudęis penit⁹ distinguit, dicens, populus quē nō cognoui seruiet mihi, ne vlterius glo

rientur q̄ solū in Iudęa sit notus deus. Sic Deutro.32. Ipsi me prouocauerūt in eo, qui non est deus, & irritauerūt in adinuentionibus suis. Et ego ꝓuocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Sic Oseę.2. Vocabo nō populū meū, populū meū. Et erit in loco vbi dictū est eis, Nō populus meus, dicetur, filij dei viuentis. Quod aūt dicit, Non cognoui refert Aug. ad corpalem p̄sentiā Christi, qua visitauit Iudęos, pōt aūt referri melius & ad oīa alia q̄ huic populo familiarit̄ exhibuit, qualia sunt lex, ꝓmissa, miracula, & q̄ Ro. 9. etiam Paulus memorat, quę gentibus nō exhibuit, quibus illos solos agnouisse dicitur contra virginibus Matt.25. & hypocritis Mat. 7. dicit, Nescio vos.

In auditu auris obediuit mihi,
Filii alieni mentiti sunt mihi.

Compat obstinatam Iudęorū perfidiam cū prompta gentiū fide, illi multis signis virtutibusq̧ honorati, lege & ꝓphetis instructi, demū ipso Christo & Ap̄lis docentibus vocati, nec sic ad fidem venire voluerūt. Nihil horū gentibus exhibitū, sed tantū auditus & sonus Euangelij ad eos peruenit & mox obedierūt, quia sic preordinauerat deus, hoc est, quod insigni epitasi, fidei promptitudinē cōmendat, in auditu auris audient mihi (vt hebręus habet) quia solo verbo aure percepto crediderunt gentes, cū ꝓphetas & legē nō habuerūt.

Auditus seu auditio tropo linguę proprie vtitur spiritus ꝓ ipso verbo vocis, vt Isaię.53. Dn̄e quis credidit auditui nr̄o? idest, verbo quod nos p̄dicamus audiendum. Abacuc.1. Dn̄e audiui auditionē tuā (idest verbū tuū audibile) & timui, mireq̧ placet ista proprietas, qua duplex mysterium indicare videtur spiritus, primū, q̄ verbum dei tale est, quod nisi omnibus sensibus clausis, solo auditu percipias, & ei credas, non capias, vt Isa.7. dicit, Nisi credideritis non permanebitis, stultificat em̄ & excęcat verbum dei, seu vt Ap̄lus dicit, Captiuat omnē intellectum in obsequiū Christi. Quo tropo & Christus ad phariseos dixit. Sermo meus non capit in vobis, Quod nemo intelligit, nisi in die, tribulationis vbi destitutus homo prorsus omni consilio, simpliciter hæret verbo & ductilem sese præbet auditui diuino. Hinc illa quærela in

277

scripturis de populo Iudaico, q aurib⁹ grauiter audierūt, nec inclinarent aures suas, nec obedirent voci dñi, quia in die tribulationis non sese prębuerūt ductiles verbo dei, sed suis se cōsilijs & oculis regere volebant, hoc est, non crediderūt, sed sicut equus & mulus sentire voluerūt.

Actum igitur credendi (vt vocant) nescio quibus verbis possis aptius eloqui, q̄ ista periphrasi diuina, Auditu auris audiuit mihi, hoc est, stultus sibi fuit populus gentiū, vt mihi crederet, in his q̄ nō videret, nec caperet, q̄ pulchre huc fabula illa Gallici Herculis trahi possit, quis nō videt? Quid aurę cathenulę populos per aures molliter trahentes, q̄ verbum vocale dei, quo credentes trahuntur ad Christū? Sed esto hęc gentilia, nō tñ nō ideo Christo subiecta & seruientia.

Alterū mysteriū est, in Eccl'ia non satis esse, libros scribi & legi, sed necessariū esse, dici & audiri, ideo em̄ Chr̄us nihil scripsit, sed om̄ia dixit, Ap'li pauca scripserūt, sed plurima dixerūt. Ita cū posset p̄s. 18. dicere. In omnem terram exiuit liber eorū, potius dixit, Exiuit sonus eorū, idest viua vox, Et in fines orbis terrę, non scriptura, sed verba eorū. Item. Nō sunt loquelę, neq̧ sermones, quorū non audiantur voces eorum, Nota, audiantur voces eorū, nō ait, legantur libri eorū, Noui em̄ testamenti ministeriū, non in lapideis & mortuis tabulis est deformatū, sed in viuę vocis sonum positū, Inde & alibi dicit, deus locutus est in sancto suo, nūc em̄ loquitur in Eccl'ia, qui olim scripsit in synagoga, per scripturas sanctas promisit, Euangeliū Ro: 1. Sed per verbum viuum perficit & implet Euangeliū. Vnde magis conandum, vt multi sint concionatores q̄ boni scriptores in Ecclesia, quo sensu & Paulus ad Gal. scribit. Vellē modo pręsens esse apud vos, vt mutarem vocem meam, q̄d multa possint & efficatius voce tractari, quę scriptis non possunt.

Filij alieni mentientur mihi, Alienos vocat, qui ipsi se alienauerunt a Christo, incredibiles facti, id em̄ vox hebraica hoc loco significat, Sub occulte aūt patres cōmendat, & degeneres filios arguit, Filij em̄ sunt patrum szm carnem, sed alieni sc̄d'm spiritū, quū non sequantur patrum vestigia, De quibus p̄s. 4. dictum potest videri. Filij viri (.i. filij virorum & patritiorum per synecdochen) vsq̧ quo gloria mea ad ignominiā? porro mentiti sunt, idest, mendaces facti sunt mihi, dum iactant sese patrum hęredes & populum dei cum nihil minus exhibeant,

564

Contra gentiū populus, nec de patribus, nec de cultu dei glo-riatus, factus est filius domesticus, veritatē faciens per fidem, qua se exhibet populum dei. Qui aūt non credunt, veritatem dei non habent, ideo mendaces semper manent cū sola fides faciat veraces, significat ergo Iudęorū futuram perfidiam & pertinaciam, ꝙ non tantū errant, sed errorem etiā pro veritate statuant atq; defendant.

Filii alieni inueterati sunt.
Et claudicauerunt a semitis suis.

Dum em̄ mentiuntur & veritati pertinaciter contradicunt, non modo non renouantur sensu mentis suę, sed indurantur etiā & irrecuperabiliter inueterascūt in suis opinionibus, Errantem em̄ facile est reuocare, sed mendacem qui studiose veritatē impugnat, quis queat reuocare? Sic p̄s. 4. Vt quid diligitis vanitatem & quęritis mendatium? hoc ĩ Iudæis impleri abunde videmus.

Et claudicauerunt a semitis, quod. 2. Reg. 22. & apud Hier. sic legimus. Et contrahentur in angustijs suis. Alij sic. Et claudicabunt a vinculis suis. Et. 2. Reg. 22. per metathesin literarum verbū Hagar, quod hic hagat, ponitur, forte quod voluerit spiritus, parū referre, siue claudicare, siue contrahi vinculis eos diceret. Est em̄ sensus, Iudęos qui contempta fide libertatem Christi respuerunt, dati snnt in reprobum sensum, vt sese suis ꝓprijs doctrinis, ceu vinculis quibusdam illaqueent, affligēt, & excarnificent, nec tamē vnq̄ recte incedant, semper aūt claudicent, vt sit contritio & infœlicitas in vijs eorū. Idem sensus est p̄s. 80. Et non audiuit populus meus vocem meā, & Israel non intendit mihi, Et dimisi eos sẑm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionib⁹ suis. Et prouer. 1. Et comedēt fructus vię suę, suisq; cōsilijs saturabūtur.

Nec posset res ista iustitiaria impiorum aptius & significantius dici, q̄ ꝙ contrahūtur in angustijs suis, videmus em̄ om̄es tales, q̄ sint scrupulosi & captiuę conscientię, vt etiā ibi timeant vbi timor non est, & ibi peccatū suspicentur, vbi forte meritū ē adeo angustā sibijpsis, tū opinionibus, tum traditionibus suis, faciunt viam, semper inquieti, semper scrupulosi, semper meticulosi, quos Colos. 2. Paulus pulchre tangit,

vbi eorum verba irridet, dicens, Ne tetigeritis, nec gustaueritis, nec contrectaueritis, q̃ pereũt ipso vsu, ratione quidẽ sapię habentia, Ita em̃ suis statutis imbuuntur, hoc non licet, & hoc nõ licet, deniq; nihil eis licet, nisi esse impios in deum & homines, Exempla sunt nostro sæculo, sacerdotum & religiosorũ mores & ritus.

Hĳ ergo semper errant corde, & non cognouerũt vias dñi, vt p̃s. 9. dicit, quos 3. Reg. Helias figurat dum Baalitas increpat, d. Vsq; quo claudicatis in duas partes, Claudi em̃ sunt, dum altero pede tantũ, aut vtroq; non ambulant, & tamẽ quia mouentur, similes sunt ambulãtibus, hoc fit, dum affectu impio incedunt in litera seruitutis, operibus suis & semitis suis deo seruire pręsumentes.

Ps 94

Viuit dñs & benedictus deus meus,
Et exaltetur deus salutis meę.

Finita sua & Ecclesię historia seu prophetia, reuertitur ad laudandũ & benedicendũ deum, potest aũt laudantis affectu intelligi dictũ, viuit, idest eius sit vita & benedictio, sicut dicit. Soli deo gloria & honor. Sic & Ap̃lus. 1. Cor. 15. Qui solus habet immortalitatẽ, ita solus viuit & solus est benedictus, ita solus est, qui exaltari debet, vt eius solius sit gloria, hoc modo in iudaicam perfidiã dicitur, qui suis angustĳs, vitam, benedictionẽ & gloriam quęrunt, quas oportuit soli deo tribui & acceptas referri, vnde dicit, Deus salutis meę, idest, qui saluum me facit, non ego meip̃m meis viribus, tropo vsitato, quo deus iustitię meę, p̃s. 4. dicitur, idest qui me iustificat. In hebręo autẽ Benedictus deus meus, Zuri dicitur, quod aliquãdo ꝓ petra, aliquando pro fortitudine transfertur, vt in principio psalmi huius vidimus, Deus meus fortitudo mea sperabo in eo, Ita & hic, deũ laudat, vt in quo fortitudinem suam sitam cõfitetur, non in seipso.

Potest etiam gloriantis affectu hic versus dici, in despectũ eorũ, qui contrahuntur suis angustĳs, ꝙ neq; vitam, neq; fortitudinem, neq; gloriã dei habeant, ac per hoc nec salutẽ, quæ non nisi in dño habetur per libertatẽ fidei.

Deus qui das vindictas mihi,
Et subdis populos sub me.

Deus qui das, pro, qui das, more suo, Duplici sensu potest hoc dici, primo, das vindictas mihi, idest, vindicas me, vt ps. 109. Donec ponam inimicos tuos, scabellū pedum tuorum, Secundo, das mihi vindictā facere, quia constitutus est iudex viuorum & mortuorū, & Iohā. 6. Dedit ei potestatem iudiciū facere, quia filius hominis est, vbi non seipsum clarificasse docetur, nec seipsum vindicasse, nobis in exemplū, ne arrogantes & ambitiosi simus. Ita vindicat Christus in Iudæos impios, & regnat super gētiū populos credulos. Dextra dei in hoc exaltatus, & dominus ominum factus.

Liberator meus, de inimicis meis iracundis ab insurgentibus in me.
A viro iniquo eripe me.

Videntur hi quattuor versus vltimi. Epilogus quidā esse eorum, quę toto psalmo dicta sunt, quare satis ex præcedentibus aptus est eorum sensus. Id quod. A viro iniquo (.i. viris iniquitatis per synecdochen) dicit, hebręis est hamasilla, idest, iniūria quę ledit & malū facit proximo, quod satis proprie, iniquitatem diceret, nisi alibi variaret interpres.

Propterea confitebor tibi in nationibus dn̄e.
Et nomini tuo cantabo.

Hunc versum Paulus Ro. 15. citat, vt diximus, qui & cogit hunc psalmū de Christo proprię intelligi, Igitur Christus a Iudæis liberatus, iracundis, hostibus, insurgentibus, iniquis, in gentium Ecclesia, per fidem cognitus laudat, & cantat nomen domini, hoc est, datis donis spiritus sui, facit nos confiteri & cātare. Porro ipsum confiteri, & cantare indicat, nos, non nostris iusticijs, sed gratuitis dei beneficijs viuere & esse in Ecclesia, vt soli fidei & misericordię dei gloria maneat.

Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiam Christo suo.

Dauid & ſemini eius vſq; in ſæculum.

Magnę aũt ſunt ſalutes, quibus Chriſtũ regem ſuum & chriſtianos ſaluos facit, quia a morte, a peccatis, ab inferno & oib⁹ malis ſaluat, ęternę em̃ ſunt iſtę ſalutes, vita, iuſtitia & gloria. Salutes aũt corpales, paruę, ĩmo nihil ſunt, ĩ q̃ docemur, ſalutem corporis contemnere, & chriſtianum eſſe, vt magnas ſalutes, ęternaſq; ſpectemus, Nouo em̃ teſtamento cõuenit magnas ſalutes habere, ſicut veteri congruebant paruę. Idem eſt quod dicit. Et faciens miſericordiã Chriſto ſuo, hic finis verſus medĳ. Salutes em̃ illę nullis męrentibus, ſed ſolo miſerente deo donatę ſunt, Vnde Chriſtũ ſuum hic intelligit, vnicum illum, in quo promiſſa eſt miſericordia donanda, cui ob id & factã hic dicit, ideſt impletã in eo.

Dauid & ſemini eius vſq; in ſęculũ, cum ſit altera pars verſus, hoc mihi videtur dicere, ꝙ ſalutes in rege illo & miſericordia in Chriſto dñi, ſint implętę, vt ſatiſfieret Dauid & ſemini eius, cui facta eſt promiſſio de rege & Chriſto dei Iacob, vt. 2. Reg. vltimo dicitur, totum ergo quod priore parte factũ dicit in Chriſto, Dauidi & ſemini eius factum intelligatur inęternũ, vt Iſa. 55. Miſericordias Dauid fideles dabo vobis, qđ Act. 13. dicit Lucas, Dabo vobis ſancta Dauid fidelia, hoc ẽ, ęternas ſalutes & miſericordias, fortiter enim hęſerunt prophetę in ꝓmiſſionibus dei, & ſępe eaſdem repetunt & inculcant, quin & dilatant & explicãt, quod & omnibus qui ſalui fiunt, neceſſariũ eſt, cum in ĳs ſolis ſita ſit ſalus, nõ in pręceptis aut operibus vllis.

Sequitur Pſalmus decimus octauus.

ℂ PSALMVS DECIMVS OCTAVVS Heb. XIX. Titulus ad victoriam, Pſalmus Dauid.

Aeli enarrant gloriam Dei,
Et opera manuũ eius annũtiat firmamẽtũ

Hunc pſalmũ eſſe de miniſterio Euangelico intelligendũ, docet & cogit Paulus Ro. 10. dicens. Nunquid non audierũt? Et quidem in omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terrę verba eorũ. Vnde cęlos, firmamentũ, ſolem, dies, noctes & ſimilia, allegorice oportet accipere, quibus iucũdis inuolucris, nos ſpiritus trahit, ab hoc viſibili mundo, ad ſpectaculum, cuiuſdam noui mũdi, in quo, alij cęli, noctes, dies ſint, quorũ in hoc mundo figurã & vmbrã videmus. Cogit ergo nos hic ipſa euidens, circũſtantia & conſequentia dictorũ, tũ autoritas noui teſtamenti, allegoriã appręhendere, quę alioquin tractatori ſcripturarũ, fugiẽda eſt, quantũ fieri poteſt, ne ſimplicitate ſenſus amiſſa, vagetur in mortis ſuis ſomnijs. Sic eñ ſepe dũs, non licere in ſcripturis allegorijs ludere (ſaltem in contentiõe) niſi alijs ſcripturę locis, euincatur allegoria.

Diximus aũt in ſupioribus quoq;, ſpiritũ ſolere aliquãdo verbis allegoricis vti, dũ res quaſdã allegoricas (vt ſic dixerim) tractat. Sic ps. 2. Reges eos in virga ferrea &c̃. Cum Euangeliũ ſit dulce & molle, apparet tamen carni ferreũ, rem glorioſam tenuibus & humilib⁹ verbis eloquens. Cõtra hic, velut in ſublimi genere, dicẽdi, res quę in oculis hoĩm viles ſunt, magnificis & potentibus verbis eloquitur, figurata incedens oratione pene per totũ cęlos appellans eos, qui peripſima & feces mũdi erãt, ac vere quędã allegoria viua, q̃ aliud gerebat, & aliud erat.

Cœli igitur ſunt, Apoſtoli & quotquot funguntur, Aplico miniſterio, ideſt officio verbi. Atq; hic ęgregia eloquẽtia videbimus nobis diſſeri, quid ſit Euangeliũ, quid ſit eſſe Apoſtolũ ſeu Epiſcopũ in Ecclia, tum qualis eſſe debeat, qui Epiſcopũ agere velit. Primũ. Cęli eſſe debent & firmamentũ, obſecro, quid hic non virtutis in Ecclesiaſtico miniſterio exigitur? Cœli ſunt thronus, & habitaculũ dei, ſicut Iſaię. 66. dicit, Cœlũ mihi ſedes eſt. Inhabitantẽ ergo deũ habeat, pontifex Eccleſię dei, vt ſit ſine crimĩe, & oĩbus dotib⁹ ornatis, quibus cũ Paul⁹

Tit.1.& Timo.3. describit, cælesti scz vita, & deo digna conuersatione degens in terris, Qua puritate mereatur erudiri desursum & docibilis dei esse, vt terrenis hominibus, non sua, sed diuina tradat, Deinde firmamentū sit mediū aquarū, sic enim cęlos appellare placuit Gen̄.1. propter futura mysteria, quia Episcopus & verbi minister firmus esse debet in fide, cū in medias persecutionū aquas propter verbū dei ponatur, ne, vel superioribus vel inferiorib⁹ cedat, nec prosperis, nec aduersis cōmotus, atq̧ hęc quidem personā absoluūt, quib⁹ erit sanctus deo, firmus hominib⁹. Si em̄ mercennarius fuerit, fugiet, & nō firmamentū, sed nubes sine aqua, aut vapor modicū parens erit.

Offitiū vero est, enarrare gloriā dei, & annūtiare opera manuū eius, Id quod puris, citra figurā, verbis describit, quo & cogimur cęlos ītelligere quosdā homines, cū enarrare & annūtiare cęli visibiles non possint, neq̧ em̄ os linguā aut vocem habēt, nisi allegorisare vellemus, quare vides Apostolis apostolicisq̧ viris, non scripturas, sed voces viuas in Ecclesia sonandas mandari. Atq̧ hac ratione Episcopos & sacerdotes nō esse, qui hodie sic vocantur, etiā si vna die om̄s pręculas & oēs missas absoluerint. Non em̄ offitiū eorū est legere horas canonicas, missas frequētare, in templis boare, organis musicis strepere, & surdis ac mutis vocibus om̄ia implere, deniq̧ neq̧ miracula facere, aut optimis operibus, studijs, exercitijs vitam exornare, exemploq̧ bono alijs lucere satis fuerit. Sed enarrare & annūtiare & alijs in verbo seruire, quod qui faciūt vbi sunt? nec satis est enarrare aut annūtiare quoduis, ne scz gloriā hominū, aut opera manuū hominū annūtient, sed gloriā dei & opera manuū eius, hoc est, non nisi Euangeliū. Quid enim est Euangeliū, nisi annūtiatio glorię dei & operū eius? idest Ihesus Christus filius dei, Quod videbimus, si quid gloria dei & opa manuū eius sunt viderimus.

Paulus.1.Cor.1. dicit. Nos prędicamus Christū Iudęis scandalū, gentibus stultitiam. Ipsis vero vocatis sanctis, dei virtutem & sapientiā. Solius em̄ dei est iustitia, veritas, sapientia, virtus, sanctitas, salus, & om̄e bonū. Nostra aūt est iniquitas, insipientia, mendatiū, infirmitas & om̄e malū, vt hæc om̄ia abūde in scripturis probantur, & nos in superiorib⁹ sepius docuim⁹. Om̄is em̄ homo mendax, & perditio tua Israel. Hinc om̄s vacui sunt gloria dei, & nō pōt gloriari in conspectu eius om̄is

caro, vt Paulus Ro.3. dicit. At Christus factus est nobis a deo, iustitia, sapientia, sanctificatio & redemptio, & per eum gloria dei habitat in terra nostra, & iustitia de cęlo ꝓspicit, vt qui gloriatur in dño glorietur. Benedixit em̄ nos deus & pater misericordiarū om̄i benedictiōe cęlesti in spiritualib⁹ verū nō nisi in Christo. 2. Cor. 1.

Quare gloria dei enarrari nō potest, nisi simul ignominia hominū enarretur, Nec deus verax & iustus & misericors prędicatur, nisi nos mendaces & peccatores & miseri p̄dicemur. Quę si crediderimus vtraq;, salui erimus, & misericordia dei in nobis regnabit in gloriam eius. Sic p̄s. 60. Tibi soli peccaui, vt iustificeris in sermonibus tuis. Ita nihil in nobis est vnde gloriemur, sed om̄ia abūdant vnde confundamur, Est aūt in deo vnde gloriemur, & nihil vnde confundamur. Ex quibus colligitur gloriam dei esse duplicem, eam qua nos in ipso gloriamur, pura conscientia per misericordiam eius gratuitam donata, & eam qua ipse in nobis & a nobis glorificatur. Et enarrari gloriam dei, aliud non esse, nisi prędicari id in quo, deus glorificatur & nos gloriamur, hoc est, vniuersa inęstimabilis misericordię suę mirabilia & diuitias glorię miserationū suarū super nos effusas, quod est vere Ihesum Christū & Euangeliū pure doceri.

Vide ergo q̄ spūs breuissimo verbo tantas res elocutus sit, nec solū breuissimo, sed aptissimo quoq;, Nā nō solū res, sed & vsum rerū exprimit, Multi em̄ Christū prędicant, sed ita, vt vsum & benefitiū eius nūq̄ intelligant aut dicant, vt facit vulgus illud concionatorū, qui nō nisi historias Christi p̄dicant, dū optime prędicant, At nō est christiana prędicatio, si historice Christū p̄dices, non hoc gloriā dei prędicare est, Sed si docueris historiā Christi eo pertinere, vt nobis prosit credentibus ad iustitiā & salutem, vt non sibi, sed nobis om̄ia fecerit, voluntate dei patris, & om̄ia quę in Christo sunt, nostra esse sciamus. Hęc fides & scientia dñi facit nos amare, gloriari & glorificare. Hanc gloriam Moses & ꝓphetę & si cognouerunt, non tamen enarrauerūt, sed enarrandā aliquādo prędixerunt, cū doctrīa legis potius gloriam hominū & ignominiā dei operaretur, dū per opera legis aut superbi p̄sumerent, aut desperati deū odirent homines, cęlorū est hęc enarratio, Vnde & hic p̄s vnus est locorū, in quib⁹ Ro. 1. Ap̄s dicit, Euangeliū esse ꝓmissum in scripturis sanctis per ꝓphetas.

Cum ergo omnia Christi nostra sint, Euangelio docente & iusticiā non operibus legis, sed gratię dei tribui, sequi putatur, quod & ad Apostoli prędicationē sequi putabatur, scz, nos iā non debere operari bonū, imo facere mala, vt veniant bona, Peccare vt glorificet deus, maneri in peccato, vt gratia abūdet, & ijs similia, Sic em̄ sapit prudentia carnis, quę gloriā dei non capit, suffocata in gloria sua, quā Ap̄lus pulchre cōfutat Ro. 6. & 8. De quo nunc nō est tempus dicendi.

Opera manuū eius, hic Maese, idest facturę, fabricę dicunt, non actiōes, aut operationes, quas vocant, transeuntes, In quo iterū virtus gratię dei cōmendatur, & nostra confusio reuelat. Sunt em̄ opera manuū dei, ipsę nouę creaturę, ipsi fideles, de quibus, Iacobus. 1. Voluntarię em̄ genuit nos verbo veritatis vt essemus initiū aliquod creaturę eius. Et Paulus ad Galatas. In Christo em̄ IHESV, neq; circūcisio, neq; prępuriū aliquid valet, sed noua creatura. Non em̄ verbū Euāgelij, actus agētes mutat, nec respicit ad numera sed ad offerentē. Quia non opa gratū faciunt apud deū, sed gratus facit opa, nec stat gloria dei nisi in operantibus nequaq; in operibus. Moses quidē per legem opera mutat nō operātes, ideo hypocritas facit, & in speciem iustificat. Euangeliū aūt viuificat & veritatē facit in hominibus, q aūt de operibus recreationis loquatur, non de creationis ex eo capi potest, q de Euangelio prophetat, in quo docetur, quid ex nobis fieri oporteat, q̄q; reuera nihil differat creatio & recreatio cū vtraq; ex nihilo operatur. Et om̄is creatura sit opus manuū dei, pręter impios, om̄ia em̄ alia, non sibi seruiunt, non agunt, sed aguntur & soli deo sunt ad gloriā ad quorū imaginē & nos fieri oportet. Quid ergo est anuntiari opera manuū dei, nisi docere, veterem hominē crucifigi & nouū indui, mori Christo, & resurgere cū Christo, & sic impleri in nobis gloriam dei?

Vbi iterū vides, q̄ breui & apto verbo, eloquatur spiritus, non solū mysteria Crucis Christi, sed & vsum & beneficiū eius vt & hic discas, meros esse fabulatores, qui Christi passionē p̄dicant historico more nullū eius vsum & fructū docentes, qui est, vt opa manuū dei efficiamur. Vbi ergo manebit lib. arbi: vbi facere quod in se? cū hic fieri nos doceamur, non facere, & non nos operemur, sed deus nos operetur. facturę non factores simus, funditus scz ruit om̄is Theologia superborū. Atq; hęc est causa, quare Coelos & firmamēta esse oporteat eos, qui hęc enarrāt, cū sint aduersaria toti mūdo, maxime, sapiētibus,

19 Psal:

sanctis & potentibus, quorum furijs & turbinibus ne cedant necessum est.

Dies diei eructat verbū.
Et nox nocti indicat scientiam.

Mira varietate, hic versus tractatus est, qua diuisa, nostro spiritu abundemus. Videtur em̄ declarare, q̄d dixit versu primo, ne carnalis quispiam gloriam dei & opera manū eius sic enarrari intelligat aut expectet, vt simul rem ipsam videamus seu visibilia sint, quę narrātur, quo modo, glorię & opera hominū se habent & narrantur, sic em̄ fides euacuaretur, Ideo talē gloriam, & talia vult opera dei intelligi, quę nisi verbo & fide capiantur, non capiantur, Nō em̄ videtur solius dei gloriam esse, nedū quid simus ī opere dei apparuit, sed fide interim credimus, alioquin quid erat vt diceret, enarrant, annūtiant? Q̄d em̄ narratur, non exhibetur visui, sed auditui, non ostenditur in re, sed in verbo, ideo dicit, Cælos enarrando non proferre rem, sed verbū, non indicat id quod cognoscitur, sed scientiā seu cognitionem, vt oculos effodiat, sensum captiuet, stultos faciat, & solo auditu fidei saluos faciat. Apud philosophos em̄ enarratores videntur sibi res ipsas indicare, nō verbū cū sciētia nō indicet, sed indicet rem, ideo stulti fiunt in his eloquijs dei,

Componit aūt iucunda antithesi, dies & noctes, dies spi cęli, Apostoli firmamentū, quibus dn̄s dicit Matt. 5. Vos estis lux mundi. Et Paulus ad Corin. Nunc aūt lux in dn̄o estis. Et Thess. Inter quos lucetis sicut luminaria mundi, verbū vitę retinentes. Hic dies nouo sole Christo factus, eructat alteri diei .i. mundo, seu hominibus mundi, Luce sapientię suę fulgentibꝰ verbū .i. non exhibet quod videat, sed quod credat & desinat esse dies, & sapiens in oculis suis, ac si dicat. Sapientia spiritus predicat sapiētię carnis, & ita predicat, vt captiuet verbo, & stultam faciat, Nam sapientia spiritus, dies est corā deo, sapientia carnis, dies est coram mūdo, idest vtraq; in loco suo, celebris, clara & gloriosa est. Sic. 1. Cor. 1. Nōne deus stultā fœcit sapientiā mundi? Scriptū est em̄, perdā sapientiā sapientū, & prudētiā prudentiū reprobabo. Hic sensus ex eo mihi placet, quia scriptū est Euangeliū prędicandū esse, ijs qui ignorant. Ro: 15. Q̄m q̄bus non est nunciatū de eo videbūt, cū ergo dies eructet verbū diei, nō vtiq; ei cui eructatū est, nec sibi ipsi eructāti, sed alteri & cōtrarię, cui nō fuit eructatū,

Sapientia spiritus est lux coram deo et tenebre coram mundo. Sapientia mundi est contraria.

573

282

Esse aūt dies & noctes hic allegoricas, cogit id quod dicit, Eructat verbum, indicat scientiam, Neq; em̄ dies isti naturales eructant verbum, aut indicant scientiam, aut audiunt & cognoscunt, cū verbū, auditio, scientia, eruditio, sed & eructare & indicare sit hominū viuentium in terra, sed & sequens versus de sermonib⁹ & loquelis, cōfirmat idem. Ita nox (.i. Apl'i fideles). nocti. īfideli īdicat scientiā. Est em̄ eiusdē repetitio siue geminatio, sicut enim fideles sunt lux coram deo & in deo, ita sunt nox corā & in mundo, scz obscuri & cōtempti, imo & in oculis suis nihil & tenebrę sunt, quia sibi ipsis nō placent, Cōtra impij & infideles, vt sunt lux in mundo & oculis suis sibi placentes & apparentes, ita in spiritu & in oculis dei sunt nox & tenebrę. Sic Apostolus em̄ dicit. Eratis aliquādo tenebrę, Quatuor itaq; limites hic digerit propheta vocans homines quales sunt szm diuersos conspectus & partes suas. Impij sunt dies in oculis suis scd'm exteriorem hominē, nox in oculis dei scd'm interiorem hominē, Pij sunt dies in oculis dei szm interiorem hominē. Nox in oculis hominum ac suis secundū ~~interiorē~~ exteriore hominem.

Obserua obseruantiā pphetę, quomō verbū tribuat diei & nocti scientiam. Q, nocti, idest mundo szm interiorem hominem scientia indicatur, sed diei, idest eidem szm exteriorem hominē verbum eructatur. Verbū em̄ ad auditū foris, sed scientia ad notitiā int⁹ pertinet, Q; q̄ qui possit velit per scientiam ęque verbū vocale intelligere. Est igitur sensus. Prudentes spiritu indicant prudentibus carne scientiā, idest notitiā dant per verbū de rebus absconditis, quas non indicant. Sic Lucę. 1. Iohan: scribitur, pręire ante faciem dñi, ad dandam nō salutē ipsam, sed scientiam salutis, quia salus nostra abscōdita est cū Christo in deo, sed scientia eius manifestata est per verbū fidei.

Non sunt loquelę neq; sermones, quorū nō audiantur voces eorum.

Quorum eorum: cęlorum, dierum & noctiū qui enarrāt gloriā dei, & opera manuū eius, sed vbi istos celos audiemus? aut in qua gente? aut quib⁹ linguis loquētur? Respōdet, omnium gentium linguis loquentur, & in omni terra, vt sequens versus dicet. Id impletum est, vbi Apostoli loquebantur varijs linguis magnalia dei, & adhuc impletur in orbe terrarum, quia Euangeliū per Apostolos varijs linguis euulgatū, adhuc

574

sonat in eisdem linguis, vsque in finem mūdi, licet non omēs varijs linguis loquātur, nec est necesse.

Quomodo differant loquelę & sermones nondum satis mihi liquet, visum est multis, loquelas pertinere ad linguas, sermones ad differentias seu proprietates eiusdem linguę, sicut in hebręa lingua, Gallilei a Iudęis discernebantur, vt in Euangelijs legimus dicentib⁹ ad Petrū, Gallilęus es, nam & loquela tua te manifestū facit. Ego contentus sum hoc versu doceri Apl'os fuisse oīm linguis locutos.

Obstruit aūt versus hic, os eorum, qui dicunt Apostolos vna ligua locutos hebręa, cęterū auditas ab alijs suas ꝓprias, hic eīm dicit. Nō esse loqlas, quarū nō sūt auditę voces eoꝝ. Si eīm voces Apl'oꝝ erāt & hę oīm liguaꝝ hoīb⁹ sūt auditę, certe varijs liguis sonuerūt, aut si nō sonuerūt, voces nō eorū fuerūt, sed vel audietiū vel aeris intermedij. Quo miraculo aūt varias voces ediderint, vt auditus nō confunderent (neq; eīm eadē auris simul potest varijs vocibus seruire) quis nouit? is qui dedit varijs liguis loqui, potuit etiam facere, vt singulę ad suę ligue homines sine strepitu & mixtu aliarū peruenirēt, sicut Christ⁹ de cęlo loquebatur Sauli, & tamē a solo Paulo audiebatur, id quod Lucas indicat fere, vbi dicit turbam mente confusam, & vnūquēq; audiuisse eos sua lingua loquētes, quasi dicat, vnūquenq; sua solū tangebat lingua, & tamē singuli eosdem audiebant, & varijs illi loquebātur, nō eīm dicit audierūt linguā suā, sed vnusquisq; audiebat eos lingua sua loquentes, idest ꝙ loquerētur, nō tm̄ audirentur lingua sua. Alioqui quid erat necesse Apl'os gręcā scire in qua scripserūt? Suffecisset hebręa, nec tūc varijs linguis locuti, sed varijs aurib⁹ auditi debēt dici, nec miraculū ī liguis ꝓdicantiū, sed ī aurib⁹ audientiū ponet.

Iterum vide vt cōmendet fidē, non enim videtur q̄ narrantur, sed audiūtur voces eorum, auditus solus requiritur in Ecclesia dei. Hieron. sic vertit. Non sunt sermones, non sunt verba quibus non audiatur vox eorum, vbi verba, debarim dicūtur, quod aliquoties res seu historias significat, seu famā, quo modo hic nō credo accipi. Nec solū fides, sed efficatia & fructus verbi simul cōmēdatur, ꝙ nō in ventū locuti dicūtur, Sed audiuntur voces eorū, idest admittūtur & suscipiūtur qđ fit per fidem. Omitto hic quęstionē quā aliqui mouent. Sit ne hic versus impletus cū nōdū oēs gentes Euangeliū audierint, facile hic quiuis respondere poterit.

In omnem terram exiuit sonus eorum,

Et in fines orbis terrę verba eorum.

Locum (vt dixi) hic designat vbi sonent isti cęli, ne quis queratur aut sese excuset, q̄ non possit transfretare, aut in cęlū ascendere ad audiendum, prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo ait Moses Deutro.30. Ad hoc em̄ varijs linguis donati fuerunt, in omnem terram sonus eorum exiret. Et vide q̄ vigilanter aptet spiritus verba sua, ne Apostoli putarētur esse verbi autores, facit eos ministros & instrumēta, sicut dicit Christus. Non em̄ vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et iterū. Ille me clarificabit & testimonium perhibebit de me, & vos testimoniū perhibebitis. Ideo dixit, voces eorum audiuntur, sed alius est qui loquitur. Exit sonus eorum, sed alius est qui efflat & emittit vsus voce & verbis eorū, p instrumētis suis.

Augustinus hunc locū torquet in donatistas, qui Eccl'iam in Affricę angulū artabant, sed multo magis torqueri debet in nostros nouos donatistas, qui negāt in India & Perside & Asia esse fideles, Vbi em̄ sonus & verba spiritus sunt, ibi Ecclesia sine dubio vera est Christi, Non em̄ loquitur spiritus Christi, nisi in Ecclesia sua, quare cum hic sit apertus textus sonū Apostolorū exiuisse in omnem terram, necdū legatur reuocatus, timendū est nobis, ne cum impijs donatistis siue illis siue istis, nos solos iactemus pro fidelibus, qui forte nihil minus sumus q̄ fideles, cum verbum & sonum Apostolorum nusquā audiamus.

Et, q̄ q̄ hebręus habeat. In omnem terram exiuit regula eorum, tamen Apostolus Ro.10. sonum dicit, & in idem recidit, Sonus enim euangelicus, regula illa est iuxta quā ędificatur Ecclesia, non enim ędificatur armis corpalibus fabrorum, sed verbo vitę, Simul tamen eo verbo certa mensura significatur, qua cuiusq; Apostoli ministerium dispartitum est in orbē terrarum. Non enim omnes eodem loco prędicauerunt, sed diuisi sunt in totum mundum, non vt diuitias eius sibi aggregent, sed vnusquisq; portionem suam ad Christum reducat

In sole posuit tabernaculum suum.

Hęc in hebręo pars est posterior pręcedentis versus, hoc mō habens, Soli posuit tabernaculū in eis, solem alij proprię accipiūt, pro isto sole visibili, in quo Ecclesia seu humanitas Chri. tabernaculū dei, manifestatū fit, sed melius arbitror prophetā pstare in allegoria cępta, & solem esse eū, qui in istis cęlis poni & habitare possit, quod & sequens versus indicat. Et ipse tanq̄ sponsus procedens. Et satis violenter interpres hebraicū, Bam, quod sonat, in eis (.i. cęlis pręd ictis) mutarunt in, suū, imo fere omiserūt, q̄ q̄ reuera allegoria ista sumpta sit ex cęlis & sole visibilibus istis in quibus sol habitat & currit ab oriente in occidentem iucūdissimo cursu. Igitur sensus est, Christū qui est sol iustitię (vt Malach. 4. dicitur orietur vobis timentibus nomen meū, sol iustitię, & salus sub pennis eius) posuit in Aplis. Ipse em̄ illuminat eos, loquitur, operatur, & est oīa in eis.

Videmus em̄ & in his cęlis solem esse gloriā ac vniuersam eorū substantiam, cū merso sole ac tenebris p̄sentibus, cahos quoddā potius triste appareat q̄ cęlū. Ita Apostoli aut eorum successores, si sine inhabitante Christo forent, vere cahos & nō cęli essent. Vnde hic versus causam reddit p̄dictorū, Q. omia quę de cęlis gloriosa dicta sunt, & quęcūq; possunt, nō sua virtute, sed inhabitantis Christi possunt. Tabernaculū vero istud, fides Christi est, per quā in nobis habitat, sicut Ephesios 3. Christū habitare per fidē in cordibus vestris, de quo Isaias. 4. Super omnē gloriā protectio & tabernaculū erit in vmbraculū diei ab ęstu in securitatem & absconsionē a turbine & pluuia, idest fides protegit vtrinq; a prosperis & aduersis.

Et ipse tanq̄ spōsus pcedens de thalamo suo.
exultauit vt gygas ad currendam viam.
A summo cœlo egressio eius, & occursus eius
vsq; ad summum eius.
nec est. qui se abscondat a calore eius.

Idest Euangeliū parauit, siue id, de quo in Euangelio enarrarent Apostoli, describit em̄ his duobus versibus solē, cui in Apostolis, tabernaculū positū dixerat, de quo totū sonat Euāgeliū, & ipse est. gloria dei, in quo & omnia reposuit, Omniū fere sententia est, hos duos versus, dei incarnatiōe, cōuersatiōe,

assumptione Christi loqui, quã priore loco sequamur. Thalamũ Christi, quod hebraice, occultũ, velatũq; significat, oẽs intelligunt virginem Mariam, e cuius vtero prodijt sicut sol ex aurora, imo ex noctis occulto, pulchra certe sententia, qua ineffabilis illa natiuitas signatur, in qua sola virtus altissimi obumbrauit virginẽ & in abscondito operata est hunc fœtũ salutis, quod natura nesciuit, nec attingere potuit, sicut enim sol oriens prodit omĩbus visibilis, & tamen nemo noscere possit vnde veniat. Ita Christus natus ad oĩm conspectũ venit, & tñ natiuitatẽ suam (vt Isaias prędixit) habuit inenarrabilem, cum nasci ex virgine sine viro, vsum & captũ superet naturę.

Sponsum aũt vocat, ꝙ indutus humanitate, sit cũ Ecclesia copulatus, in vnã carnem, qđ sacramẽtũ magnũ & iucundũ est, in quo conuenerunt in vnũ diues & pauper, iustus & peccator, beatus & damnatus, filius gratię & filiꝰ miserię, neq; em̃ põt vllo alio verbo, magnificẽtius illa misericordia cõmendari, ꝗ̃ ꝙ sponsus Ecclesię vocatur, in quo, omnia sua nobis, donata, omĩa nostra ablata ꝓphetantur. Sed quo modo procedit sponsus de thalamo suo? Et cur hunc solem Christũ ea cõparatiõe prędicat? forte, ꝙ sponsus ornatus, & coronatus procedit, gestiens amore sponsę suę. Ita Christus amore Ecclesię ꝓcessit de ventre virginis, ornatus & coronatus in spiritu, cum scđm carnem, venerit in summa paupertate & cõtemptu, plenus em̃ ornamẽtis & coronis gratię dei venit, gestiens in amorem Ecclsię suę, Ideo exultauit, vt fortis ad currendã viã, hoc est, magna charitatis & spiritus fortitudine, creuit, operatus est, pugnauit in agone, cum diabolo & peccatis nostris, passus & mortuus est.

A summo cęlo egressio eius, Dictũ volunt, de natiuitate ęternitatis, quia a patre exiuit, & venit in mundũ, vt Iohan. 16. dicit, Et occursus eius, vsq; ad summũ eius, De ascensione eius exponunt, deinde, Calorem eius, spiritũ sanctũ intelligãt, qui repleuit orbem terraꝝ, clarificans Christũ esse dñm omniũ & omnia subiecta sub pedibus eius.

Vera inq̃ horũ sentẽtia, sed non suo loco dicta, Desyderatr em̃ in ea, ordo & consequentia. Et nihil de Christi incarnatiõe conuersatione, assumptione, sed de glorificatiõe & prędicatiõe eius, mihi loqui videtur, Cęlos em̃ describit, & vniuersum illud mysterium pentecostes & ministeriũ Euangelicũ. Quare suspicor, non eum retrogredi, ad ea quę ante pentecosten, gesta sunt, sed potius ea prosequi, quę secuta sunt, ad cęloꝝ nar

rationes & linguarũ donũ, sc3, regnum fidei in toto orbe dilatauit tũ. Id quod & ordo & verba, mihi prȩstare videntur, modo allegorice prophetã loqui, pro maiestate sacri mysterij accipiamus, sic em̃ cȩlos, firmamentũ, dies, noctes, solem, tabernaculũ solis, allegorice accepimus, de mystico & prȩdicato Christo per Apostolos. Ita eadem continente seu continua allegoria, processus sponsi de Thalamo, egressio & occursus & exultatio ad currendam viam, non nisi, regnãti & per Euangeliũ prȩdicato, & credito Christo conuenire debebunt, Sic em̃ ego meditor, salua cuiusq; meliore sententia, cum de nouo quodam mundo psalmus agat, vt diximus.

Igitur, Exeunte in omnem terram sono cȩlorũ. Ipse qui in eisdem cȩlis tabernaculum suum posuit, hoc ipso eorum ministerio procedit & reuelatur in cordibus terrenis per fidem, qua desponsat sibi Ecclesiã totius orbis terrȩ, sicut in Oseȩ.2. dicit. Et sponsabo te mihi in sempiternũ, & sponsabo te mihi in iustitia & iuditio, & in misericordia & miserationibus, Et sponsabo te mihi in fide, neq; em̃ Christus sola incarnatione sua sponsus ꝓprie & plene factus est, sed assentiente eius pacto per fidem Ecclesia sua. Qui em̃ sponsam habet, sponsus est (ait Iohan.3.) Consensus em̃ facit matrimoniũ, ante quem verius procus q̃ sponsus dicitur. Quare processus eius tanq̃ sponsi, est reuelatio eius in fidem Ecclesiȩ, hoc est dum creditus est, apparuit esse sponsus,

De thalamo aũt, siue de abscondito, quid sit, non capio, nisi velit intelligi Christũ in cordibus fideliũ per fidẽ sic oriri, vt nescias vnde veniat, sicut Iohan.3. dicit. Spiritus spirat vbi vult & vocem ei⁹ audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat. quo significaretur gratuita miserentis dei dignatio, non enim nobis cogitantibus, sapientibus, volentibus, oritur in nobis fides Christi, sed incõprȩhensibili & occulto opere spirit⁹, prȩuenitur, q̃sq; fide donat̃ in Christo, ad solũ verbi auditũ, citra omnẽ nr̃am aliam opam, quod si hic recte sapio, eiusdẽ tropi erit hȩc locutio, quo dicit̃. Qui producit ventos de thesauris suis. Et p̃s.16. De absc̃oditis tuis adimplebis ventrẽ eorũ, Si em̃ res, quȩ ad victũ pertinent carnis, prodeunt de occultis dei, vt nullius industria prȩueniri, capi aut parari possint, q̃to magis res illȩ diuinȩ & ȩternȩ, q̃ in fide, & per fidẽ donant̃, ministerio & auditu verbi, absq; nr̃o studio parãt̃, Necessario ergo addit. Chr̃m ꝓcedere & oriri, ĩ cordib⁹ nr̃is, sicut sponsũ de occultis, vt gl'ia dei & opa manuũ eius, nõ nr̃i lib. arbi: supbia enarrent̃.

Pulchrũ tamen est, occultũ hoc dei, Thalamũ sponsi vocari. Cũ ipsa Ecclesia, in scripturis passim vocet Almut, idest, abscondita, quę est thalamus Christi, e q̊ Christus (idest, quicquid est Christi, siue fides, siue verbũ, siue virt⁹) processit & in mundo apparuit. Dum em̃ hæc in Ecclesia manifestant̃, simul Christus manifestatur, vt cuius, tanq̃ sponsi omnia sunt, quę Ecclesia habet. Sic Ephe. 3. dicit Paulus, vt innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiã multiformis sapientia dei, scd͠m prę finitionẽ sęculoꝝ, quã fecit in Christo IHESV dño nostro. Ita ꝓcedente Ecclesia & fide Christi, certe Christus ꝓcedit in Ecclesia, & per Ecclesiã & ex Ecclesia, in cõspectũ mundi, quo modo & .1. Timot. 3. dicit. Manifeste magnũ pietatis sacramentũ est, quod manifestatum est in carne, & iustificatũ est in spiritu, apparuit angelis, prędicatũ est gentibus, creditũ est mundo, assumptũ est in gloria, Et nescio, quę energia in verbis huius versus sit, maior, q̃ ego consequi possim, q̄ Christũ inducit procedentem vt sponsum de thalamo suo, Videtur em̃, Ecclesiam & Christũ, breui verbo, facere vnã carnem, & vnũ spiritũ & oĩa cõia, ad quod & Cantica Salomonis alludunt, dum Ecclesię ortũ & processum describunt. d. Quę est ista, quę progredit̃, quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol. Deniq̃ familiare fuit Dauid, Christi & Ecclesiæ ortum, aurorę seu solis ortui comparare, vt p̃s. 109 Ex vtero auroræ tibi ros infantiæ tuæ, vbi nos habemus, ex vtero ante luciferũ genui te. Quid em̃ vterus aurorę, nisi thalamus Ecclesię, ex quo processit Christus, dũ prędicato per Apostolos Euangelio: aucti sunt Christiani, in quibus Christus & ipsi in Christo: Sic de eodem. 2. Regũ. 23. vltima verba Dauid habent, sicut lux auroræ oriente sole, mane absq̃ nubibus rutilat & sicut pluuijs germinat herba de terra. Sed & Iob. 3. Impręcatur diei suo, ne videat lucẽ, nec ortũ surgentis aurorę.

Siue igitur Thalamũ, vocemus, occultũ dei, siue vterũ Ecclesię, vnde procedit & crescit Christus, non refert, vtrũq̃ verũ est. Et ex natiuitate carnis Christi, facile intelligit̃ hęc natiuitas spiritus, Sicut em̃ in beata virgine vtrũq̃ occultũ fuit, sc3 vterus virginis & occultũ opus dei, quo Christus formatus & natus est, ita & in Ecclesia, vtrũq̃ fuit. Nam ex vtero Apostolorum, qui primitiua Ecclesia fuerunt & secreto opere dei, processit Christus, natiuitate spiritus & manifestatus est mundo. Nihil em̃ esset Christ⁹, si carne solũ natus esset in ꝑsonam suã, nisi natus esset & spiritus in corpus suũ, quod est Ecclesia, de q̃

potissimū natiuitate, allegoricū prophetā loqui intelligimus, vt dixi, qua proprie, sicut sponsus prodijt.

Exultauit vt gygas ad currendā viam. Gygas heb. a Gybor dicitur, potens & dominator, sed in spiritu, quo significat ꝓpheta, Ecclesiā & Christū in ea, ꝑ verbū Apostolorꝝ, prospere processisse, & aduersus omnē potentiā inferorꝝ creuisse, licet scd'm carnem infirmaretur varijs, ac multis persecutionibus, neq; em̄ iminutus est Christus, sed etiam cū gaudio cucurrit, magnificatus, & eleuatus est, per totū orbem, sicut sol visibilis videtur, quodā modo gestire, oriens & ascendens. Verū propheta regius peculiari & regio sermōe loquitur, vt ego fateor, me verba eius non posse vlla interpretatione consequi, etiā si rem ipsam non nihil capiā meditatione. Breui em̄ verbo, pugnā Ecclesię, in verbo potētissimo & superbissima fide cōstātis, aduersus om̄es potestates mundi describit, dum Christo in ea pugnanti omnia tribuit, tanq; gyganti alacriter pugnanti & vincenti & prospere agenti, cum longe cōtraria oīa appareret sensui, Sicut em̄ magnificis cęli, firmamenti, diei, noctis, allegorijs vilissimos Apostolos celebrauit. Ita eadē pompa verborꝝ allegorica, potentiā Christi gygantis in Ecclesia currētis & late seipm̄ multiplicātis per Euāgeliū, in summa infirmitate & (vt apparuit) imminutione eiusdem Ecclesiæ, describit, vt non sponsus, sed hostis eius appareret, nec procedere, sed interiri videretur, ideo de occulto & thalamo eū procedere dicit, idest sacramento Crucis & crucifixę Ecclesię.

A sūmo cęlo egressio eius & occursus eius, vsq; ad summū eius. Hebręus aptioribus verbis. A fine cęlorꝝ exitus eius, & ambitus eius ad finem eorꝝ, in quo mira proprietate, Ecclesiā vniuerso orbe multiplicatā significat. Fines em̄ cęlorū appellat, quos horizontas nostri vocant, permanēs in allegoria cepta solis visibilis, sicut em̄ vbiq; terrarū, sol idem ab oriente in occidentē vergit, quasi ab vno cęli fine ad aliū (sic em̄ apparet sensui) Ita Christus vbiq; terrarꝝ oritur & Ecclesia eius, ab oriēte & occidente congregatur, vt dicit Matt. 8. Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cū Abraham, Isaac, & Iacob in regno cęlorꝝ. Isa. 49. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab aquilone, & mari & isti de terra australi. Et. 43. ab oriēte adducam semen tuū, & ab occidente cōgregabo te, dicam aquiloni. Da, & austro, noli ꝓhibere, affer filios meos de longinq̄, & filias meas ab extremis terrę, & omnem qui inuocat nomen meū, in gloriā meam creaui eū, formaui eū, & feci eū.

Hanc sententiam ps.2. sic posuit. Dabo tibi gentes hęreditatem & possessionem tuam terminos terrę. Et 71. Et dominabitur a mari vsq; ad mare, & a flumie vsq; ad terminos orbis terrarum, Quare, summū cęlorum, & summū eorum, hoc versu dicitur eodem tropo, quo Christus Matt.24. dicit. Et congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis cœlorum (.i. ab oriente) vsq; ad terminos eorū (.i. vsq; ad occidētem.) Sic enim Christus collectus est ex hōibus terrę, ab oriente vsq; ad occidentem, vbiq; prędicatus, vbiq; creditus, vbiq; spōsus Ecclesię factus est, quod solo verbi ministerio factū est, etiam non cogitantibus nec prǫuidentibus prędicatoribus. Sic em̄ Apostoli audierunt, Samariā recepisse verbū dei, anteq; prędicare illis decreuissent. Et Isa.49. Eccl'ia se p̄uentā miratur, inopinata fideliū multitudīe, d. Quis mihi genuit istos? Ego sterilis & nō pariēs, trāsmigrata & captiuata, & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola & isti vbi hic erant? Ita em̄ odor Christi bonus in Apostolis adducebat ex vniuerso circuitu terrarum ad verbū & fidem Christi, hoc est a summo cęlorum, ad summum eorum.

Nec est qui se abscondat a calore eius. Calorem solis allegoricę, spiritū sanctum dici non est dubium, Hic aūt nullam personarū respectum habuit, nec discreuit inter gentes & Iudęos, cum sit idem dn̄s omnium, etiam de lapidibus istis suscitans filios Abrahę. Vt em̄ omnes peccauerunt, ita omnes gratuito calore spiritus miserente iustificati & viuificati sunt. Calorem aūt potius voluit appellare, q̄ alio nomine, vt virtutem spirit⁹ viuificatoris signaret. Calor em̄ vitę qualitas est, frigus mortis, Sic Gen̄.1. Spiritus dn̄i ferebatur super aquas, idest incubabat & fouebat calore suo viuificaturus, sicut gallina incubat & viuificat oua sua. Hebraicę non est, qui se abscōdat, quod fugam abscōdentis se prętendit, sicut Adam in paradiso se abscondit, sed simpliciter, non est abscōditus a calore eius, quo potius inueniri misericorditer intelligitur abscōditus & illuminari seu reuelari, sicut Lucę.2. Christus ad reuelationem gentiū paratus dicitur. Est em̄ exprçssio eius, quod dixerat vbiq; terrarum Christū regnare & nullū esse locum, in quo spiritus eius non iustificet & viuificet homines. Ne impij loco alicui Ecclesiam Christi affigant, & in suū angulū coartent, qui soli volunt calore spiritus animati videri, cum potius frigore Babylonis sint exanimes.

Hoc etiā vult propheta, q; ad solius Euangelij ortū datus

& effusus sit in totũ orbem spiritus sanctus, lex em̃ calorẽ neq; dat, neq; habet, quę potius frigus est, faciens & inuitos, pigros, imo mortuos ad opera bona, sicut dicit p̃s. 147. Ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Emittet verbũ suũ & liquefaciet ea, flabit spiritus eius & fluent aquę. Verbũ in q; Euangelij caloris emittet, idest spiritus, hoc em̃ liquefaciet, sicut & p̃s. 125. Cōuerte dñe captiuitatẽ nostrã, sicut torrens in austro.

Lex domini immaculata conuertens animas. Testimoniũ dñi fidele, sapiẽtiã p̃stans puulis.

Descripto ministerio Euãgelico & ope eius, qđ est, enarrare gloriã dei, & eodẽ verbo fidẽ Christi plantare ac spiritũ dare, Prosequit̃, fructũ eiusdẽ, q est, dilectio legis. i. plenitudo legis, sicut Ro: 13. dicit. Plenitudo legis dilectio, Neq; em̃ lex opib⁹, sed amore implet̃, nec vult opib⁹ fingi, sed affectu amari. Ideo p̃pheta eos intuens, qui per verbũ fidei accepto spiritu, hilares & amantes facti sunt, ad facienda ea, quę legis sunt, docet, q; sit sancta & iusta & bona lex, quę ijs qui sine spiritu sunt, amara, iniqua & dura videtur, cum non sit culpa legis, sed affectuũ, ac si Christũ & Mosen comparet, dicens, Mosen odiebant & cornutam eius faciem fugiebant. Deniq; lapidibus eum impetebant, semperq; aduersus eum murmurabant. In his em̃ figurata est, legis & affectus mali mutua habitudo. At Moses reuera erat mitissimus omniũ, qui erant super terram, quod tamen non cognoscebant. Et lex dñi amabilissima est, quod prauitas cordis non intelligit, donec, ad vocem sponsi sublata prauitate & dato spiritu, lex cognoscatur & ametur.

Euangelicorum predi- cationem consequitur

Non vult operibus lex fingi sed spiritu

Quare & si de lege domini, quę litera est, loquitur, quæ in Decalago scribitur, non tamen, nisi de amata & iam e litera in spiritũ rapta loquitur. Sic em̃ Hiere. 32. promisit, scribam legẽ meam in cordibus eoꝝ, & dabo in visceribus eoꝝ. Id quod, indicat vbi dicit. Lex immaculata, idest, integra seu innocens, hoc est (vt in hebręo, dicitur) Themima, quę facit bonũ & innocentem, Quod nõ facit, nisi dum spiritus digito scribitur, & calore verbi docetur, ideo & calorem pręmisit versu præcedente. Diximus aũt abunde, alias, quo modo, lex, litera sit, siue scribatur, siue dicatur, siue intelligatur, donec ametur,

quod nō est legis ipsius docentis, sed caloris iustificātis & animas conuertentis. In summa, hac ratione tribuit his versibus tam eximia munera legi, vt sit īmaculata, cōuertens animas, & reliqua, vt eam discernat a lege sine verbo fidei & calore spiritꝰ docta, quę non nisi polluit & auertit animas, infideles facit & insipientes, vt omīa q̄ de lege hoc loco prędicat, spiritus calefactoris per verbū fidei esse intelligantur, Qua causa & tanta verborū copia gestit. toties (nempe sexies) legem repetens alijs & alijs verbis, & duodecim epithetis velut duodecim fructibꝰ ligni vitę eam celebrans, Ipso plane verborū gestu id ostentās, quod reuera in anima legem amāte & gestiente geritur. Amās em̄ legem non pōt satis eam laudare, adeo placet, q̄ prius adeo displicuit. Quare omīa hęc per antithesin videamus, quo facilius intelligamus, quid lex sine spiritu, & spiritus sine lege opet̄ in nobis.

Primū, Lex est īmaculata per fidem, non modo in se ipsa, seu (vt vocāt) obiectiue, sed & in nobis, seu (vt dicunt) effectiue, (nam formaliter nūq̄ non est īmaculata) quia & facit nos bonos & īmaculatos, & amatur ab īmaculatis & bonis factis, vt immaculata, hoc est, vere cognoscitur qualis est. At sine fide, non modo non immaculatos seu bonos facit, aut non amatur, sed etiā reos & malos facit, & vt mala oditur, quia lex irā operatur & mortem, quā nemo non odit, & prohibet concupiscentiā, quo nemo non irritatur & indignatur, & si metu pęnarū simulet obedientiā, quę hypocrisis tangitur & tollitur per id quod sequitur.

Secundū. Conuertens animas, lex em̄ (vt dixi) ante spiritū cōuertit manū timore pœnę, sed magis auertit cor odio earundem & indignatione prohibitę cōcupiscentię, conuertit etiam os, oculos & aures & ōmes vires, sed cor non est rectū, & spūs non est fidelis, Quare ne quis his versibus legem absolute laudari intelligat, opus est, vt subintelligat, legem esse talem factā per fidem, non aūt ipsam esse se solā, factricem talem, Nō talia facit lex, sed talis fit per calorem solis in fide verbi orientis, fit inq̄ talis in nobis, in quibus ante fidem, longe cōtraria erat, hoc em̄ sensu plane intelligitur fructū fidei Euangelicę, esse legem amabilē factā, & talē, qualē hic describit.

Tertiū. Testimoniū dn̄i fidele, Idem per testimonium dn̄i quod per legem intelligi nō est dubium, sicut & per sequentia quatuor nomina, iustitię, pręceptū, timor, iuditia, alijs & alijs causis, Nā lex dicitur a docendo seu instruendo ea, q̄ ignoramus

mus. Testimoniū a testificando, quod sit ceu signū & memoriale per alios velut testes & nuncios datū ab eo, qui absens est & non apparet, de reliquis suo loco, hic duas istas obseruatas videmus rationes, Nam lex docendo facit Thamim (.i. bonos viros) & conuertit animas, si tamen in spiritu doceatur. Testimoniū fidele, quia & si sit absentis & nusq̄ apparentis, non tñ fallit aut decipit, neq̄ em̄ frustra impletur, nec in obliuione est opus nostrū coram eo, qui non videtur, sic em̄ fides fidele credit esse testimoniū dei, Q uę causa solet hoīes reddere suspitiosos, de fidelitate, deinde pigros de pręstāda fide, oculata em̄ & gręca fide negociant̄ homines. Neq̄ hoc modo solū fidele est passiue, verū & fideles facit actiue, vt ij qui fidem habent non segnius faciāt absentes, q̄ si p̄sentes essēt ei, cuius est testimoniū Contra, vbi spiritus fidei non fuerit, ibi nec fidele habetur, nec fideles facit, immo infideles facit, Agunt em̄ ac si is, qui p̄cepit, nullus sit, aut non exacturus, nec redditurus sit, ita fit testimoniū eis vanū & falsum, quia ipsi vani & falsi sunt.

Quartū, Sapientiā p̄stans pūulis, Paruuli hic ꝓprie sunt, simplices & ij qui persuasibiles sunt facile, vt puerb. I. Vsq̄ q̄ paruuli diligitis infantiā? Et. 14. Innocens credit omni verbo, id quod proprie, ad testimoniū quadrat, Neq̄ em̄ audiūt testimoniū dn̄i, nisi persuasibiles & ductiles velut paruuli, cū denunciet̄ per viles & abiectos testes, ab eo, qui tam longe remotus est ab omni sensu. Sapiētes aūt fiunt testimonijs, idest, earꝝ rerꝝ cognitores, quę excedūt omnē captū & remotę sunt a nobis, idest dei, quē dum cognoscunt, ab om̄ibus se subtrahunt, quę videntur & cōpręhenduntur, studentes illi placere, quem non vident, Hoc modo, dum docet cęlestia, fit per fidem, testimoniū dn̄i, sapiens & sapientes faciens. Contra, maiores illi & impersuasibiles rebus p̄sentibus potius inherent, quibus excęcati, imprudentes fiunt, nihil de absente deo sapientes, q̄ si etiā timore pęnę de deo loqui, audire, cogitareue cogantur, affectu tamen eo lōgius abeunt, & ijs, quę vident, immergunt̄, id qđ facit, testimoniū dn̄i nondū factum tale, qđ sapientiā prębeat paruulis, idest sine spiritu doctū.

In hebręo, collectiue accipi potest, eduth edonai, idest, summa testimoniorꝝ seu quicquid est testimoniorꝝ dn̄i, quo modo, Almuth iuuentutē, idest summā iuuenū, seu quicquid est iuuenū dicimus, tñ hoc parū ad rem, nisi q̄ elegantia regij Prophetę obseruanda est.

C

Lex est bona quando ego sum bonus, Sancta quando ego sum sanctus

Iustitię domini rectę. lætificantes corda.
Præceptũ domini lucidum. illuminãs oculos.

Quintũ, Iustitias (quas alibi iustificationes vertit cum hic non sit zidekoth sed pikudim quod statuta mandata quoq; redditur) rectas commendat factas Euangelio gratię. Lex aũt dñi, iustificationes dicunt̃ ab effectu q͞p iustificent & in iustificando exerceant, seu vt hebręo consonemus, ordinent & dirigant hominẽ in faciendis, quibus pulcherrime conuenit laus rectitudinis & lętitię. Anteq; em̃ lex dñi spiritualiter intelligit̃ vehemẽter inq̃etas perplexasq; facit cõscientias & multis opm ambagibus fatigat, dum sectantur iustitiã legis & tamen ad iustitiã legis non perueniũt, sicut figurat ambitus ille filioꝝ Israel in deserto ad litus maris rubri, vbi murmurabant p̃ dolore, & tedere eos cępit laboris & itineris. Neq; em̃ opib⁹ saturat̃ lex, sed opatores suos, ĩfinita exactiõe penit⁹ exhaurit & varie trahit, vnde & cõtristat, tedio afficit, & difficiles, curuos inuitosq; reddit. At versa in spũm, idest, amata, miro cõpendio expedit & recto cursu ad finẽ dirigit, facitq; hoĩes hilares ad omne bonũ opus, dextros, instructos & paratos.

Sextũ ergo est, quod corda lętificat, cum carni longe contraria faciat. Litera em̃ occidit & molestat corda, dum nullis viribus nec operibus sentiunt satisfieri exactioni legis, atq;, q̊ magis student & operãtur, eo magis debere se intelligunt, Aut si in hac parte non laborant, vana & peruersa operũ fiducia lętant̃, quia non in deo, nec in pura conscientia & lege domini sed in seipsis delectantur, quę non est lętitia cordis, sed corpis & sensuum, latente intus inquieta tamen conscientia, suo tempore proditura, quo modo, & sapientiã pręstant testimonia, superbis, sc; in litera, qua sibi sapiẽtes vident̃. Lex em̃, dũ litera est, semper operatur vtrũ illoꝝ, aut em̃ ficte conuertit, aut vere magis auertit, ita vel dat fictam sapientiã, vel magis facit insipientes, ita vel ficte lætificat vel magis contristat, Ideo spiritus, tres legis habitudines tangit, dum non simpliciter dicit, Conuertens, sed addit, animas, ita nõ contentus, dicere, sapientiam p̄stans, addit, puulis, Et lętificãtes, nõ q̃dlibet, sed corda, sic de sequẽtibus q̃q; videbim⁹, Triplex em̃ hoĩm gen⁹ ĩdicat. Alios ignorãtes, alios sciẽtes & odiẽtes, alios sciẽtes & amãtes legem,

Ignorata lex facit ficte conuersos, conuertit enim, sed non aĩas eoꝝ. Odio aũt habita, facit magis auersos, idq; ex animo, Quo modo? qui em̃ viribus suis p̄sumunt eã implere, nõdũ

litera

cognouerunt, q̄ spiritualis sit lex, ideo statuũt suã iustitiã arbitrantes prę cęcitate sua, se legẽ impleuisse, seq; bonos, cõuersos, & imaculatos factos, cũ hac impietate bis sint maculati, & bis pucrsi. sitq; eis lex, bis maculata & bis auertens aias eoꝝ, hac ipsa stulta innocẽtię & cõuersionis simulatę opinione, semel ꝙ reuera nocentes & auersi sint, secũdo ꝙ specie opm hanc nocẽtiam & auersionẽ vestiunt & iactant superbientes, de ipsa vanitate & mendatio, Qui vero nouerũt legẽ q̄ spũalis sit, posita ista p̄sumptiõe agnoscũt a se per legem exigi ea, q̄ nec possunt nec habent, vnde discrutiantᷣ cõscientia, aut odiunt prohiberi suas concupiscentias, & exigi qđ nõ habẽt, hoc odio, cũ legẽ bonã odiant, magis auertuntᷣ & peiores fiunt, vt & ipsis lex nõ sit imaculata, alia tñ causa, q̄ p̄dictis, illi em̃ nec agnoscũt esse imaculatã nec fiũt p eã imaculati, hi aũt agnoscũt, & tñ nõ fiũt per eã imaculati. Amãtes vero, & agnoscũt, & fiũt immaculati.

Ita testimoniũ dñi ignoratũ, facit ficte sapientes, facit em̃ sapientes, sed non eos q sunt puuli, odio aũt habitũ facit magis insipiẽtes, Quo modo? Dũ eũ p̄sumunt operibus satisfacere ignorantes q̄ nihil faciant, videntᷣ sibi sapere & om̃ia intelligere seq; fideles & veraces factos, cũ bis contraria sint oĩa, per hanc hypocrisin impiã. At qui cognoscunt, ꝙ̄ sint ipsi infideles & vani, nec habẽtes quo satisfaciãt, odiunt testimonia dñi, nolentq; se illis astringi, qua mala voluntate magis insipientes fiunt & ad ea q̄ super terrã sunt sapienda magis trahuntᷣ, quia mallent illa inuisibilia nõ esse, tantũ abest, vt ea sapiãt, Ita neutris est testimonium dñi fidele & sapientes faciens, sed diuersa causa, illis, ꝙ nec intelligunt ꝙ̄ fidele sit, ipsi vanissimi, nec sapientes per ipsum fiunt, his, ꝙ vident quidẽ, esse fidele, seq; vanos, non tñ per ipsum erudiuntᷣ vt sapiant. At amantibus & fidele est, & erudiens sapienter.

Hypocritę

Sic iustitię ignoratę ficte lętos faciunt; lętificant em̃ sed nõ corda eoꝝ, inflãt gaudio superbos in opibus suis, vt sibi recti & iucundi videantᷣ, cũ reuera (vt Salomõ Eccl'iast. 4. ait) ignorent, ꝙ̄ tũ faciant mali, & intus habeant cõscientiã cõfusissimã & minime oĩm directã, At qui cognoscũt se rectos quidẽ nõ esse, & lege exigentę, in varia sollicitantur, odiunt legẽ & multis molestijs agitantur, semper tristes coram dño in omnibus vijs suis, Sicut Malach: 3. Ambulauimus tristes corã dño. Ita neutris, Iustitię dñi sunt rectę & lętificantes corda.

Septimũ, Pręceptũ domini lucidũ, Mihi videntᷣ interp̄tes, lucidũ, reddidisse, qđ in hebręo, mundũ seu electum dicitur,

Est em̄ eadem dictio, quę p̄s. 17: ponitur. Et cum electo electus eris, forte moti, eo, quod sequitur, illuminās oculos, qđ magis lucido q̄ electo cōpetat, Tū, ꝙ forte nugationē vitare voluerūt, cū superius. Immaculatā legē, verterint, neutra aūt causa satis est. Cur em̄ & iustitias non potius lętas, q̄ rectas, dederunt, cū sequatur, Lętificantes corda. aut testimoniū sapiens, pro fidele, cū sequatur, sapientiā pręstans? Sic & in cęteris, nullius cōuenientię ratio habetur. Immaculatā aūt diximus proprię significare in hebręo, Innocentē, aut id quod Paulus Ro. 7. legi tribuit, iustā, sanctā, bonā, Sit ergo, pręceptū dn̄i electū.

Pręceptū aūt dicitur proprię, ab eo, quod exigat & prohibeat, ideo q̄ ea parte legem dei cōprehendit, qua est molestissima & odiosissima, Siquidē, doceri & ordinari & dirigi (quę legis, testimonij & iustitiaꝝ esse diximus) molliora sunt & mitius ea fert humana superbia. At pręceptū rigidū exactorem, asperū q̄ dominatorē, odit & contēnit, nec nisi inuita & murmurans obtemperat. ab ijs autem, qui non intelligunt, idest, a primo illo hominū genere, quos hypocritas diximus, putatur electū haberi, dum operibus suis pręsumūt ei respondere. Veniente aūt spiritu, qui amorē pręcepti accendit, non modo non contemnitur aut oditur, sed inter preciosissima & electissima habetur, Tunc em̄ vere fit, pręceptū dn̄i electū, ita vt pro nulla re mundi, nolint ipsum esse positū, ac si positū non esset summe optarent poni.

Octauū, Illuminans oculos, ignaros hypocritas, qui in specie operū superbiūt, reuera excecat, cū sese illuminatissimos esse credant, & nihil non videre, Illūinat em̄, sed non oculos eoꝝ. Alios vero prorsus excęcat, qui odio pręcepti, eo ducūtur, vt nihil vilius & abiectius eo habeāt, suas vero cupiditates ei pręferant & eligant in corde, q̄tumuis metu coacti aliud simulent & ipsi. Quę em̄ maior cęcitas, pro electissimo dei p̄cepto habere electissimaꝝ & preciosissimaꝝ rerū loco fędas cupiditates eodem pręcepto prohibitas? Amantes aūt, qui cupiditates fędissimas esse ducūt, nihil habent electius & p̄ciosius, pręcepto dn̄i, quod tam fędas res, nō modo ostēdat, aut testet̄ sed etiam penitus prohibeat, & non esse iubeat. Delectātur em̄ esse eas prohibitas rigidissime, & contrarias res esse exactas instantissime, ita in oīa eius vota consonat pręceptū dn̄i electissimū, H em̄ habent oculos illuminatos, clare videntes, res vere amandas & vere odiendas.

Anteq̄ vero cętera ꝓsequamur, neue diutius pendeamus

animi, quęrimus, qua via ad hoc perueniatur, vt lex sit nobis immaculata, testimonium fidele, iustitię rectę, pręceptum electum, timor castus, iuditia vera, & cætera eueniant quæ de dicta sunt & dicent: Respondeo, Nunq̃ eo peruenitur, operando & laborando, quia operibus & laboribus non implet, sed desperando de opibus & laboribus. Non em̃ delectare pōt lex, ante sui impletionē, sed post impletionē, cū aūt operarij, id agant operibus suis stulti, vt eam impleant, & nūq̃ de se desperent, necessario fatigant & laborant frustra, donec em̃ apud se inueniūt, quod exactrici legi persoluant, operari, ac per hoc inquieti esse & legem odisse non cessant. Ita lex eos exhaurit & fatigat donec consumat eos in ęternū, Qui aūt impotentiā suā experti, & insuperabilem legis exactionē confessi, de se desperant & ad Christū vnicū legis impletorē confugiunt, audiētes & credentes in eū, vt qui finis est legis ad iustitiā omni credēti. Quisquis talis est, hic ante oīa opera sua, & sine vlla lege, gratis hac humilitate & fide sua, accipit spiritū sanctū, qui non opibus, sed suę virtutę gratię sola, accendit nouā & dulcem cōcupiscentiā charitatis & odisse facit cōcupiscentiā lege ꝓhibitā, quo facto, voluntas iam in aliā mutata, intuetur legē dn̄i, videtq́ eam, idipsum p̄cipere & ꝓhibere, quod ipsa spū succēsa, & cupit & amat, Ita fit, vt legē sibi per oīa ad votū respōdentē. nō possit nō amare, laudare, & ea cātare, q̃ his versibus cātant.

Tūc em̃ videt, non legis, sed volūtatis vitio fieri, vt lex augeat peccatū & operetur iram eo ipso, dū immaculata est & cōuertit animas, sapientes facit, lętificat & illūinat oculos. Si em̃ lex natura sua peccatū augeret, & iram operaretur, idem faceret, charitas legis amica & illi per om̄ia cōsentiens. Quod & facit. vbi extra voluntatē fuerit, sicut lex semper extra voluntatē est, vbi charitas presens nō est. Nam quid operabatur charitas Christi in Iudęis, nisi maiorē iram & peccatū: Sic lex quoq́ operatur in omnibus hoībus, donec extra voluntem eoꝝ est, non est aūt in voluntate eoꝝ, nec voluntas eorum in ea, donec diligat, & hoc ametur, quod lex pręcipit.

Timor dn̄i sanctus permanēs in sęculū sęculi: Iuditia domini vera iustificata in semetipsa.

Hebręus proprię habet, Timor dn̄i purus seu mūdus, nec hoc dicitur, velut epitheto (vt vulgo sentiunt) quo discernatur a timore seruili, q̃tum ego capio, sed timor dn̄i simpliciter hic

accipitur, pro timore dei, quem titulo laudis demonstrat, per Euangeliũ fieri in cordibus calore verbi ardentibus, purũ, qui in omnibus alijs, est impurus, idest habetur impurus, qđ facilius intelligimus, si de timore & puritate eius obiectiue versum hunc dictum accipiemus, ad modũ, quo de omibus prędictis disputauimus, Sic em̃ & lex dñi simpliciter accepta, ĩmaculata est, sed non nisi immaculatis, nocẽtibus aũt est nocens & odibilis, Sic testimoniũ dñi fidele, pijs, sed impijs, infidele, ita p̃ceptum dñi, electũ electis, reprobũ aũt & abiectum reprobis, Ita & hic, purus referri debet nõ ad timorẽ ipsum, sed ad affectum eorꝝ, quibus purus iudicatur, qualis em̃ quisq; est, talis est ei & lex, & quę legis sunt.

Nonũ igitur est, Timorem dñi esse purũ, vbi hypocritę & ipsi fingunt se timere deũ & puros esse in timore dñi, cum sint bis impuri, & in corde reuera eum contemnant. Alij vero impuritatem suam non ignorantes, sentiunt se non timere deũ, mallentq; licere, non timere, eligentes impuritatem cordis sui deũ contemnentis & non videntis, Amãtes vero oculos illuminatos habentes & deum cognoscentes, vident, q̃ pura res sit timor dñi, q̃ nihil negligat, qui timet dñm, & declinet a peccato, delectatur in hac puritate, quia & ipse sic sentit, vt timor exigit, factus concors per omnia,

Quęritur aũt, vnde timor inter leges & pręcepta numeret̃, & non potius vel ęque amor? Nescio quid dicam, Conabor tamen, quia solus amor est, qui legem & ea quę lex operatur, facit salutaria & bona, Lex aũt potissimũ suscitat timorem dei, vt Exodi, 19, Monstratur in filijs Israel coram monte Sinai & in omibus, qui ex actrice & cõminatrice lege redeunt ad cor, & cõpunguntur. Hic timor, quia foris est, & extra volũtatem, sicut & lex, quę eundem suscitauit. idest, non amatur, ideo non suo, sed volũtatis vitio impurus est, vbi aũt amatus fuerit, purificatur, Tunc em̃ timet deũ, sicut & amans voluntas desyderat, factus eidem concors per omnia, Amor em̃ delectatur, si deũ timeri videat, id quod lex non solũ iubet, sed & facit, Cũ ergo hic de timore dei, quẽ lex suscitat, loquatur, qui amatus, est purus, oditus, est impurus, nõ male inter legis nomina censetur, imo & ipse videtur esse, lex literę, cum reuera litera legis, non cognoscatur, nisi territa cõscientia a facie legis & lege q̃dãmodo in timorẽ terribilẽ versa, sicut mons Sinai figura legis demonstrat,

Decimũ, permanens in ęternũ, sicut em̃ lex per amorẽ im=

pleta, firmatur inęternū, ita & timor e lege natus, dum amore imbuitur, ęternus fit, Atq; vt lex, dum non amatur nec impletur, temporalis est, & sepius obliuioni traditur, ita timor quoq; nisi ametur, temporalis ad horam manet, & nunq; firmus nec verus est, Inde hypocritis illis, timor iste permanet ficte, permanet eñ ad horam externa specie, Apud odientes vero, nūq; est nedū permanet, quia nunq; eum in cor admittunt, neq; amāt & sic timentes deum semper magis ac magis contēnunt, vnde & magis impuriores sunt, qui eñ non volens timet, bis contemnit, Amantes vero, quia volenter timent, id quod lex pcipit, inęternū & stabiliter timent & legi per oīa conueniunt,

Vndecimū, Iuditia domini vera, Hęc iuditia, intelligi possunt, immo debent, tam ipsa lex, q̃ id quod efficit in nobis, Sic eñ lex domini, Iuditium domini vocatur ab officio suo, quia iudicat & damnat carnem, seu veterē hominē decernit, & ea quę ad mortificandum carnem pertinent, inde & iuditia quoq; recte dicuntur, vniuersæ aduersitates, quæ veterem hominem occidunt, vt legi satisfiat, Nam sicut lex, si nō docet, nec intelligitur, ne lex quidem dici debet & testimonium, si nō cognoscitur & sentitur, ne testimoniū quidem est, vbi eñ non mouetur animus hominis verbo legis, narrabit surdo fabula, sicut contingit in hypocritis insensatis, verbum legis contēnentibus, Ita iuditiū, nisi sentiatur in effectu mortificandę carnis, nec iuditiū dici debet, quare vt lex, dum terret, timorem domini suscitat, ita dum iudicat, carnem mortificat, recteq; sequitur iuditiū timorē, vt impię carni accidat, quod timet, timet aūt iuditiū legis, quo cum iudicata fuerit & mortificata, nouus homo, qui intus est per fidē natus, iuditiū istud amat & laudat, fitq; iucūdū, quod ante in carne erat molestū,

Hypocritę itaq;, qui iuditia dñi ignorāt, oīa tamen simulāt bis vani sunt, dū nunq̃ ex animo iudicari & humiliari, volūt, cum tamen se humillimos & vilissimos, & vera iuditia dñi iactant, Odientes vero & si vera esse non negent, sibi tñ vera nō sunt, quia veraces per ea nō fiunt, hoc est iudicari nolūt per ea nec mortificari, mallentq; non esse, Amātibus aūt, vera intelligunt, & sunt, q illud Daniel 3. cantāt dño, Oīa q̃ fecisti nobis dñe, in vero iuditio fecisti, Nō eñ pcutit queq; vane & frustra cū sit in carne semper, qd vere iuditio & morte dignū est, idest peccatū,

Hypocritę bis vani et illi odiunt legē

ptū eñ semper in carne est

Duodecimū, Iusta in semetipsa, hebręū eñ verbū absolutū
(est zadeku

idest, iusta sunt, In semetipsa eadem dictio est, quę ps. 4. In idipsum, dicit. In pace in idipsum, quę collectiuę & aggregatiuę significationis est, vt in semetipsa sit, idem, quod oia simul seu omnia in vnũ, vt sit sensus, Iuditia dñi, iusta sunt omnia, qđ dicitur, quia cũ sint iuditia vera & habeãt in carne, quod iudicent, iustę iudicant eam, ac per hoc ipsum, iustificant amantes ea, & qui agnoscunt ea esse iusta. Odientib⁹ vero iniusta sunt, quia nec per ea volũt iustificari. Hypocritis aũt ficte iusta sunt Iustificant em̃ eos, sed non omnia, quę em̃ ipsi elegerint, ijs volunt iudicari & iustificari.

Iudicia

Id obserua, ꝙ numero plurali, Iudicia dicit, & addit oĩa seu simul ipsa, magn⁹ necesse est amor sit, qui iuditia domini amat, quę multa & varia sunt, dũ abundant passiones Christi in nobis, deinde omnibus tribuere, iustitiã arduũ est, vbi perseuerantia amoris indicatur, Sunt sane q̃ plurimi, qui vnũ aliquod iuditiũ dñi, sine murmure portent & iustificent, plures qui multa portent & varia, sed pauci, qui omnia, & quę velut sine fine augentur & in idipsum quottidie cumulant, cũ gaudio & laude portent, ij em̃ sunt, qui gloriãtur in tribulatiõibus & omne gaudiũ existimant, cũ in tentatiões varias inciderint, id quod versu sequente docet.

Desyderabilia super aurũ & lapidẽ preciosum
Et dulciora sup mel & fauũ. (multũ.

Hebręus, nõ habet lapidem pręciosum multũ, sed paz rab, idest obrisum multũ, nã & Hieron. obrizũ pręciosum multũ, dixit, Volũt em̃ paz, aurũ esse nobilissimũ, q̃le est Indicũ, seu ophirisum, ab ophir & Heuila nepotibus Eber Geñ. 10. Vnde Geñ. 2. dicitur. Aurũ terrę Heuila esse optimũ, Hinc Salomon 2. Paralip, 8. Per mare rubrũ naues in Ophir misisse dicitur & auꝶ attulisse, Idem de Iosaphat, 3. Reg. 22. Vsu tandem p̃ualente, vocatũ est obrizũ quasi ophirisum. Iob. 31. Si putaui aurũ robur meũ, & obrizo dixi, fiducia mea. Isa. 13. Præciosior erit vir auro & homo, obrizo mundo, vbi ponitur chetem ophir, In Iob aũt solũ, Chetem, de quo ps. 15. in titulo dictũ est Ita in multis locis apparet hunc interpretem, quisquis fuerit, data opera timuisse omęologiã, idest eiusdẽ vanã iteratiõem, quam nugationẽ vocant, & sepius autoritate propria, suum sensum attulisse.

Omisit etiã dictionem integram, Zuphim, quod cũ fauo, hebręus

hebręus habet, sicut Rab, cum obrizo, hoc modo, aurum & obrizum multū, mel & fauū redūdantem, sicut Hiero. retulit, forte, qđ & hic omęologiā vitare voluerit, Nā zuph, qđ hic pluraliter dicitur, zuphim, & fauū significat & inundantiam, vt absurdū sit visum, fauum fauorū dicere. Ego tamen Hiero. sequor, vt quemadmodū, priore parte aurū & obrisum multū, ita posteriore, mel & fauū multū seu copiosum prophetam dixisse credam. Iam de fauo quęstio est, cum ea dictio, quę est nopheth, magis aromata putetur significare, licet & pro fauo accipiatur. Vbi iterū ego, mea temeritate suspicor, prophetā, sic voluisse cum melle communi copulare mel, illud nobilius quod fauū dicimus, sicut cum auro composuit, obrisum nobilius.

Probat aūt hic vers⁹ ea, quę dixi, scȝ psalmū loqui de lege dñi per Euangelium facta amabili, seu qualis est, in oculis nō operantiū sed credentiū, sicut em̄ amanti est desiderabilis super omnes thesauros & dulcis super omnes voluptates (quod per copiam auri & faui iactat,) ita est etiā imaculata, fidelis, recta, electa, pura, vera, conuertens animas, sapientiā præstans paruulis, lętificans corda, illuminās oculos, permanens in ęternū, iusta in oībus. Contra, ante Euangeliū & fidem, odienti, est prorsus per omnia, contraria, Grande itaq; miraculū, spiritus & mutationis huius dextræ excelsi, vt ea super oīa placeant, quę prius super omnia displicuerunt. Quid em̄ ardentius homines quærunt, q̄ꝫ diuitias & voluptates? & tamen, maior est cupiditas spiritus in lege dñi, q̄ꝫ sit carnis in diuitijs & voluptatibus suis.

Deniq; quo magis clareat virtus spiritus in isto miraculo auxesin facit, in cōmendāda laude legis dñi. Primo em̄, mitissima est lex docendo, licet & hoc ipsum impatienter ferat caro, quę audire sibi aduersa ęgre sustinet, durior est, dū vt testimoniū testificatur, & de non parentibus docet, fidelitatē exigens, magis dum varijs iustificationibus molestat. Crescit deinde & pręceptū fit, sęuere vrgens & instans, Post hæc terret & timore concutit, tandem fit grauissima, iuditio suo penitus ad occidēdam & damnandā carnem procedens, hic em̄ caro, oīm impatientissima est, & cū legem in oībus prædictis odiat & exhorreat, in hoc vltimo summe odit & exhorret. Et tamen spūs veniens, hęc omnia non solum facit tolerabilia, sed amata & desiderabilia & dulcia, super oīa quæ desyderari possunt, & super omnia, quæ delectare possunt. D

Ex ijs om̄ibus arbitror patere, q̄ insignis sit pꝓpheta Dauid q̄ habeat propriā phrasin, propriasq́ figuras & tropos, tā verborū q̄ sententiarū, qui v̄bis apertissimis, tam profunda & occulta, breui compēdio tradere potuit, vt nemo consequi possit. Habemus ergo fructū Euangelicę pdicationis. Amorē iustitię, & odiū iniquitatis, idest, plenitudinē oīm legū, quæ cū nullis viribus, nullis operibus, nullis legibus, nullis studijs, obtineri possint, superest, vt desperatis om̄ibus, per solam fidem Christi, ad ea perueniamus.

Etenim, seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.

Hebręus, pro custodit ea, dicit, prouidus vel cautus vel doctus est in eis, quod Hiero. vertit, docebit ea, sed propi⁹ noster, qui dicit, Custodit ea, iterū sequente dictione motus, ad pcedētis diuinandā poti⁹ significationē q̄ proprie reddendā, more suo, Parū tamen distat, puto aūt ad omnia prędicta pertinere, quod dicit, non tantū ad iuditia, Quęq́ reuera, quid est lex, dū paulatim proficit, in testimoniū, iustitias, pręceptū, timorem, iuditia, q̄ hæc ipsa iuditia, idest mortificatio veteris hōis? in qua vna re, lex consummatur, destructo em̄ peccato, impleta est lex, & sola iustitia dominatur, quare vna cura est, ijs q sunt serui dei, vt in eo, quod potissimū & nouissimū est legis, idest, iuditijs, exerceant sese & prouidi cautiq́ sint veteris fermenti obseruatores, qua sentētia & Paulus Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cū vitijs & concupiscentijs eius.

Nec frustra sane admōet, vt cauti obseruatores sint, propter astutiam serpentis, quę facile seducit incautos, vt de Corinthijs timet Apostolus, Prudētia em̄ carnis, q̄ sit neq́, & q̄ habeat oculum nequam, q̄ subtili studio quęrat quę sua sunt, & sancta specie sese ornet, nulla satis potest obseruatione depræhendi, de qua pulchre Taulerus in suis sermonibus, vbi toties naturam arguit astutissimā in suis affectibus, quibus om̄ibus resistitur iuditijs & lege domini, donec plene occidatur & destruatur corpus peccati & absorbeatur mortale hoc a vita immortali. Interim q̄tumlibet spiritu seruiamus, condelectemur legi dei, tamen corpus quod corrumpitur aggrauat animam, vt carne seruiamus legi peccati, & hęc causa, vt cautos nos esse oporteat obseruatores iuditiorum dei quibus damnatur illa seruitus peccati.

Et q̄q̄ hoc molestū sit & laboriosum, tamen exercitatis per

ea pacatissimus fructus iustitiæ reddetur, vt hebræos. 12. docet Apostolus, Et hic Dauid. In custodiendis illis retributio multa. Est em̄ merces operi tuo, ait per Hieremiā, Quę omnia dicuntur in consolationem laborantiū, non in mercēnariam pręmiorū ac seruilem cupiditatē stabiliendam, qualis est eorꝝ, qui opusculis quibusdam suis, deum nescio, quem negotiatorem faciunt, cum nihil prorsus in iuditijs domini laborare velint, Sic & .1. Corinth. 15. consolatur laborantes, Scientes, quoniā labor vester non est inanis in dn̄o, Oportet em̄ seruos dei scire, sese placere deo in labore suo, ne deficiant atq; contristato spiritu desperent, cum ille velit hilares gratuitos operarios in lege sua, placentes aūt deo, inęuitabiliter sequitur etiam si hoc non quęrant, merces multa, cum non possit seipsum deus negare, qui ad Abraham dicit, Gen̄. 15. Ego merces tua magna nimis.

Delicta quis intelliget?
Ab occultis meis munda me.

Dn̄e, & meis, in hebręo, non sunt. Et delicta, errores sunt, vt Herony. transfert, seu ignorantię, sic p̄s. 7. titulū omnes sunt interpretrati, Ignorantia Dauid, quo significantur etiam ea peccata, quę nos occulto pręsumptionis & superbię vitio pro bonis actibus habemus, scz ea est carnis nequitia, vt sępius in ipsa media tribulatione & humilitate, nos fallat, vt de humilitate ipsa nobis placeamus, ac de ipso nostri contemptu, de ipsa peccati confessione, de ipsa superbię accusatione, superbiamus Ideo nō possunt nō esse vera iuditia dn̄i & iusta perpetuo, etiā; si perpetuo illis iudicemur & quicquid sumus & facimus p̄ ea damnetur.

Quęrit, vnde ista delicta & errores seruo dei, qui custodit iuditia dn̄i, & cui lex innocens, fidelis, recta electa & omnibus modis amabilis est? An & dilectio nō est plenitudo legis? An non custodit seruus dei iuditia dei aut mētitur sese custodire? Respondet Ap̄lus Ro. 6. Corpus mortuū est propter peccatū, sp̄us aūt viuit propter iustificationē, Vnde & in hoc prophetę spirit⁹, docet fideles Christi, simul esse peccatores & sanctos, & condelectari seruireq; eos mente legi dei & carne legi peccati, Quantū em̄ credūt, tantū iusti sunt, q̄tū vero carnē habent, tātū peccatores sunt. Caro em̄ cōcupiscit aduersus spiritū & sp̄us aduersus carnē, Carnem aūt (vt dixi) nō crassam hanc partem

nostri intelligimus, sed affectū carnis occultissimū & astutissimum, caput scꝫ serpentis antiqui, a quo nemo satis sibi cauere potest, qui & facit, vt nemo errores suos intelligat & in multis offendamus omēs, & occultis inquinemur, vt non sit iustus in terra, qui faciat bene & non peccet. Stat ergo sententia, donec in carne sumus, nemo suos errores intelligit, ideo cum Iob.7. Omīa opera nostra vereri oportet, & scire ꝙ in conspectu dei non iustificabitur omīs viuens.

Proinde desperando, de seipso & omībus suis, vnū hoc remediū appręhendat, vt ad thronū misericordię confugiat, petatqꝫ mūdari ab occultis, hac sola humilitate saluus erit, cor em̄ hominis prauū est & inscrutabile. Et quis gloriabitur se habere mundū cor? Et Aug. hic vere dicit, peccatū ita tegit oculos, vt etiā hoc non videas, vnde teguntur, imo hoc minime oīm videas, vt in oculis q̄qꝫ carnalibus cernere est. Nō ergo dicit, quis delicta habet? omnes enim habent, sed non omēs intelligunt, imo nemo intelligit.

Cum aūt hęc sciētia sit vniuersalis, prorsus omībus hōībus tribuens delicta, quę non intelligant, Quid audent nostri Sophistę, qui prętextu ignorātię inuincibilis, obicis ꝗblati, primi motus, faciendi quod in se est, & aliaꝝ multaꝝ nugaꝝ, hoīes securos & mundos faciunt, incautos & incuriosos reddunt in iudicijs dei obseruandis, & aliquando sine peccato saltem veniali esse posse somniant? Propheta certe, sine mortali peccato fuit, & esse affirmat, q secū hęc dicūt (vt illi de peccato loquūtur mortali,) imo & sine veniali, cum hęc dicat in spiritu ardēs Neqꝫ em̄ hęc ad deū oraret nisi spiritu ferueret, & tn̄ nemini dicit suos errores esse cognitos, & tales errores, quos nisi deus mūdaret, saluū fieri non permitterent, neqꝫ super venialibus tam ardenter oraret & mundari ab eis peteret, quę illi tam vilia habent, vt nescio quibus pene ludicris ea tolli doceant. Sic Paulus .1.Cor.4. dicit, se nullius esse conscīū, sed non in hoc iustificatū Et Iacobus, In multis offendimus omēs. Has omēs veritatis & humilitatis sententias, hypocritę illi superbi, simul extinguūt suis impijs cogitatiōībus, quibus opera bona, & merita excogitauerūt, & venialia peccata a mortalibus distinxerunt, de ꝗbus nunc dicit.

Et ab alienis parce seruo tuo, si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.

Et emundabor a delicto maximo.

Heb. ita. Etiã a superbis retine seruũ tuũ, non dominentur in me, tunc integer ero, & mũdabor ab iniquitate multa, Interpretes videntꝰ legisse literã, res, pro, daleth, ideo Miserim, pro misedim, idest, alienos, pro superbis tradiderũt, Et quod, parce hic dicitur, hebręis sonat in custodiã, qua retinetur aliquis, ne faciat, vel patiatꝰ Gen. 20. Custodiui te, ne peccares in me. i. retinui, Cuius verbi Emphasis indicat, periculũ illud maximũ & certamen periculosissimũ, quo lupi rapaces hypocritę, sub vestimentis ouiũ, quęrũt deuorare animas simplices, & de pietate fidei (qua sola lex impletur & amatur) in superstitionẽ impietatis & operꝝ abstrahere, quibꝰ magis offenditur lex. Adeo scꝫ magna res est, in pietate fidei perseuerare, vt spiritus nõ possit satis monere & inculcare, vt a superborꝝ hypocritarꝝ blandis doctrinis caueamus.

Quanta vero fiducia pronunciat, eos superbos esse, Reuera enim, vbi fides non est, ibi operꝝ fiducia sine fine superbit, sed tam occulto & spirituali dolo, vt prorsꝰ intelligere ipsi nequeant, qui superbiunt, omnia eñ, quę humilitatis & pietatis sunt speciosius ostentant, q̃ vere fideles, vt nemo queat esse tutus, nisi cui dñs pepercerit & ne rapiatur corꝝ exemplis & verbis, retinuerit, sicut hic oratur & orari docetꝰ. Hĳ sunt, de quibus Ro. vlt. dicit. Qui per dulces sermones & benedictiones corda seducunt innocentũ.

Dicit ergo, contine seruũ tuũ, ne superbi isti me rapiant & fallant, Si eñ a te retentus fuero, vt nihil in me pręualeant, q̃tũlibet speciosis exercitibus & pompis operũ ac verborꝝ, tunc vere innocens, perfectus, integer & simplex ero, teu: Eyn frummer man. Vbi simul a contrario significat, sese futurũ impiũ, si retentus non fuerit, & illi in eũ pręualuerint. Amissa eñ fide, in operibus confidet, & vllulabit cum lupis, qui antea fuit, ouis simplex Christi, Dixi superius. Interp̃tem nostrũ, solere vocabulũ Tham, pro immaculato ferme trãsferre, qđ Aplo Ro. 16. Innocentes seu simplices, gręce, acacus, significat. Verba Apostoli, hunc versum clare illũinantia sunt hęc, Obsecro vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula, iuxta doctrinã, quã vos didicistis faciũt, & declinetis ab illis. Huiusmodi eñ Christo dño nostro non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocẽtum. Hic sane locꝰ, innumerabiles prophetarꝝ & psalmorum loca elucidat, & in vniuersas hoĩm traditiones, mira energia,

epitasi & emphasi verborum grassatur, ideo tenaci & pręsenti memoria tenendus omni Christiano pectori.

Et emundabor a delicto maximo, hoc delictum maximū multis, superbia esse putatur, idq; nō male, sed obscure & improprie, siquidem impietas, superbia est. Verū hoc vult propheta, qđ impij, a minutis illis peccatis mūdantur, dū nō occidunt, non furantur, non mechātur, sicut pharisęus ille in Euāgelio iactat. (Nam & hęc pręcepta Christus Mat. 5. vocat minima) cęterū a magno illo & multo, per quod oīa polluūtur etiā bona impiorū opera, adeo non mundanť, vt per ea ipsa opera magis etiam illo contaminentur. Hæc est impietas illa & incredulitas, ideo prophetā comparatiue loqui intelligamus intuentem, duas mundítias diuersas duorū peccatorū, diuerso iuditio ęstimatorū. Impij em̄ mundant sese, a peccatis minimis .i. ijs qui per corpus viliorē partē hōis fieri possunt, neglecto maximo .i. eo, quod per animā, maiore parte sua, indurati cōmittunt nec vident. Pij contra parū habent, sese mundos esse, a minutis illis, nisi & ab illo magno mundi sint, quod vnum, multa peccata facit, immo nihil nō peccat. Et credo, prophetam, impietatē istā, data opera insignire voluisse epitheto illo, vt multū & magnū, appellaret, (vtrūq; em̄ Rab hebræū significat) qđ cętera peccata sic se habēt, vt quodlibet seorsum sit vnū dumtaxat peccatū, hoc aūt monstrū qui habet, simul multa & magna habet, eo qđ oīa opera nostra, (quæ multa esse necesse est) pessima (vt vocant) circunstātia & vitio, inficiat quę est impietas in deū, ideo licet sit vnū, simul tn̄ plurima & maxima peccata esse, recte dicitur.

Et erunt vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in cōspectu tuo semper. Dn̄e adiutor meus, & redemptor meus.

Hic vnus verus est, Aduerbiū, semper, suppositítiū est, Est ergo sensus, Si a delicto maximo mūdus fuero & supbi in me nihil pręualuerint, hoc est, si fide purificatrice cordis, non operibus contaminātibus iustus fuero, vere placitus ac gratus ero, in oculis tuis. Vbi aūt ego gratus fuero, tum & eloquia mea, & meditatio mea, placita erunt. Arboris em̄ bonę, fructus boni erunt, Econtra, nemo pręsumat eloquia sua placere, q̄tūlibet speciosa, si citra fidem, iustus fuerit, quia maculatus est delicto multo & magno.

Eloquia aũt & meditatio cordis, q̃q̃ possint, de cõi sermone aut oratiõibus intelligi, mihi tamen, de verbo doctrinę intelliguntur, qui em̃ pure credunt, purę statim docent, Iuxta illꝺ. Credidi, propter quod locutus sum. Neq̧ em̃ latet ociosa fides sed prodit & cõfitetur deũ in salutem suã & alioꝝ, sicut superius, de sole procedẽte dixit, in hunc sensum arbitror adiecisse, oris mei, & cordis mei, vt docendi signaret ministeriũ, Quare sensus fere est is, qui p̃s. 1. dicitur. Et foliũ eius nõ defluet & oĩa quæ faciet prosperabuntur, Sic em̃ & ibidem de bona arbore dicit̃, ita hic, si mundi sumus nos, placebunt deo cõciones nostrę, cooperabitur & confirmabit, facietq̧ eas prosperas procedere & cõuertere etiã aduersarios, vt ꝓuer. 16. Si deo placuerint vil hominis, etiã inimicos eius conuertet ad pacem. Si mundi non erimus, quid restat, nisi vt displiceant, & nihil habeant ꝓsperũ, etiã amicos conuertãt ad bellũ?

Nec frustra addit, in conspectu tuo, Eloquia em̃ purę fidei odio sunt om̃ibus hõibus, sicut Christus prędixit Mat. 5. & 13. qui a crucifigũt veterẽ hominẽ, arguũtq̧ mundũ de peccato, id quod gratũ est, in cõspectu dei, intolerabile aũt in cõspectu hoĩm, & tamen, quia placent deo, prosperantur, inuito etiam mundo.

In hoc ipsum, in fine, appellat dñ̃ madiutorem suum (qꝺ heb. Zuri, idest petra mea dicitur) & redemptorẽ suũ, non solũ qꝺ a peccatis & hypocritaꝝ studijs redemerit & eum ĩ purę fidei petr posuerit, sed qꝺ & perseuerantẽ & vincentẽ eum fecerit, aduersus verbi aduersarios, data ei spiritus fiducia ad loquendũ, Sicut Hiere. 1. dicit, Ne timeas a facie eoꝝ, quia tecũ ego sum vt eruã te, Sic & Act. 4. orabant Apl'i, vt cum fiducia verbũ possent loqui, contra Iudęos, Et statim locus est motus repletiq̧ spiritusancto loquębantur cum fiducia,

Meditationẽ p̃s. 1. & 9. abunde vidimus. Est em̃ exercitatio verbi ad docendũ parata, sicut infra dicet̃ p̃s. Os meũ loquęt̃ sapientiã, & meditatio cordis mei prudentiã, quare hic vel per tautologiam idem geminatur, vel alterũ per alterũ magis explicatur.

PSALMVS DECIMVS NONVS
Heb. Vicesimus.
Ad Victoriam Psalmus Dauid.

295

e Xaudiat te dominus in die tribulationis protegat te nomen dei Iacob.

Hunc psalmū ferme oēs de Christo exponunt, mihi aūt videt̄ ea expositio remotior esse, q̄ꝫ vt literalis dici possit. Vn̄ simpliciore & planiore sensu, psalmū arbitror esse litaniā quā dam generalem pro magistratibus & ijs, qui in sublimitate cō stituti sunt, pro quibus & Ap̄l'us. 1. Timo. 1. Iubet primū oīm orari, vt quietam & tranquillā vitā agamus. Et vt dicā, quod sentio, videtur Dauid, hunc psalmū ędidisse, pro quodā religioso & sacro classico, quo se & populū animaret & formaret ad orandū & pie gerendū in rę bellica, adūersus hostes pietatis, quales nos Turcas arbitramur.

Totus aūt psalmus, per singulos ferme apices, hoc vult, vt princeps populoꝝ, nullis p̄sumat virib⁹, nullis confidat opibus, nullis nitatur suis cōsilijs, iuxta illud p̄s. 33. Non saluatur rex per multā virtutē, & Gygas non saluabitur in multitudine virtutis suę, fallax equus ad salutem, in abūdantia aūt virtutis suę nō saluabitur, sed de cęlo expectet adiutoriū, de cęlo venire sciat victoriā, & in solo nomine dn̄i speret, & oratiōe sicut Moses pugnet, ita propheta simul orat & docet, necessariā sane doctrinā, quā rari obseruāt principes, Min⁹ em̄ esset belloꝝ & fęliciores victorię, si ad regulā huius psalmi in dn̄o p̄sumerent, fortius orantes q̄ cędētes, essentq́ꝫ vere tū elohim, simulachra dei in terris & diuini principes, nec pugnarent nisi vocati & coacti, iusta causa in humilitate cordis, ideo statim orditur psalmus. Exaudiat te dn̄s, principem sursum duces in conspectū dei, vt huius consilio & auxilio agat, quicquid agit.

In die tribulationis. Et hic monētur principes officiū suū, vt sciant, sese positos in sublimitate, pro salute populi, pro qua multa patiantur & laborēt, & sit principatus eoꝝ, vere dies tribulationis eoꝝ, neq́ꝫ em̄ ociosi & voluptarij, qui propter seipsos tantū principantur, digni sunt, pro quibus hęc dei magnalia petantur, imo nec principes sunt, sed porci in volutabris suis. Qui aūt ex animo populi salutē quęrit, nunq̄ sine tribulatione erit, aduersabitur em̄ ei Satanas & totus orbis.

Protegat te nomen dei Iacob. Non gladius, non clypeus, non thorax, nec vllum aliud pręter nomen dei, p̄s. 43. Non em̄ in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me, quomodo aūt & quibus armis protegit nomen dei? Scꝫ fide & inuocatione sui, sicut Iohel dicit. Omnis qui inuocauerit nomē

dn̄i

domini, saluus erit, Et ꝓuerb. 18. Turris fortissima nomen dn̄i ad ipsum currit iustus & exaltabitur, sic enim inuisibili virtute protegetur seu exaltabitur, eadem em̄ hic & illic dictio est, quę magis exaltationē significat, q̄ꝫ protectionē, Isaię. 9. Eleuabit dn̄s hostes Razin super eum, Pura erga fidutia in deum, opus est, rectori populoꝝ, vt nec p̄sumat in virib⁹, nec desperet in impotentia sua. Idem est apud dn̄m, saluare in multitudine & in paucis, vt. 1. Reg. 14. &. 2. Paralip. 14. scribitur.

Apposite aūt & tempestiue dicit, Nomen dei Iacob, non Israel aut alio epitheto, nomen dei cōmendans, Iacob enim a planta, supplantator dicitur, quod ꝓprie ad aduersarios & diē tribulationis pertinet, vt per nomē dei, princeps populi protectus euadat, victor & supplantator hostiū suorum.

Mittat tibi auxilium de sancto.
Et de Zion tueatur te.

Pro, tueatur te, Hiero. Roboret te, quod magis exprimit fiduciā & virtutē cordis, qua, qui robustus fuerit, om̄ibus malis superior facile erit, Ab intus enim tuetur & roborat suos dn̄s. Contra, mundus ab extra sese tuetur & roborat. Hoc est quod dicit, de sancto & de Zion, Sanctū em̄ satis diximus, separatū, absċōditū & īuisibile significare, vbi sens⁹ nō attingit, & ratio nihil cōp̄hendit, vt de sancto sit, de cęlo & de solo deo, qui in sancto habitat, quo pulchre fidei naturā indicat, quę credit quod non videt & expectat fortiter auxiliū, nesciens t\u0303n vnde veniat. Homo aūt de prophano & eo, quod patet, auxiliū petit & expectat, sed vana salus hōis.

Idem per repetitionē est, & de zion roboret te, auxilio em̄ roboramur, vt repetita oratio & affectū augeat & certū auxiliū promittat. Quid aūt de Zion dicitur? vtiqꝫ non de Aegypto, nec Babylone, pro suo em̄ tempore loquitur, cū dn̄s in zion habitaret & coleretur, ac si dicat, non extra te curras, sed intra te robur dn̄i expectes, veniet si tu non discedas, roborabit, si nusqꝫ roborari quęras, non em̄ fugiētibus, sed fortiter expectātibus venit, Nec hoc versu aut vllo alio, fuga consulit tribulationē euadere, sed constātia & occursu, in fide nōis dei vincere Sic em̄ deus, quēlibet suū hominem tutatur ex ipsomet, non per auxiliū hominū, Cuius rei exempla sunt, q̄ꝫ populū Israel sepius liberauit, nullis in circuitu gentibus adiuuantibus, sed cunctis aduersantibus, sola pręsentia sui in Ierusalem & Zion

E

per verum cultum suũ. Et quoties non de zion, sed Aegypto aut Assyrijs auxiliũ expectauerunt, toties ceciderunt & baculo arundineo innixi peius collisi sunt.

Et vox de, Zion, emphasin suã habet, Specula em̃ dicitur non tantũ, ꝙ nos per fidem speculemur seu præsentẽ deũ habemus, sed qđ & ipsius dñi oculi super nos aperti sunt, sicut dicit ps.33. Oculi dñi sup iustos, Et.31. Firmabo super te oculos meos, id qđ olim, super solã zion, tunc electũ sibi locũ faciebat, Nunc zion est totus orbis, vbicũq; em̃ creditur in deũ, ibi videt & videtur deus deorũ in zion, sicut & ps.4. diximus, de lumine vultus dñi super nos leuato, Recte aũt vers⁹ hic sequit̃ pręcedentẽ, quia exaltari in nõie dñi super hostes nõ cõtingit, nisi de cęlo roboretur cor prĩcipis, vt hoc versu, velut causam & modũ reddat p̃cedentis versus.

Memor sit omnis sacrificii tui, Et holocaustũ tuũ pingue fiat. Sæla.

Et hic vers⁹ tautologic⁹ est, q̃les ferme oẽs hui⁹ psalmi sunt prędicti aũt duo personã deo cõmendauerũt, quę nõ nisi fide pura gratificatur in conspectu dei, his duobus sequẽtibus opa eius cõmẽdat, recto & pulchro ordine, sic em̃ respexit dñs pri⁹ ad Abel & postea ad mũera eius. Insuper hic versus sacrificiũ, sequens consilia & studia cõmendat, vt prius sit facere q̃ dicere prius significare q̃ petere, Multi em̃ dicunt, Dñe dñe, & nõ aũt faciũt voluntatem patris, ĩmo contraria faciunt, ideo & oratio eoꝝ fit in peccatũ. Et videmus hic non orari, nisi pro bono & pio principe, neq; em̃ impius orat, vt exaudiatur, neq; credit, vt de sancto roboretur, & si foris sacrificet opere seu simulet potius se sacrificare. At hunc suum principem nõ facit sacrificare sed sacrificanti optima precatur, nisi dixeris, ꝙ sacrificiũ principis, sit cõe populi quoq;, in quo pij aliqui sunt, quoꝝ p̃cibus & ille postuletur bonus & saluus fieri cũ illis.

Euincit aũt hic versus, Dauid fecisse hũc psalmũ, vt pro se oraretur a cantoribus a se institutis, quia sacrificiũ & holocaustum ritus Mosaici memorat, quę in noua lege abrogata sunt, non quod mala fuerint, sed quod impleta sint per Christũ, & fiduciã iustificationis pręstabãt superbis, Nihil em̃ peccaretur, si hodie, ritu eodem, quisq; sacrificaret, modo id faceret, nulla fiducia iustitię, aut necessitate cõscientię, libera em̃ & licita sunt om̃ia, quę contra fidem non sunt.

Non tamen ideo psalmus hodie & alijs orandus non est, sicut em̄ alia persona, alia causa, aliud tempus, alius locus, in noua lege sunt, ita & aliud sacrificiū, eadē tamen fides & idem spūs, p̄ om̄ia sęcula, loca, opera, personas manētq; Externa variant, interna manent, Non em̄ in oībus est vnū opus, sed vna fides, nec vbiq; vnus seruus, sed vnus dn̄s. Et diuisiōes gratiar̄ sunt, idem aūt spūs, & diuisiōes ministrationū sunt, idē aūt dn̄s & diuisiones opationū sunt, idem aūt deus, qui operat̄ oīa in oībus, Sic, qui in Abrahā circuncisionē voluit, idem in nobis baptismū voluit, eadem prorsus voluntate, & in eadē prorsus nostra fide, diuersa tamen operatione, oportet em̄ Ecclesiam ab initio mundi astare Christo circundatā varietate, & dispensatricē esse multiformis gratię dei s̄m diuersitatē membrorum, tempor̄, locor̄ & causarū, quæ mutabilia sint & varia, ipsa tn̄ vna semper eademq; perseueret Ecclesia.

Quod ergo nostrū sacrifitiū est: aliquot sęculis sacrm̄tum panis & vini, pro sacrifitio summo habitū est, sed impia (vt alias diximus) opiniōe. In noua em̄ lege, nec templū est, vt in Apocalypsi visum est in noua ciuitate Hierusalē, nec sacrifitiū, qd̄ Danielis, 9. defecturū prędictū est, Sed nos ipsi sumus templū dei, vt Paulus. 1. Cor. 3. docet, Ita sumus etiā ciuitas dei, ita & sacrifitiū, & oīa quę olim & nūc, corpalibus templis & oblatiōibus figurata sunt. Vnde Ro. 12. Apl's. Obsecro vos, per misericordiā dei, vt exhibeatis corpa vestra, hostiā, viuētē, sanctā, deo placentē, rationabile obsequiū vestrū. Varias aūt sacrifitiorū antiqrum interpretatiōes omitto, cōtentus duobus illis, quę docet Dauid p̄s. 49. Sacrifitiū laudis honorificabit me, p̄s. 4. Sacrificate, sacrificia iustitię, p̄s. 50. Sacrifitiū deo, spūs cōtribulat⁹ A didem Daniel. 3. In aīa contrita & spiritu hūilitatis suscipiamur, sicut in milibus agnor̄ pinguiū, sic fiat sacrifitiū nostrū hodie in cōspectu tuo vt placeat tibi, qm̄ nō est cōfusio confidentib⁹ in te. Et Oseę. 14. Omnē aufer iniquitatē & accipe bonū & reddemus vitulos labior̄ nostror̄. Heb. 13. p ipsum ergo offeram⁹ hostiā laudis semp deo, idest, fructū labior̄ cōfitētiū nomini eius. Et p̄s. 115. Tibi sacrificabo hostiā laudis, & nomen dn̄i inuocabo. Et. 53. Voluntarię sacrificabo tibi, & cōfitebor nomini tuo dn̄e, quoniā bonū est, & his similia.

Sacrifitiū itaq; nostrū, quod in die tribulatiōis offerimus, cor contritū est, & confessio peccati, hoc est, nos ipsi, in tribulatione ad deū gemētes, tribulationem iustam agnoscentes patienter ferentes nostri mortificationem, inq; omnem volūtatem

dei nos offerentes, hoc em̄ signat vniuersus ille tumultus figu-ra: iū hostiarū, cum suis cędibus, sanguine, exustione, & simili-bus in lege Mosi pręceptis. Ignis ille consumptor, ardor spūs sancti est, diffundēs charitatē in cordibus nostris, quę deuorat, quicquid est carnis & veteris natiuitatis in nobis, id quod est, holocaustū. i. in totū igne consumptū offerri, vt nobis mortui deo viuamus, & menbra prius iniquitati seruiētia, iustitię nūc seruiant. Et in his om̄ibus, deo confiteamur, laudemus & grās agamus, Ligna quib⁹ ignis ille alitur verba Euāgelij sunt, cul-tri quibus ceduntur animalia. verba legis sunt, occidentia ve-terem hominē & detracta pelle vetustatis super altare Christū imponētia. In fide em̄ Christi omnia fieri oportet.

Quid vero est, pinguefieri holocaustū? sine dubio allego-rice, plenū, delicatū, placitū ac iucūdū significat, pinguedo em̄ mysterio abundātię & iucūditatis seruit. Gen. 49. Aser pinguis panis eius & p̄bebit delitias regibus, Sic p̄s. 16. diximus, Adipē ipiorꝫ esse, proceres eorꝫ, diuites, electos, & delicatos volupta-rios. Sumitur scꝫ allegoria ab vsu hominū, qui pinguibus & benepastis pecudibus, ceu electioribus delectātur. Sic & p̄s. 62 Sicut adipe & pinguedine repleatur aīa mea, & labijs exultatio nis laudabit os meum. Inde in scripturis passim pinguis ager, pinguis mons, quē latine, lętū & iucundū dicimus. Hebręa aūt dictio, hoc loco ambigua est, vt possit etiā sic transferri, & ho-locaustū tuū incineretur, Sela, quod, ad holocaustū satis apte dicitur, potest aūt vtrunq̧ simul accipi.

Sela quod in fine huius versus additur, quid sit, in superio ribus diximus, inditiū scꝫ, cuiusdam insignis affectus occulti, per spiritū pro tempore excitatū super pinguedine & incinera tione holocausti huius, quem nemo nouit, nisi qui accipit.

Tribuat tibi secundū cor tuum, & omne consiliū tuum confirmet.

Certe, summe cauendū, ne pro tyrannis & qui nō nisi sua quęrunt, sicoremus, nisi in hoc cum illis sentiamus, ꝙ nullus princeps, non velit, sua florere & in pace abundare, cum prop ter pacem, & bella gerantur, & ita pro ciuili eorꝫ bonitate p̄ce-mur. Magis tamen, pro bono principe intelligitur orare, qui em̄ talis est, multis impetitur aduersarijs, pręcipue ab illis ipsis malis tyrānis indigetq̧, diuino auxilio, quo sua cōsilia & de-sideria contra illos impleantur, Non em̄ pro tyrannis, sed pro

eo quem tyranni prēmunt inique, orandū est, Neqꝫ filiȷ̄ Israel pro hostibus suis, sed pro Dauid rege suo orabant, in debellandis aduersariȷ̄s laborāte. Ita & nostri, illi Turciuorę Martes, qui contra Turcas insaniunt, orationibus magis niti deberent q̃ viribus, quod cum non faciant, sintqꝫ ipsi peiores Turcę, populū Christi vastantes, nescio an fortius contra eos an contra Turcas orare debeamus. Certe vt hodie res habent, non modo pro Imperatore, Regibus & Principibus orari oportet, vt eoꝝ cor & consiliū impleatur, sed vt cor eoꝝ aperiatur, & intelligant, qui sunt veri hostes Ecclesię, in quos cōsultare, & cor cōmouere debeant, donec em̄ cęci non vident, q̄ꝫ nos ipsi egeamus castigatione, q̄uo consultare possunt pro quo eoꝝ consilio implēdo, orare debem⁹? Inuenire tñ est aliquot īter eos, qui cęci non sunt & rebus nostris consultū velint, pro ȷ̄s dicamus, & ardenter dicamus, Tribuat tibi dn̄s ſꝫm cor tuū, & om̄e consiliū tuū impleat, siue vt noster dicit, confirmet.

Lætabimur in salutari tuo, & in nomine dei nostri magnificabimur.

Impleat dominus omnes petitiones tuas.

Impleat, hic dicit, cum idem verbū superius cōfirmet, reddiderit varius interpres. Verbū hoc, Lętabimur, p̄s. 5. diximus significare, lętitiā vocalem, seu iucunditatē verboꝝ, qua solēt hoīes gaudiū suū iactare. Sonatqꝫ hoc loco in exhortationē, tanq̃ ab ȷ̄s dictū seu dicendū, q̄ pręliū ineunt, & superba fiducia iactant auxiliū dn̄i super se in salutē, sicut illi Iudicū 7. Clamauerūt, gladius dn̄i & Gedęonis. Et quo modo Iosuę. 6. Clamauerunt filiȷ̄ Israel, & mox ceciderunt muri Hiericho. Et rex Abia. 2. Paralip. 13. eodem exemplo cum suis vociferans quinquaginta milia occidit de filiȷ̄s Israel, Sed & nunc etiam perseuerat vsus militū, iactātiū ducis sui nomen & gloriā ad animādos sese aduersus hostes, prorsus eum affectū & ritū, sed piū & religiosum, hic versus docet.

Hunc sensum cōfirmat verbū sequens, magnificabimur, quod perperā a nostro redditū, a Hiero. vertitur, ducem⁹ choros, nec hoc satis. Aliȷ̄, insignes & nobiles erimus, dicūt, Volūt aliȷ̄ verbū castrēse esse. (Degel em̄ vexillū, seu insigne exercitus significat) Inde hoc verbū, nidgol, significare id, quod vexillū erigem⁹, seu si sic liceret dicere!, vexillabimur, vvollen panier auffvverffenn, quod & ipsum est, opus pręliū ineuntiū, vt nō

298

solū voce clament sed & signa sua iactent, sicut viri Gedęonis non solū tubis sonabant & vociferabātur, sed & lagenas, vice vexillorū complodebant & iactabant.

Igitur. In salutari tuo, idest, inuocata salute tua per fidem, lętabimur & clamabimus lętantes, & in noīe tuo idest, inuocate noīe tuo, eadē fide vexilla erigimus, hoc est, in virtute tua non nostra, cū fiducia inibimus certamen cum oībus hostibus nostris, Dñi em̄ est salus & victoria. Idem aūt est salus, quod salutare, licet interpretes libenter salutare soleant transferre. Q, si in bello prophano, adeo necessariū est, in salute dei vociferare & in nomine eius vexilla sustollere. Quanto magis hoc facto opus est, nostris Christianis ducibus, dū aduersus spiritalia nequitię in cęlestibus, cōtra prudentiā carnis & hęreses pręliamur, ne nr̄a insignia, nostros titulos, nostrasq̧ imagines, & in nomine ac salute nostra iactemus, idest, philosophiam, humanas traditiunculas, decreta, & alia portenta nostri nominis & virtutis proferamus, sicut modo faciunt pōtifices ridiculi. Nostrū vexillū, verbū crucis est, triūphale signū, sanguine Christi purpuratū, qđ Ecclesia Christi quę est terribilis sicut castroꝝ acies ordinata, opponit oīb⁹ potestatib⁹ tenebraꝝ, extulisse em̄ aliđ verbū, est nihil aliud, q̄ puerorū more ludere in ferijs seu furijs carnalibus.

Impleat dñs omes petitiones tuas. Et hęc vox est exhortatoria cum fiducia euntis in pręliū, ac si dicat. Nos imus & in nomine dñi, sub tuis signis militamus, tibiq̧ regi & duci nostro parem⁹, dñs aūt, faciet quod suū est, & impleat petitiōes tuas, Nostrū est nescire, quod futurū est, & tamē tibi obedire, sic. 2. Reg. 10. Ioab princeps militię Dauid instructa vtrinq̧ acie, in manu dei victoriā ponens, ait, Pugnem⁹ pro populo nostro & pro ciuitate dei nostri, dñs aūt faciat, quod bonū est, in cōspectu suo.

Nunc cognoui, quoniā saluū fecit dñs Christū suū, exaudiet illū de cęlo sancto suo. In potentatibus salus dextrę eius.

Ea quæ hactenus orauit, nunc in spem certissimā erectus plane promittit ꝓpheta, Sic em̄ sibi ipsi infallibiliter persuadet fore affectus, in deū plenissime fidens, qualē hęc verba indicāt ac si dicat, En rem aggrediamur, & scimus, certiq̧ sumus, quia dñs saluabit Christū suū, Neq̧ em̄ possibile est, vt nō exaudiat eū, qui tāta fide, talibusq̧ affectib⁹ de deo pręsumit, quia nō

606

est confusio confidentibus in te Daniel. 3. Et ipse saluator sperantiū ps.16. Ideo dicit, nunc scio, quoniā saluū faciet, Esse em̄ verbum futuri temporis, cogit id quod sequitur, exaudiet illū de cęlo sancto suo, q̄q̄ possit, per modū participij præsentis temporis vel nominaliter verius, sic verti. Nunc scio, quoniā saluans seu saluator dn̄s Christi sui exaudiet eū. Et ex supradictis, notū arbitror, hebręam linguā, frequentissime ac idiotismo proprijssimo vti verbo pręteriti temporis, pro pręsenti, vt hic. Nunc cognoui, idest iam scio, seu nunc factus sum sciens, si absolute statu accipi placet.

Est aūt versus exhortatorius fidei constantiss. seipsam persuadētis imo ex affectu p̄dicto persuasę, Qui em̄ sic aīatus est vt audiat dicere, lętabimur in salutari tuo, & in noīe tuo vexilla tollemus, simul certissim⁹ est, sese non derelinquendū, sicut reuera & certissimū est, id quod solus ipse sentit. Sic Paulus audet. Ro.8. cert⁹ sum, quod neq; mors, neq; vita &c̄. nos separabit a charitate, quę est in Christo, Et alibi, Certus sum, quia potens est depositū meum seruare in diem, Cuius em̄ cor, dicit Ego credo, infallibili simul sequela dicit, certus sum ita fore, sicut credo, fides em̄, si vera est in corde, adeo certe affirmat, id quod credit, vt nihil certius futurū esse, persuaderi possit, atq; adeo, iam scit, ac si factum sit, ideo hic non dicit, opinor, aut cogito, aut intelligo, sed scio, seu cognoui, quoniā saluū faciet idest certus & persuasus sum, vt suo more Paulus loquitur, eodem tn̄ sensu.

Hoc iterum argumentū est aduersus impios illos sophistas qui nos incertos faciunt, de gratia & charitate dei in nobis, garrientes temerarium esse assertu, nos diligere aut credere aut certos esse de opere dei super nos, cum nihil sit abominantius ista incertitudinis opinione, Vnde placet hebręus idiotismus, quo hic verbum, Cognoui pręteritum (quo fides commendatur) cum verbo futuro, Exaudiet (quo opus creditum significatur) componitur, vt obstruatur os loquentium iniqua, & sciant, opera dei super nos futura, per fidem esse credentibus debere, ceu pręsentia īmo præterita, hinc enim prophetiæ frequentissime vtuntur verbis pręteritis, præsertim in lingua hebræa, non tantum propter certitudinem (vt dicunt) prophetię sed magis propter ostendendam & docendam fidei naturam.

Et satis miror, cū fateantur in vniuersum omnes articulos, de secundo aduentu CHRISTI, de extremo iuditio, de æterna

vita & inferni igne, esse certissime futuros & hæreticos asserant, qui in his dubitent aut incerti sint, Similiter, si quis de creatiōe, incarnatione & toto mysterio Christi preterito dubitet aut incertus sit, hereticū statuant, cur audiāt Catholicū asserere, siquis dubitet, se esse in gratia, se consequi misericordiam in sacrm̄to, certissime & infallibiliter habere propitiū deū: cū hic articulus sit primus omniū, vbi dicitur, Credo in deum patrem, omipotentem, cæci ceci sunt & duces cæcorum. De præteritis & futuris deo credunt, de presentibus nō credunt. Nos aūt cū propheta constanter & presenter dicamus, Nunc cognoui, quoniā saluū faciet dn̄s Christū suum. De verbis cognoscendi, sciendi, intelligendi, aliquādo latius dicemus, de celo & sancto, dictū est versu. 2. In potentatibus salus dixtre eius.

Et hoc verbū est animose fidei euntis & exhortātis, de auxilio dei futuro secure, vt si nostro more & sensu diceremus, Scio quod exaudiet illū, & potenter saluabit eū. Est em̄ tropus hebreus. In potentatibus salus dextre eius, idem q; sensus, qui ps 117. Dextera dn̄i fecit virtutē, hoc est, quādo dextera dei saluat, non est vlla virtus aduersaria, que perdat, quia non solū potēs est, seu in potentia, salus, quā dextera eius facit, sed etiā in potentatibus, idest multis modis potēs. Nomine em̄ isto plurali, licet barbare & absurde sonet latinis, exprimitur, eximia illa fides, quæ deo tribuit, tantam virtutē & sapientiā, vt non vna sed multis vijs possit saluare, etiā si ijs, qui laborant, nulla appareat, miram q; emphasin & epitasin habet ea vox, plena affectu supbissimo & de dei virtute presumentissimo, Ey lasz yhn nur machen, er vvirt vnd kan vvoll helffenn.

Potest ex heb. etiā sic reddi, Nūc cognoui, quoniā saluans dn̄s Christū suū, exaudiet illū de celo sancto suo, in potentatibus salutis dextre sue, vt omnia pendeāt a verbo, Exaudiet, quod respondebit, etiā hebreus sonat, vt sit sensus, Exaudiet illū potenter saluando, sua solius dextera, non hominū virtute, Et sic sonat in abnegationē auxilij humani, & emphasis est in voce, dextre sue, qui sensus mihi valde placet, tamen non longe variat a priore.

Christū suū, hic generaliter accipi oportet, pro rege, quod reges olim vngebātur. Auget aūt & hoc ipsum verbū oratiōis exaudiende, & salutis dande fiduciā. Nosse em̄ se esse diuinitus ad aliquod opus vocatū, addit fortiter & inflat spiritū, Scit em̄ volente & mandante deo, se agere, quod agit tantū cauet, ne suis viribus superbis, deo mandante contentus, non etiā humiliter

militer & in timore querat deum adiutorem, Sic em̄ psalmo. 7. erigit se idem propheta dicens. Exurge dn̄e deus in praecepto, quod mandasti, quod hic breui verbo, dicit. Christum suū, idest quem, ipse vnxit & regē cōstituit, & hoc, quod agit agere voluit. Inde Dauid scribitur, prẹliari bella dn̄i, idest voluntate dei imposita & sibi demandata. Contra, qui vocati non sunt, prorsus infẹliciter om̄ia tentant, sicut filij Israel mōstrauerunt exemplo suo Numeri. 14. Ideo potius Christū suū, q̄ regem nostrū voluit dicere, vt sese animarent dei mandato, non suo comodo, vt nunc vulgus solet pugnatorꝝ.

Vtinā, tales essent & nostri illi Turcarū voratores, qui populum Christi, impijs suis Indulgentiarꝝ prẹstigijs illudentes, impellere solent, in perniciē rerū, corporꝝ & animarū, Q꜡ em̄ fẹliciter pugnauerimus hactenus, auctū hostiū imperiū cum summa nostra ignominia satis declarat, prẹsumim꜒ em̄ impij tam de viribus, q̄ꝫ de iustitia, coram deo & hōibus superbiētes, Deinde prorsus non nisi gloriā mūdi quẹrimus, & ijs om̄ibus portentis, nomen sanctū dei prẹteximus, fictisqꝫ tū verbis, tū factis, om̄ia prẹsumimus, & tamen coronas martyrū secure pro his om̄ibus promittim꜒, o furor. Certe Dauid rex religiosissimus, licet potens esset viribus, tamen hunc psalmū ẹdidit, quo erudiret populū, qua fiducia quibusqꝫ virib꜒ vellet de se prẹsumi, stultū vulgi plausum, qui regib꜒ suis nihil non arrogat, coercens, & ad diuinā misericordiā conuertens, ideo salus dextrẹ dei, in virtutibus cum eo fuit, nobiscū aūt, pernicies sinistrẹ nostrẹ in infirmitatib꜒ perseuerat. Verū qui iturū in hac re bellica nihil cum Dauid, nostris regibus esse cōmune, cum in fide Christi, forte nostra prima, nihil nobis cum illo conueniat?

Hi in curribus & hi in equis,
Nos aūt in noīe dn̄i dei nostri inuocabimus.

Pulchra eclipsis, quẹ in Germanica lingua apte redditur, Sie mit rossʒen vnd vvagen, sub intelligit em̄ verbū, pugnāt vel prẹsumūt, Contentio quoqꝫ insignis est, fide pura & firma incedēs, illi in equis, nos in nomine dn̄i, illi in virtute visibiliū nos in noīe inuisibilis, illi sensu, nos fide nitimur &c̄. Quando aūt interpres, voluit reddere, inuocabimus, rectius dixisset, Nomen dn̄i inuocabimus, licet em̄ hebrẹus dicat. Inuoco in nomine dn̄i, & audio in voce dn̄i, video in turba, latine tamē, Inuoco nomē dn̄i, & audio vocē dn̄i, video turbā dicemus,

F

hoc loco aũt, pro inuocabim⁹, hebręus dicit, memores erimus Et Hiero. Nominis dñi dei noſtri recordabimur.

Mira vere exhortatio & cõgreſſio belli, vt hoſtes, equis, & curribus, iuſti ſolius nominis dei memoria armati pugnent. Magna certe fides, quę tanta audet memoria noĩs dñi. Habet & ipſum q̃q̧ vſus bellatorꝝ vſq̧ hodie, vt congreſſuri in memoriã reuocent, vel fortia facta patrũ, vel priores victorias & alia quibus corda ſua exhortētur & concitent. Noſtrorũ aũt principũ eſt, nominis dei meminiſſe, in quo vniuerſa ſalus & victoria conſiſtit, ꝓuerb. 18. Turris fortitudinis nomē dñi, in ipſo currit (ſicut accinctus in bellũ) iuſtus & exaltabitur, ideſt ſuperabit & victor erit, Currit aũt in ipſo, ideſt, in memoria & fide eius.

Emphaſis aũt inſignis eſt, in verbo, Memores erimus, nulli cognita niſi experto, ſine dubio enim propheta hic experentiã ſuã ſignat, Quis eñ putet, quẽq̃ ſola memoria nominis dñi victorem fieri, niſi expertus fuerit? ſed & q̃ arduũ idipſum ſit, vt nominis dñi non obliuiſcantur, quis credat? cum ibi vrgeat mors, ignominia, cõſcientia & mille pericula, quib⁹ vt multo violentioribus copĳs intus oppugnatur cor, q̃ corpus foris, vt diſtractum in pręſentia & circunſtantia & irruentia, amittat nomē dñi. Neq̧ ſatis eſt, ſemel abinitio cogitaſſe & inuocaſſe, ſed perſeueranti atq̧ conſtanti memoria meminiſſe oportet, vſq̧ in finem victorioſum aduerſus oĩa terribilia & periculoſa occurſantia. Sicut eñ impoſſibile eſt, vt nomē dñi ſuccũbat, cum ſit ęternũ & oĩpotens, ita impoſſibile, vt is cadat, q in ipſo hęſerit & perſeuerauerit. Verũ impius, in cuius auribus nomen domini, apparet vile, vt quod ſit, non niſi flatus & literę tranſeuntes, hæc tam grandia & inſignia ei⁹ magnalia non capit, ideo relicto ipſo, ponit carnem brachiũ ſuum, confidit in homine, recedit cor ei⁹ a dño, confugiens ad baculũ arundineũ Aegypti, ſicut de Saule dicitur, ꝙ mortuus ſit in peccatis ſuis, quia in dñm deum Iſrael non ſperauerit. Cętera mirabilia nominis domini, affectibus & experimentis relinquenda ſunt, quando verbis & auribus ea nemo poteſt conſequi.

Ipſi obligati ſunt & ceciderunt.
Nos aũt ſurreximus & erecti ſumus:

Hoc non dicitur hiſtorice vel nõ ſolũ hiſtorice, ſed magis prophetice imo fideliter, Soli eñ fidei, de deo p̄ſumenti, licet

canere encomiũ ante victoriã & rumorẽ ponere ante salutẽ, vt cui prorsus omnia licent, dum em̃ credit, iam habet, quod credit, quia fides nõ fallit, sicut credit, sic fiet ei, Sic Moses Exo. 14. trepidantem populũ, ab insequentibus Aegyptijs roborat certissima victoria, dicens, Nolite timere, state & videte magnalia dñi, quę facturus est hodie, Aegyptios em̃, quos nũc videtis, nequaq̃ vltra videbitis vsq̃ in ęternũ. Dñs ꝓ vobis pugnabit, & vos tacebitis. Et ita factũ est, Pharaone, in curribus & equis pręsumente, per aquã consumpto.

Pro, obligati sunt, melius Hiero. & hebręus, Incurati sunt, seu incuruauerunt, absoluto verbo, vt sonet defectũ p̄sumentis de se virtutis, quę subtracta manu dei, in seipsa deficit & incuruatur, aduersario etiã non incuruante. In quo & antithesis pulchri⁹ apparet, Incuruari em̃ & surgere opposita sunt, sicut & cadere & stare, qđ erecti sumus hic dicitur. Porro, per incuruari & cadere ita defectũ, sicut ꝑ surgere & stare, ꝓfectũ significat. Incuruari enim est infirmari & cadere penitus vinci, surgere est pręualere, & stare est vincere, quibus verbis, rem velut ob oculos ponit, & velut coram gestam describit, ad prouocãdam fidem in deum, sic enim res habet, vt primũ incuruentur & tandem cadant, primũ surgant & tum subsistant.

Sed quid hoc? qui fatetur aduersarios curuari & cadere, certe simul fatetur eos prius surrexisse & stetisse. Nũquid & pios, dũ surrecturos & staturos facit, simul indicat, pri⁹ curuatos & lapsos? Absit, verba enim sunt fidei, de futuris tanq̃ pręteritis, securissime pręsumẽtis, & rem vt geritur in oculis hominum pronũciantis. In congressu enim hostium, dum impij, fidunt in curribus & equis, videntur certe surgere & stare, Cõtra pij in nomine domini fidentes, videntur, velut longe impares curuari & cadere. At fides, huic phantasmati sensuali reluctata sic iactat, Etiam si illi surgant & stent in curribus & equis, nos vero curuemur & cadamus, sicut apparet, certi tñ sumus, mutata paulo post rerũ facie, eos qui surgunt & stant, curuandos & casuros, nos aũt, qui videmur curuari & cadere, vere surrecturos & staturos, imo iam surreximus & erecti sumus. O pulchũ fidei exemplũ.

Domine saluum fac regem.
Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

In nostra translatiõe, hic versus potest, velut epilogus, vel confirmatio haberi, sed hebręus sic distinguit. Domine salua, rex exaudiat nos, die qua vocabimus, In quo nescio quid mysterij lateat, non em̄ exaudi nos, sed exaudiat nos in tertia persona dicitur, sicut ĩ principio psalmi, Exaudiat te, eadem persona, eodemq; verbo dixit. Rex etiã in nominatiuo ponitur non in accusatiuo, Pronomẽ, te, in fine vers⁹ nõ habetur, Ego si quid secreti habeat, spiritualibus relinq̃, simplicissimo sensu contentus, quo, deum ipsum, hic regem vocari arbitror, in tertia persona, more hebraico, sicut & in principio psalmi, Exaudiat te dñs. Et Moses Nũeri. 14. Magnificetur fortitudo dñi, sicut iurasti, pro, fortitudo tua. Et p̃s. 3. Domini est salus, & sup̱ populũ tuũ benedictio tua, Et Numeri. 27. Prouideat dñs, hominẽ, qui sit super hanc multitudinẽ, idest, prouide tu dñe. Et Geñ. 30. Ioseph ad Pharaonem, prouideat rex virũ sapiẽtem Ita & hic, exaudiat nos ille rex, ponitur em̄ articulus notę insignis, hoc est, tu exaudi nos, qui vere es, ille rex noster, Nam Dauid qui ministrat tibi, non est rex, nec suũ regnũ regnat, sed tuũ. Tuũ em̄ sumus nos regnũ & tu rex noster es, quo affectu, vehementer mouet, hoc est, mouere nos docet deũ, qui tunc mouetur, quãdo nos mouemur. Quo modo em̄ nõ exaudiat quando regnũ suũ, res sua, gloria sua periclitatur? Hoc est, tunc nos ardentissime oramus, quãdo nos regnũ & partem rerum dei esse confidimus, tunc em̄ nõ nostra quęrimus, & certi sumus, nõ derelicturũ eũ, rem quę sua & regnũ quod suũ est, pręsertim inuocantibus nobis, de quo affectu p̃s. 7. latius dictum est. Petit ergo hic versus, generalẽ & perseuerantẽ salutẽ a deo hoc modo, sicut iam saluasti & exaudisti nos, ita fac, vt semp̱ & quacunq; die inuocauerimus, salues & exaudias, Sic em̄ qui semel expert⁹ est auxiliũ dñi, optat illud perpetuũ esse, metuẽs nequando se deserat.

Exposuimus hũc psalmũ, pro exemplo fidei, de rege quocunq;, necdum certũ habeo, an legitimũ sensum attigerim, q̃ꝑuis enim, vexilla, equos, & currus sonet, quę cogere videntur, vt ad externã pugnam trahas psalmũ, non tamẽ ausim negare de Christo intelligendũ, & de vexillis in spiritu eũ loqui. Mouet me q̃ maxime cum multis alijs, p̃s, 109. in quo Christus rex sedere iubetur & in medio inimicoꝝ dominari, & sceptrũ eius emitti ex Zion, item reges terrę conquassari & reliqua, quę & si carnaliter sonent, tamẽ penitus in spiritu dicũtur & intelliguntur, Similia p̃s. 71. liceat adducere Et p̃s. 2. Virga ferrea, in

ſpiritu dicit, ita & , hic, vexilla facile fuerit in ſpiritu accipere, Nihil em̄ obſtat mihi, quo minus de Chriſto exponā, niſi qđ allegoriam vitare propoſitū eſt, q̄tū fieri poteſt, tum q̄ in nouo teſtamento, non allegatur hic pſalmus, quemadmodū cęteri. Rurſus pſalmus ſequēs, valde vrget ſe de Chriſto intelligi, & veriſimile eſt eum de eodē rege loqui, de quo hic loquit̄, vt videbimus.

Tutius forte fuerit, in iuditiū & arbitriū lectoris, & alteram de Chr̄o breuiter afferre intelligentiā, qua in populi fidelis perſona, qui carnalia bella neſcit, propheta orat, pro ſuo quoq; rege, qui cum eodem populo ipſe dux belli ſpiritualis, pugnat aduerſus poteſtates & portas inferi. Incomparabiliter em̄ maioris momēti res eſt, certamē verbi & fidei, q̄ colluctamur nō cōtra carnem & ſanguinē, ſed contra ſpiritalia nequitię in cęleſtibus, non pro vita aut rebus iſtis momentaneis, ſed ęternis, hoc eſt, pro iuſtitia contra peccata & errores, pręterea quis nouit, an p̄s. generali ſentētia vtriſq; aptetur, quēadmodū illud. 4. Reg. 7. Ego ero ei in patrē, & ipſe erit mihi in filiū, de Salomōe fil' & Chriſto intelligitur, Et quędā alia Matt. cap. 2. Vt vox in Rama, de filijs transmigrationis & ſimul de paruulis ab Herode interfectis. Ponam⁹ ergo ob oculos Chriſtū cum turba martyrū, pro veritate & regno dei certātes & moriētes aduerſus violentiam tyrannoꝝ, qui viribus & armis ſuperiores fuerunt & tamen victi ſunt, & ex prędictis facilis erit ſenſus. Eadem em̄ eſt fides, ſed diuerſa cauſa, Hic em̄ corporaliter ſuccūbunt Chriſtus & martyres, illic ſuperāt, vtrobiq;, eodem ſpiritu operāte, qui pro Chriſto & ſanctis interpellans gemitibus inenarrabilibus ſimul adiuuans eoꝝ infirmitatē, dicit.

Exaudiat te dn̄s in die tribulationis, cū em̄ null⁹ ſit, qui cōſoletur, ſoluſq; patiaris in die iſta paſſionis tuę & tecū ſancti tui ſoletur te dn̄s & exaudiat, ſaluū facturus ab inimicis, hoc enim affectu inenarrabili Chriſtū & ſanctos ſuos gemuiſſe per ſpiritū, non eſt dubiū, quo & nos in morte & tribulationibus, gemere oportebit.

Protegat te nomen dei Iacob, nihil em̄ reliquū eſt, niſi ſolū nomen dei, cuius inuocatione, velut tenuiſſimo filo, egerrime pendere & ſeruari putatur ſalus patientis, cum omnia alia, nō modo non ſeruent, ſed perdentibus cooperentur.

Mittat tibi auxiliū de ſancto, at hoc ipſum mire diſcrutiat, ſolo nomīe dei hęrere, & auxiliū expectare non niſi inuiſibile & ab inuiſibili deo, qui in ſancto ſepatiſſimo habitat. Et tamē

ſpiritus, hoc gemitu adiuuet patiẽtes, vt ſe expectare (& ſi maxi= mo cũ labore,) auxiliũ ineffabile & innominabile ſentiãt.

Et de Zion tueatur te, idẽ zion quod ſanctũ, vt diximus, Expectat em̃, & nihil aliud poteſt, q̃ quod ſentit ſe expectare robur de Zion habitaculo abſcõdito dei, quo non modo fe= rat, ſed ſuperet tandem tribulationen.

Memor ſit om̃is ſacrificij tui.

Eius ſcz, quo te ipſum offers deo in mortẽ. Nam & hic, niſi gemebũdus ſpiritus vtcũq; ſuggereret, nondũ eſſe eos in ob= liuione dei penitus, certe infirmitas ipſorum, hoc ip̃m quod pa= tiuntur, & quo ſe offerunt, reprobari & dãnatũ obliuioni tra= di crederet. Sic em̃ caro murmuraret, d. fruſtra pateris, non erit aliquando deus memor huius ſacrificij tui.

Et holocauſtũ tuũ pingue fiat. Ideſt abundans fructiferũ & plenũ fiat. Holocauſtũ aũt hic, ſicut & ſacrifitiũ in ſpiritu acci= pi oportet, vt diximus, Sic em̃ Chriſtus ſe totũ in cruce obtu= lit abſumendũ igne charitatis, Poteſt hic, pro oĩs ſacrificij dici, totius ſacrificij, ſicut holocauſtũ, totũ igne cõbuſtũ, q̊ gemitu ſpũs eos erudit, vt orent & ſperent, nihil fruſtra ſeſe paſſuros, ſed oĩa grata, memorata & plena fore, id qđ tã tenui ſpe ex= pectãt tribulati, maxime infirmi, vt magis optare q̃ ſperare vi= deantur ſibi ipſis.

Tribuat tibi ſcʒm cor tuũ,

Et om̃e conſiliũ tuũ cõfirmet ſeu impleat.

Et hoc expectare eos facit ſpiritus, licet infirmitas eis dictet, tã deſyderia irrita, q̃ conſilia vana fore, puto his quattuor ver ſibus, vim & naturã gemitus illi9 inenarrabilis, pulchre tradi velut praxi & exemplo quodã. Sequũtur nũc lætiora, ver= gente tribulatione in victoriã.

Lętabimur in ſalutari tuo, & in noĩe dei noſtri magnifica= bimur.

Impleat dñs om̃es petiones tuas.

De iſta iactantia & vexillorum erectione & ſuperius diximus, ſic em̃ Chriſtus & Martyres ſui, etiam ſi moriant̃, confidunt ſeſe in ſalute dei, ouare, iactare & vexillũ ſuſtollere, eo maiore fiducia p̄dicare & cõfiteri Chriſtũ, quo magis pręmunt̃, atq; etiãſi ipſi occidant̃, alios vice eorum, idem facturos cõfidunt, cũ quibus vt vnũ corpus, ita eãdem hanc vocẽ cõmunẽ habent, nec dubi= tant, impleri etiã inuitis tyrãnis, quę poſtulauit Chriſtus. Quę poſtulat aũt? p̃s. 2. Poſtula a me & dabo tibi gentes in hęredita= tem, & poſſeſſionẽ tuã terminos terrę. Hanc em̃ poſtulationẽ obtinuit, ouãtibus & vexillificãtibus (vt ſic dixerim) martyria

bus, idest cum fiducia confitentibus, p̄dicātibus, moriētibus.
Nunc cognoui, q̄m saluū fecit domin⁹ Christū suū.
Exaudiat illū de cęlo sancto suo.
In potentatibus salus dextrę eius.
Exponatur vt supra, saluū em̄ fecit Christū & exaudiuit, dum multiplicata Ecclesia, impleuit postulationes eius, Exaudiuit aūt, in fortitudine salutis dextrę suę, idest, quo modo solet dextera eius saluare, quę non saluat, nisi impotentes, Potens em̄ est deus in infirmis, bon⁹ in malis, blandus in aduersis. Sic pręsumi de deo docet spiritus adiutor infirmorū.
Hi in curribus & hi in equis,
Nos aūt in nomine dei nostri memores erimus.
Satis ex prędictis patet sensus. Tyrāni em̄ virib⁹, Martyres sola nominis dei memoria & assidua inuocatione vincunt.
Ipsi curuati sunt & ceciderunt.
Nos aūt surreximus & stamus.
Sic em̄ Ecclesia creuit & firmata est, eo ipso, quo oppressa est, Et impij tyranni vastati, dum potentissimi erant, vt om̄ia hęc experientia videmus impleta, q̄q̄ p̄ alij sint, qui cadunt martyres, & alij qui surgunt fideles, tamen quia vnus populus est, per synecdochen vsitatissimā figurā in sacris literis, id qđ partis est, totū sibi vendicat, q̄q̄ reuera & martyres in spiritu surgunt, dum multi in eorū fidem succedunt.
Dn̄e saluū fac regem,
Rex exaudiat in die qua vocauerimus.
Sensus idem, qui superius datus est.

PSALMVS XX. HEB. XXI.
Ad Victoriam Psalmus Dauid.

D Omine in virtute tua lætabitur rex,
Et super salutare tuū exultabit vehemēter.

Similis fere per om̄ia psalmus est pręcedente, vt & hic non satis cert⁹ sim, de solo, ne Christo, an q̄uis rege intelligi debeat, mirūq; tā apertis infiguratisq; verbis, tā obscurā inesse intelligētiā, Oīno tn̄ videt̄ esse gratiarū actio q̄dam sup acceptis ijs, q̄ p̄cedēte postulata sunt, vt sit epinicion q̄ddā Chr̄i a mortuis

resurgentis. Atq; vt psalmũ precedentem, interpretati sumus, primũ de rege figurali, ita hunc contra, primũ de rege figurato Christo interpretemur, cũ reuera Dauid & quiuis, rex, bellis & victorijs suis Christi passionem & resurrectionẽ figurauerint. & facile sit, figuram & rem figuratã, ex se inuicem intelligere. Forte & hic psalmus generali sentẽtia de vtroq; rege simul loquitur, sicut in pcedente visum est.

Rex Christus, victa morte, lętabitur, in virtute tua, qua eũ resuscitasti & victorẽ fecisti, qui in infirmitate carnis mortuus oĩbus subiectus fuit, seu vt Apl'us ait. 2. Cor. vlti. Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit in virtute dei. Idẽ est, qd' altera pars dicit. Et in salutari tuo exultabit vehementer, idest, vbi a morte saluus factus fuerit. Interpres noster, libẽter vertit, salutare, pro salute, nescio quare. Virtus aũt & salus dei, sicut vbiq; fere, pro ea re accipitur, qua nos deus, saluos & validos facit, vt sint donorꝝ dei vocabula magis q̃ autoris, sicut sepi⁹ dixi, de sapientia dei, de iustitia dei & similibus.

Multa aũt sunt nomina, non solũ in hebręa, sed & gręca & latina & teutonica, forte & in oĩbus alijs, quib⁹ vires seu fortitudo significantur, quorꝝ differentiã alio forte loco, inquiremus. Et verba lętitię & exultationis, ps. 5. & 9. tractauimus.

Desiderium cordis eius tribuisti ei.
Et volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eũ. Sęla

Periphrasis gemina, orationis, prior cordis, altera oris, Rhetoricat em̃ ppheta, Quid est oratio mentis, nisi desideriũ cordis? Quid oratio oris, nisi voluntas labiorꝝ? Alij tñ pro, voluntate labiorꝝ, eloquiũ seu prolationẽ labiorꝝ, sed segnius orationis vim significãt, hoc em̃ labiorꝝ eloquiũ, oratio dicet, quo aliquid peti significatur, aptius ergo noster, voluntatem, seu desideriũ labiorꝝ dixit, vt responderent labia cordi, & eorꝝ voluntas illius desiderio, vt exprimat orationem vocalem, ne orationẽ quidem dici, nisi & ipsa desideret, e cordis desiderio & affectu prolata, Voluntas em̃ labiorꝝ, viua & feruẽs est oratio quid em̃ viuatius voluntate seu desiderio? Nescio si hunc tropum Dauidici eloquij, vsq; in scripturis inuenire liceat.

Ordo sane pulcher est, quod oratio cordis, primo loco habẽda sit, sine qua, labiorꝝ oratio, inutile murmur est, & vt vocalis oratio, negligẽda nõ est, ita curandũ, vt ab oratione cordis proficiscatur, psallam spiritu, psallam & mente, ait Apl'us.

Non frau

Non fraudasti, intelligitur non priuasti, nō remouisti, hoc est, curasti, vt non frustra oraret, nec orationē eius auertisti, vt non exaudires, per negatiuā, maxime affirmatiuā orationem faciens. Quid aūt desyderauit cor? quid voluerunt labia? Sequitur.

Quoniā præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis.

Posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide ꝓcioso

Interpres noster perpetuo, lapidem preciosum reddit pro, paz, idest auro ophiriso & optimo, vt ps. 18. quoq; vidim⁹. Deniq; ps. 118. super aurū & topasion, dicit, vbi eadem dictio, paz, allusione sui, fecit eum Topasion cogitare, cum dicendū fuerit, super aurū & ophirisum, sunt em̄ prors⁹ eadem ibidem vocabula, quibus ps. 18. dicitur, Super aurū & lapidem precio sum. Et hoc loco coronā de obriso. Hiero. transfert, id quod cogit comunis omniū sensus & vsus. Neq; em̄ corone regum gemme, sed aurū sunt, manifestū aūt est, quod de regia corona loquatur, reddimus itaq; ad verbū sic. Quoniā preuenies eū in bn̄dictionibus bonitatis, pones in caput eius coronā ophi risi, idest auri preciosissimi.

Verbū preuenisti, quid velit, non satis intelligo, quantū ex hebreo augurari licet, comparatiue dicitur, hoc est, Christū sic esse benedictū, vt princeps esset oīm qui benedicunt, eiusq; benedictiones tales, quales nulloꝝ alioꝝ, iuxta illud ps. 44. Vnxit te deus, deus tuus, pre consortibus tuis. Et Paulus Ro. 8. Vt esset primogenitus in multis fratribus. Et iterum. 1. Cor. 15. Christus resurrexit primitie dormientiū. Et ps. 88. Quis similis erit deo, in filijs dei? omnino ad personam ista præuentio refertur, q̄q̄ & hoc pulcherrimo & verissimo sensu dicatur, quod Christus, prim⁹ oīm resurrexerit, vt & hic locus sit vn⁹ eoꝝ, qui de resurrectione Christi predictus sit, vt nō solū ad dignitatē persone, sed simul ad preuentionē temporis ꝑtineat, Neq; em̄ Paulus eum primitias dormientiū & primogenitum vocat, dignitatis tm̄ personalis respectu, sed & tēporis. Sit ergo sensus, preuenisti eū, idest primū fecisti in benedictionibus illis optimis, quod confirmat pars sequens, que eum regem coronatū eloquitur, velut explicans istam preuentionē.

Dixim⁹ em̄ hoc versu, incipere ꝓphetā vt recitet, que sunt illa, que cor regis huius desiderasset & voluntas labioꝝ eius postulasset, nempe salutem ex morte, & virtutē ex infirmitate,

hoc est optimas benedictiones. Oportet enim hebraismo isti assuescere, quo benedictiones bonitatis, dicuntur, quę latine dicerentur, benedictiones bonę vel potius optimę. Nā interpres noster, non raro, Tob. hebraicum vertit dulce, quod ꝓprię bonū significat, & hoc versu, dulcedinē vertit, quod latinus, quid sit, vix intelliget, cū latine benedictionē dulcedinis dicamus eam, quā dulcedo conferat vel habeat, sicut iustitiā dei vocamus, quā deus largitur.

Benedictiones vero, item hebraico idiotismo dicunt̄, quę nos benefitia vocam⁹, sicut Iacob. 49. Gen̄. dicit, de bn̄dictionibus vberū & vuluę &c̄. 1. Reg. 15. Suscipe benedictionē hāc, quam attulit ancilla tua, qđ om̄ia benedicente deo proueniāt vt Gen̄. 1. scribitur, discernit itaq; propheta, benedictiones has Christi, ab om̄ibus alijs, dum eas appellat, Tob, idest bonas & suaues, cum nusq; hoc epitheto benedictiones cōmendentur, in quo, absq; dubio de bonis futuris se loqui ostendit, in quibus nulla tristitia, nulla amaritudo sit. Nā quę hoc vitę tempore possidemus, q̄tumlibet optima, non sine malitia possidemus, dies em̄ mali sunt. Et sufficit diei malitia sua, ait Christus, qn̄ & electis suis prędixit, ꝙ in mundo pressurā essent habituri, nec ipsam gratiā dei suauissimā, sine labore possessuri, quo verbo pręoccupat, ne quis coronā aureā Christi intelligere pręsumat temporalem, cęteris similem, faciens eū regem, verbis allegoricis, sed non nisi in rebus bonis, hoc est futuris & spiritualibus.

Allegoriā ergo nobis ex torquet ipsa circunstanti, consequentię & sententię vis, vt per impositionē aureę coronę, aliud nihil periphrasticos intelligam⁹, q̄ eum regem esse constitutū in rebus sacris, spiritualibus & optimis, quę periphrasis non rara est in sacris literis, Iudic. 5. Qui ascenditis super nitentes asinas, idest, patricij & optimates. Item, qui sedetis supra in iuditio, idest, vos iudices, Et qui ambulatis in via, idest, proletarij vulgus & plebei, Gen̄. 49. Inuiderunt ei habentes iacula, idest, balistarij, ita hic pones in caput eius coronā obrisi, idest, constitues eum regem regū & dn̄m dominantiū.

Quę em̄ esset ista magnificentia dei, quę tam grādiloquo sermone cępit describi, vt regem hunc non in hominū, sed dei virtute & salute vehementer lętantē, deinde prędicatū in optimis beneficijs, ac donatū longitudine vitę, positūq; in benedictionē perpetuā fecerit, & inter medias has diuinas pompas, caderet in eas sordes, vt & auri istius corruptibilis iactaret glo-

riã, cum tales coronas passim possideant, ꝓpria virtute & arrogãtia, vt quiq; sunt impijssimi & sceleratissimi, digni nõ q̃s in sua virtute & salute deus lętificet cum vultu suo, sed in ira sua conturbet & deuorandos igni tradat, vt prosequetur psalmus. Quare maiestas tũ coronantis tum coronati, aliçq; circunstantię, monere debent, coronam hanc auri esse etiã maiestatis insolitę & nulli regũ alioꝝ attributę.

Vitam petiit a te, & tribuisti ei.
Longitudinẽ dieꝝ in sæculũ, & sæculũ sæculi.

Arbitror hic partiri prophetã, vt prędictas benedictiones dulcedinis ordine percenseat, & quid per aureã coronam voluerit, exponat, Enumerat em̃, vitam, gloriã, regnũ, sacerdotium, beatitudinẽ, & hęc omnia, ęterna, deinde victoriã & vindictam sempiternam in hostes eius, his em̃ expeditis, clarũ erit, quid desiderarit cor regis, & quid voluerit volũtas labiorum eius, nempe has optimas benedictiões. Prima ergo benedictio est quam petijt, vt a morte eum saluũ faceret. Et fecit sic, non solũ em̃ suscitauit eum, sed & longitudinem dierũ dedit ei, in sęculũ & vltra, idest, vitam ęternã. Et hinc intelligimus de Christo psalmũ loqui, quod vitam petijsse scribitur & datã ei ęternam, Morituri em̃ est iste affectus, qui vitam petit, quod Christũ fecisse scribit Apostolus ad hebręos, & exauditũ pro reuerẽtia, habenti em̃ vitã non datur, sicut nec petitur.

Explicat aũt seipsum propheta, dum vitam petitã & datã, esse longitudinem dierum non aliquo fine terminandã, sed in sęculũ & in sæculũ sęculi dicit, Duas istas dictiones, olam & ed, varie transferũt, quę mihi tropo hebręis proprio, ęternitatẽ videnẽ significare, sicut nos Alemanicę dicimus, ymmer vnd evviglich. De olam quidem superius diximus, quod incertũ tempus significat, qua tamen ipsa significatione, ęternitatẽ intelligimus, sicut in Melchisedech. nullã originẽ nullũq; finem habẽte, ęternus sacerdos Christus Paulo intelligitur. Posset qui vellet alteram dictionẽ, olam, referre ad regnũ Christi in Ecclesia militante. Alterã, ed, ad Ecclesiã triũphantẽ. Hoc aũt obserua, quod maiora reddi, q̃ petamus ad deo, prophetã voluisse ostentare, dum simplicib⁹ verbis, vitam petitã, & mox augustioribus, longitudinẽ dierũ in sęculũ & inęternũ, tributam dicit. Ita semp petitis nostra minor est repetita & accipiẽda. vt Apostolus Ephe. 3. docet.

Magna eſt gloria in ſalutari tuo.

Gloriã & magnũ decorem impones ſup eũ.

Mira varietas & inconſtantia interpretationis, Has hebręas dictiones, Hod vehadar, p̃s. 8. reddidit, gloria & honore, Hoc loco, gloriã & magnũ decorem, p̃s. 44. Specie tua & pulchritudine tua. Et 96. Confeſſio & pulchritudo. Et. 103. Confeſſionẽ & decorẽ induiſti. p̃s, 109. In ſplẽdoribus ſanctorũ. Interim nos dicimus. Laudem & ſplendorẽ. Splendorẽ em̃ dicimus, regiũ illam apparatũ & abundantiam rerũ, ſicut in Euangelio Lucę, Diues ille cottidie epulabatur ſplẽdide. Et Poeta. Et domus interior regali ſplẽdida luxu, quem & megaloprepiam, magnidecentiã dicere poſſumus, qd noſter interpres voluit, cum magnũ decorem, duabus dictiõibus, vnam hebręã, hadar, imitatus eſt. Eſt aũt ſplendor & magnidecentia Chriſti, qd in regno ſuo magnos, multos, nobiliſſimoſq principes & populos, omĩ ſapientia, veritate, aliiſq ſpiritualibus dotibus ornatiſſimos habet, ipſe oĩm ſplendiſſimus & ornatiſſimus, quibus oẽs p̃cioſiſſimę res abundent largiſſime, tamen cũ decore & reuerentia, quales Apl̃us Corinthios laudat, dũ dicit eos diuites factos in omnibus. Laus aũt eius eſt, quod ab iis om̃ibus honoratur, om̃es ei confitentur & gratias agunt, qd illius dono hęc om̃ia habeant.

Eſt ergo ſenſus, Chriſtus rex, qui in morte ſua fuit omniũ deſpectiſſimus, nouiſſimus virorũ ab om̃ibus derelictus, In ſalute tua, ſeu dũ tu eum a morte ſaluũ facis, recipit pro hac ignominia, ſolitudine, deſpectu, ſummã gloriã, qa ponis in eũ laudem & ſplendorem. Iſa. 53. Propterea diſpartiã ei plurimos & fortiũ ſpolia diuidet. Prouerb. 14. In multitudine populi, dignitas regis, Vbi eadẽ dictio, hadar, dignitas trãsfertur, ſicut eiuſdẽ. 20. Exultatio iuuenũ, fortitudo eorũ, & dignitas ſenũ canicies. Ego Germanice hadar dicerẽ, pracht vnnd herligkeyt, magnidecentiã, venerabilẽ pompam, ſplendorẽ. Nam Cabod, proprie doxam, & gloriã, Peer autem, cauchima, iactantiã gloriationẽ actiuã ſignificat, vt ſup. Exultatio iuuenũ, p gloriatio iuuenũ fortitudo eorũ, Et p̃s. 88. Quoniã gloria virtutis eorũ tu es, ideſt, in te & tua virtute gloriantur. Summa, laudem & decorem ſuper eum poſuit, ideſt inclytũ & principem & regem glorię fecit, quod de Dauid non facile intelligas tot malis aſſiduę vexato, quare de Chriſto glorificato & p̃dicato & credito & adorato intelligemus.

Qm̃ dabis eũ in bñdictionẽ in ſęculũ ſeculi.
Lætificabis eũ in gaudio cũ vultu tuo.

Regem glorioſum audiuimus, nunc ſacerdotẽ ſalutarẽ & ęternũ audimus, Aliqui putant Chriſtũ datũ in benedictionem, quod ab om̃ibus in ęternũ benedicitur, qno tropo ſepi⁹ in prophetis de populo Iſrael dicitur, ꝙ in fabulam, in prouerbiũ, in ſibilũ, in ſimilitudinẽ tradatur. Et Geñ. 12. ad Abraham. Eriſq; benedictio (ſic em̃ hebręus habet) qđ noſter dicit. Eriſq; benedictus. Iſa. 19. Erit Iſrael in medio terrę benedictio cui benedixit dñs. 65. Q̃uo ſi inueniatur granum in botro, & dicetur, ne diſſipes illud, quia benedictio eſt, ſic faciã propter ſeruos meos, vt non diſperdã totũ, In quibus locis & aliĳs multis, benedictio paſſiue accipitur. Hebręus autem hic dicit, Quoniã dabis eũ benedictiones in ęternũ, numero plurali, qđ & ſi paſſiue accipi poſſit, quod hic rex a plurimis benedicatur, & a deo multis benedictionibus repleatur, tamen puto actiue accipiendũ, iuxta illud Geñ. 22. Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Nam benedictiões quibus in perſona ſua a deo benedict⁹ eſt, ſuperiori verſu abunde cecinit, vbi ait. Quoniã pręueniſti eum in benedictionibus optimis.

Quare benedictiões ęternales & cęleſtes hic intelligo, quibus Chriſtus, vt ſacerdos ęternus, accepto ſpiritu, bñdicit ſuos ſicut. 2. Cor. 1. Ap̃ſus dicit. Benedictus deus & pater dñi noſtri IHESV Chriſti, qui benedixit nos om̃i benedictiõe ſpirituali in cęleſtibus in Chriſto, idem em̃ arbitror. In Chriſto nos benedici ſpirituali benedictione cęleſtiũ rerũ, & Chriſtũ dari, benedictiones in ęternum. Sacerdotis aũt eſt benedicere, hoc genere benedictionis, quo bona conferuntur. Cęterũ vulgare illud benedicere, quo laudamus bona habentes & fęlicitatẽ impręcamur, oĩm eſt, etiã inferiorũ, & omnino illa maiorũ, iſta minorꝫ eſt. Atq; hęc noſtra eſt gloria & iactantia, quod Epiſcopum habem⁹, per quem maledicta, quibus in Adam ſumus mulctati mutantur & abſorbentur, adeo vt nulla nobis maledictio temporalis, ſiue ſit illa peccati, ſiue hoĩm maledicentiũ nocere poſſit, quin potius prodeſſe per abundantem & ęternã illã in Chriſto benedictionẽ cogatur. Certe dulciſſimũ verbũ, om̃ibus, qui in Chriſtũ credunt, habere propriũ pontificem, & om̃ia nobis benedicentẽ.

Lętificabis eum in gaudio vultus tui.

Hoc non poteſt intelligi, niſi de beatitudine, quã reuelata

gloria maiestatis habet, Gaudiũ enim vultus dei, gaudiũ est de reuelata facie dei, noster autẽ interpres, ꝓpositionẽ, cum, recte omisisset.

Quoniam rex sperat in domino.

Et in misericordia altissimi nõ cõmouebitur.

Hęc omia dicta venient ei,, quia sperauit & non est motus. Atq; hic pulchra & ꝓpria spei periphrasis seu poti⁹ diffinitio ponitur, sola oẽs impias opiniones de spe traditas, confutare potens. Sperare em̃ in dño, idem est, quod nõ moueri in misericordia altissimi, sed stare & expectare. Sane, gaudere & delectari in misericordia p̄sente, facillimũ est, sed absente & malis vndiq; p̄sentibus quę tribulant, impellunt, cõmouent ad desperationẽ, non moueri, nõ cedere, sed cõtraria expectare, hoc demũ est vere sperare, sed ardua res ista, de q̃ p̄s. 5. plura, Quocirca caueant, qui spem ex meritis prouenientẽ docent, Spes certe, vt hic docemur, misericordiã dei spectat, sicut timor irã & iuditiũ. Sperans em̃, in misericordia dei non commouetur, Timens aũt, ab ira dei non quiescit. Si ergo Christus innocentissim⁹ in dño sperare, & in misericordia dei nõ motus scribit, qui sumus nos, qui iuditiũ dei, nostris viribus & studijs, ac nõ poti⁹ sola misericordia dei superare conamur? Scripta sunt hęc ad doctrinã nostrã. Auertẽdus ergo timẽtibus nimiũ, a iudicio & ira dei ocul⁹ mẽtis, & ad misericordiã vertendus. Rurs⁹ inphrynitis & duris frontibus a misericordia ad iuditiũ vertẽdus, vt humilient.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis.

Dextera tua inueniat om̃es qui te oderunt.

Prosequitur regis huius victoriã, in hostibus subiectis, nr̃ interpres varietate solita, idem verbũ actiuũ vtrobiq;, inueniat passiuũ fecit, inueniatur, est em̃ tautologia, sicut p̄s. 2. Qui habitat in cęlis irridebit eos, & dñs subsannabit eos. Potius aũt inimicos & osores dei q̃ Christi eos appellat, ea causa, qua sepi⁹ dixi, vt scirem⁹ deũ pro nobis vindicare & pugnare, sicut dicit. Mihi vindicta & ego retribuã. Et p̄s 109. Donec ego ponã inimicos tuos, scabellũ pedũ tuoꝶ. De manu dei. p̄s. 16. abunde diximus, in versu, A viris manus tuę, potentiã enim & opus vindictę significat. Igitur de Iudęis Christũ occidentibus loquitur, qui aduersus dñm & aduersus Christũ eius cõuenerunt, & adhuc in eadem impietate perseuerant.

Sed quid hoc? Amisit ne eos manus dei, vt necesse sit eos inueniri a manu dei? Verum hoc tropo, apte ostenditur præsumptio & securitas inimicorum dei, qui ita secure & cōfidenter agunt, acsi non essent in potestate dei. Qui in zelo stultitię suę, promittunt sibi, non tantū impunitatem, sed & premiū, arbitrati se obsequiū præstare deo, vt iam nihil minus q̃ manū dei suspicentur, sed in sinu dei sibi nidum collocasse videant̄, His ergo continget, sicut impijs, qui subito dum non sperant inueniuntur, Sic. 2. Cor. 12. Timeo ne cum venero, non quales volo, tales inueniā, & ego inueniar a vobis, qualē non vultis.

Pones eos vt clibanū ignis in tpe vultus tui, dominus in ira sua conturbabit eos. Et deuorabit eos ignis.

Ponit rem pulchre ob oculos propheta, Sic em̄ agitur, qñ impij subito inueniuntur visitantur & cōprehenduntur inter angustias, vt fugere conspectū illum irę, seu reuelationē iudicij iusti dei velint, & effugere nō possint, dicantq̧ illud Oseę. 10. Montes cadite super nos & colles operite nos, sed frustra, coguntur em̄ diem illam & reuelationē ęternā sustinere, ibi tum incipit pauor, fuga & horror intollerabilis, qui facit eos ęstuare igne illi interno inęstimabili, nihil est externus ignis ad hunc ignem internū comparatus, ita vt proprijssime eos figuret, per clibanū ignis, seu vt latine dicimus, clibanū ardentem, qui nō igne circunposito, sed intus ęstuante & ardēte sęuit, Sic & Abraham Gen̄. 19. Videbat Zodoma & Gomorra sicut fumus fornacis. Hanc principem & intollerabilē pęnam, solo vultu suo inferet deus, idest reuelatione irę suę, sicut hic dicit. In tēpore vultus tui, pones eos clibanū ignis. Et. 2. Tess. 1. Qui pęnas dabunt in interitu sēpiternas a facie dñi, & a gloria virtutis eius. Et ps. 33. Vultus autem domini super facientes mala. Deniq̧ hęc est pęna illa, quam nisi damnati, qui sentiunt, nemo compręhendit, ita vt sit horrendū etiam cogitare verba huius versus, adeo proprię eam depingunt, nec memini aliū locū veteris scripturę, tam clare damnationis malū referentē. Clibanus est a solo cōspectu dei intolerabili succensus, inęternū perseuerās. Neq̧ em̄ dies iudicij ad momentū durabit, sed inęternū stabit, nūq̃ deinceps in occasū itura, perpetuo iudicabunt̄, & perpetuo cruciabunt̄, & perpetuo cliban⁹ ignis erūt, hoc est, summa angustia & tribulatione torquebunt̄ intus.

Non ꝙ impij deū videant aut vultū eius, quo modo pij videbunt, sed pręsentiā virtutis suę sentiēt, quā ferre nequibūt & ferre cogentur. Sicut & nūc est videre in iudicijs tēporis hui⁹, Iustus vt leo cōfidit, veritatē etiā cū gaudio expectās reuelari, quā tamē iniustus summopere exhorret. Ita dulcis erit illa dies sanctis, horribilis aūt impijs.

Dn̄s in ira sua turbabit eos, eadē sententia, cum prędicta, ac velut expositio clibani, quia reuelabitur ira eius, quo vultu, (vt dixi) succēdit eos igne illo clibani, Hebręus diceret. Dn̄s in ira sua absorbebit eos, quia cōpręhendit eos, vt effugere nullo modo possint. Non em̄ mordebit tantū, sed totū, quod sunt, deuorabit, vt nulla sui parte, effugere queant. Magnę certe & hoc ipsum verbū epitasis & emphasis est, deuorari ab ira dei, Et hęc om̄ia ad internam pœnā pertinent. Sequitur altera pars versus.

Et deuorabit eos ignis, Heb. Et comedet eos ignis, hoc iam de externo igne intelligitur, in quem mittentur cum diabolo & angelis eius Matt. 25. Ite maledicti in ignem ęternū, qui pręparat⁹ est diabolo & angelis eius, sic cū corpore & anima int⁹ & foris arsuri, Quis huic ꝓphetę tam clare om̄ia dixit? Neq; em̄ vllus alius infernū tā clare descripsit, sed priorē partē experiētia cognouit, posteriorē reuelatiōe, q em̄ in hac vita posuerunt sese, vt hortū refrigerij & quietis, illic clibanus ardens erūt & cibus ignis.

Fructum eorum de terra perdes.
Et semen eorum a filiis hominum.

Et hic versus cogit hunc psalmū, de Christo & suis hostib⁹ intelligi, quē ad sensum videmus vbiq; impleri. Fructū eoꝝ siue prolē, siue quicquid in hac vita possederunt, (quę fruct⁹ manuū dicuntur,) imo & bona si qua faciūt in lege dn̄i laborātes, licet intelligere, om̄ia em̄ per Romanos vastata sunt, & de terra patria dispersa in omnē terrā, nec hoc satis.

Etiam semen & posteritas eoꝝ, non tantū de terra illa perditur, sed vbiq; ab hoībus ꝓpellitur, vt impleatur illud Oseę, 9. Abijciet eos dn̄s deus meus, quia non audierunt eū, & erunt vagi in nationibus, Et Mich. 7. Lingent puluerē sicut serpētes, & velut reptilia terræ turbabuntur de ędibus suis. Vbicunq; em̄ homines sunt, si Iudęi ibi sunt, incertū sedem habent, atq; si etiā non assidue corpore vagētur, assiduo tamen timore vagandi & migrandi carere non possunt. Quoniā

Quoniam declinauerunt in te mala.
Cogitauerunt consilia, quę non potuerūt stabilire.

Heb. sic, Quoniā declinauerūt super te malū, cogitauerūt cogitationem, non potuerunt. Vbi pronomē, quā, pro idiotismo vitando adiectū, & infinitiuus, stabilire, appositus est, ꝑ clariore sensu. Significantius tamen verbū absolute ponitur in hebręo, Non potuerunt, idest nihil potuerunt efficere, seu impotentes facti sunt, quo modo & ps. 140. Audient verba mea, quoniā potuerūt, idest quia valida & potētia facta sunt. Mala aūt & cogitationes, illa sunt, quę pontifices ad Christum abolendū cogitauerunt, meditātes inania, vt ps. 2. est dictū, dicentes. Venite occidamus eū & nostra erit hęreditas. Sic & Hieremias. xi. Cogitauerunt super me consilia dicentes, Venite & mittamus lignū in panē eius & eradamus eum de terra.

Comode aūt dicit, declinauerunt, vt significet magis conatum q̄ effectum impioꝝ, id quod altero verbo exponit. Non potuerunt, sic enī posuit mari terminū suū, vt in littore confringerentur tumentes fluctus eius, vt in Iob dicit, ita impijs, vt velint & tamen non possint mala facere, sicut in Isaia dicit. 41. Bene quoq; aut male si potestis, facite, & loquamur & videamus simul.

Quoniam pones eos dorsum.
in reliquiis tuis præparabis vultū eorum.

Hierony. Quoniā pones eos humerū, funes tuos firmabis contra facies eorū. Mira significatio & ꝓprietas, si quęras, quid ergo agetur deinceps cum Iudęis incredulis? Respondet, tantū ad onera viuēt, vt sese, multis, vanis, grauibusq; operibꝰ legis fatigēt frustra, sectando iustitiā & ad iustitiā non perueniēdo, vno verbo, breuissime, laboriosum & inutile studiū eoꝝ, in lege & operibus eius edisserens.

potest hebraicus dupliciter reddi, Quoniā pones eos humeꝝ in reliquijs tuis diriges contra faciem eoꝝ. Vel sic, Q m̄ pones eos humerū, in neruis tuis diriges contra faciē eoꝝ. Nā quod noster dicit, pręparabis vultū eoꝝ, nō placet, cū prępositionē, ad, omiserit, & verbū hoc positū loco, frequētius dirigere aut firmare significet, Vnde Hiero. sic reddit, Q m̄ pones eos humerū, & funes tuos firmabis cōtra facies eoꝝ. Funes aūt appellat, neruos tensos in arcu ad sagittandū, vt ps. 10. Intenderunt

arcū, direxerunt sagittas suas super neruū, iam quis erit sensus? quamcunq̧ translatione sequaris difficultatem inuenies.

Ego cum Hierony. pro reliquijs, neruos hic accipio, ad qđ me mouet, verbum, diriges seu firmabis contra facies eorum, Videturq̧ mihi duplicem pœnam impiorū Iudæorū signare, quarū prior est, quod ponuntur in dorsum, hoc est in fugā Gen. 49. Manus tuæ in ceruicib⁹ inimicorū tuorū. Altera est incursus maioris mali, quod fugientibus & faciem ponentibus vt effugiant, occurrat & intentet neruos suos dn̄s, sic vt ante & retro puniantur, onera cogunt eos fugere, & arcus occurrens cogit eos retrocedere, ita comprehendunt inter angustias. Et sic positi sunt, vt assidue, dum fugiunt scyllam cadant in charibdim.

Nihil aliud ergo hac humeri & vultus antithesi mihi velle videtur, q̄ eos, quoquo sese vertunt, vt effugiant, magis īuolui malis, dorsum sit eorum fuga, facies neruis directis obiecta sit incursus. Exempla sint, Aegyptij in mare rubro submersi, quos posuit dorsum, dum respexit super eos & subuertit eos, deinde fugientibus ac dorsum dantibus occurrerunt aquæ, & sic inuoluti sunt in medijs fluctib⁹. Item aliud Iosue. 8. de viris Hai, quibus ad vrbem fugientibus occurrerunt ex insidijs armati filij Israel in faciem & medios ad internitionē deleuerūt, Sic & Iudic. 20. filijs Beniamin contigit, Et quis nouit an propheta ad hæc exempla respexerit, dū hunc versum ederet? Videmus em̄ ita Iudæis contingere, quod nunq̄ infælicius ruunt, q̧ dum aliquid pro se contra nos moliuntur, sicut eis prædixit & Moses. d, Et nihil habebis prosperū, quo significat, eos multa conari ꝑ sua salute, & tn̄ magis inde perire, Ita nihil vsq̧ in hodiernū diē omittūt, ꝑ sua liberatiōe, & tamen semꝑ magis incurrunt, & implent illud capitulū Leui. 26. per totū vbi pertinacia illa incurrendi late describitur.

Verū, dū hæc in re spirituali fiunt, atrotiora sunt, videlicet, vbi per iustitias operū & sapientiā suā, cōscientias suas corā deo a peccatis, morte & inferno liberare & satisfacere anhelant. Hic vere in dorsum ponuntur miserrime, multis studijs Auen & Amal sese fatigantes, quibus salui fiant, cū hinc nihil, nisi martyres diaboli fiant & duplici contritione cōterantur. Occurret em̄ eis neruus & arcus diuini iuditij, & repellet eos in æternū, dicens, Discedite a me om̄es operarij iniquitatis. Hanc duplicem contritionē superius ps. 13. sic posuit. Contritio & infælicitas in vijs eorū &c. Sic, vrgentur multis malis positi in dorsum, Et

626

tamen bónis suis infęlices incurrunt in neruos, qui firmant & diriguntur contra faciem eorꝶ, quocunqꝫ sese vertunt.

Hęc, meę temeritatis sit sententia in hoc versu, que ad consequentiam satis mihi facere videtur. Cum em̄ dixisset perdēdos eos a filijs hominū & omnibus malis onerandos vrgendosqꝫ eo merito, quod mala in Christū cogitarint, quę tamen efficere non potuerunt, recte sequitur eos poni in dorsum, & neruos in faciem eorꝶ firmari, quia non cessant mala in eū cogitare, sicut semel cęperunt, & eo magis cogitant, quo magis p̄muntur, aliud non quęrentes q̄ꝫ vt Christus aboleatur, & ipsi seruentur, ita non cessat illis occurere iuditiū dei & neruos suos in hanc faciem & hoc studiū eorum dirigere, vt semper multa conentur, & frustra ĩmo in maius malū suum laborent. De quo Oseas. 5. Et ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. & vidit Ephraim languorem suū & Iudas vinculū suum. & abijt Ephraim ad Assur, & misit ad regē vltorē. & ipse nō poterit sanare vos, nec soluere poterit a vobis vinculum vestrū. quoniā ego quasi leena Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda. & capiam & vadam & tollam & nō est, qui eruat, vadens ad locū meum reuertar, donec deficiatis & quęratis faciem meam, sic p̄s. 8. Destruendū inimicū & vltorem prędixit. Quid em̄ aliud q̄ꝫ vltionem in Christū vsqꝫ hodie quęrit populus iste induratus? Et tn̄ nihil habet prosperū, Sentit dorsi onus, sentit resistentiā faciei suę, nec sic tn̄ sapere volunt, quia posuit eos sic dominus.

Nunc locutionē videamus. In neruis tuis diriges, hebraicę dicitur, per verbū absolutū, hoc modo. Tu diriges, director eris, seu directionem facies, neruis tuis in faciem eorꝶ, Et quod, magis neruos q̄ꝫ arcum directū dicit, velocitatem & pręsentiā mali significat, sic p̄s. 7. quoqꝫ dixit, Arcum suum tetendit & parauit illū & in eo parauit vasa mortis. Velociter em̄ reddit malū super eos, vt experiētia videmus. Quomodo aūt arcus, Neruus, sagitta, diuinā sententiā & iuditiū significāt, psalmo, 7. abunde dictum est.

Nostra translatio potest hoc modo cōcinnari, si reliquias acceperimus, nō feces & vilissima quęqꝫ, solita relinqui ablatis melioribus, vt fere vsus habet, q̄ modo, reliquias Israel saluas factas Ap̄l'us dicit, idest feces & abiectos pp̄l'i eius, vt Isaias vocat, sed pro superfluis & superabundātibus, quo modo p̄s. 16. diximus, dimiserunt reliquias suas paruulis suis, has em̄ proprię significat verbum hębręū hoc loco. Tunc erit sensus,

In reliquijs tuis p̄parabis, ideſt, parata habebis abunde iudicia & vindiſtas, quib⁹ in faciē eoꝝ reddes, quoq̄ ſeſe verterint, vt non tantū poſſint illi conari cōtra te quin tu ſuperes & plura eis reddere queas, ſicut p̄s. 108. de eis dictū eſt, Fiant cōtra dn̄m ſemper & cętera. Verū hoc ſenſu, addenda eſt, noſtro textui p̄poſitio, in, vel contra, vt, in faciem eoꝝ. Niſi voles dicere ꝙ p̄parct vultū eoꝝ in reliquijs ſuis, ideſt parat eos, & quicquid moliunt̄, vt in vindictis ſuis copioſis aſſidue vexētur, vt ſicut ponit eos dorſum, ſic ponat faciem eoꝝ in reliquijs ſuis.

Exaltare domine in uirtute tua,
Cantabimus & pſallemus uirtutes tuas.

Hoc in fauorem Chriſti dicitur contra Iudęos, & pulchro epiphonemate pſalmū claudit, ac ſi dicat, Illi volūt te oppręſſum in impotentia, vt ipſi exaltentur in virtute ſua, vellentq̄ regnū tuū & potentiā tuā omnibus vituperijs & blaſphemijs humiliatā, ſed fruſtra & impie, quia hęc eſt ſumma rerū oīm. Tu exaltaberis in virtute tua & glorificaberis in regni tui potentia. id quod nos optamus & gaudemus, vlulent illi, nos cantabimus, & ſtrideant illi & fremāt dentibus, nos pſallem⁹, Deſideriū peccatoꝝ peribit, virtus tua & regnū tuū ſtabit, quia regnū tuū, regnū omniū ſęculoꝝ, & dominatio tua in omni generatione & generatione. p̄s. 144.

Inter multa hębręę linguę nomina, quę potentiā ſiue virtutē ſignificāt, duo hoc verſu obſeruata mihi ſunt, oz & gibura, quoꝝ prius proprię, vim ſeu naturalē virtutē qua quęlibet res potens eſt in ſuo genere ſignificat, hanc gręcus interpraetes, dynamin aliquoties, ſed non conſtanter reddit, latinus & ipſe inconſtans, frequētius virtutē, Alemanicę, crafft, hoc modo, de viribus ſeu virtutib⁹ gēmarū, metalloꝝ, herbarū aliarumq̄ reꝝ loquimur, ſic p̄s. 45. Deus noſter refugiū & virtus. Et Paulus. 1. Cor. 1. Chriſtū appellat virtutem dei. Et Ro. 1. Euangeliū virtus dei eſt in ſalutē omni credenti, Rurſus Daniel. 8. de Antichriſto, ſtabit rex fortis faciebus, ideſt, cuius virtus & totū (qđ aiunt) poſſe, erit in faciebus, non in armis nec verbo, ſed in ſpecie, pompa & externa cōuerſatione & ſuperſtitione, qđ Hiero. vertit, rex impudens facie.

Ex quo patet, ꝙ virtus dei hoc loco, ea eſt, qua in ſanctis ſuis per ſpiritū potens eſt, per quā omnia poſſunt ſancti, quęcunq̄ poſſunt, cum ſit eoꝝ haec velut naturalis & verbo dei

ingenita virtus, sicut calor igni & lapidi grauitas & similia, sic 2. Cor. vlti. de Christo, Qui non infirmatur in vobis, sed potens est in vobis. Ephe. 3. Ei qui potens est facere omnia superabundãter, q̃ petimus aut intelligimus, hoc est, ei, qui vim & virtutẽ habet seu cuius propriũ est facere, plusq̃ petimus aut intelligimus. Non em̃ arbitrij, sed naturę modũ in deo cõmendat, quando dicit. Ei qui potens est, vnde nec verbũ posse respondet apud latinos, huic vocabulo, cũ ad contingentiã, seu arbitriũ, vt gręcis exusia sua, sepius referat, Multo minus recte versum est, vbi, pro fortitudine vertitur, vt p̃s. 23. Dñs fortis, dñs potens in prelio, fortitudo em̃ aliquid impetus & concitatioris animi, vltra virtutẽ illam naturalẽ importat. At hęc virtus quietã illam & genuinã rerũ vim, qua velut sponte sua omnia possunt & faciũt, quę suę naturę conueniũt, significat, vt sic virtus dei, significet, totũ quod nos sumus & possumus, illius dono nos posse, Sic B. virgo, Fecit mihi magna, qui potens est, idest cuius sunt om̃es omniũ vires.

Gibura vero alterũ verbũ, quod gręcus aliquoties, nec male, dynastiam, latinus potentatũ reddit, vt p̃s pręcedente. In potẽtatibus salus dexterę eius, p̃s vltimo, Laudate eum in firmamento virtutis. i. viribus eius, laudate eum in virtutibus eius, .i. dynastijs ei⁹, ad dominiũ spectat, Almanicę, macht, sic Gen̄ 10. Iste cepit esse gibor in terra, idest potens, vt Hiero. trãstulit, Et iteꝝ, Hic fuit gibor venator corã dño. i. cępit domĩari alijs robustus venator, latina em̃ vocabula, robustus, fortis, potẽs, fere sunt impetuosiora & ferociora, q̃ vt his verbis hebręis cõponant, sicut cõgruit ferreo illi imperio & populo tyrãnico, quem siue Isaias, siue interpres eius, populũ alti sermonis mihi appellare videtur, c. 33. Et p̃s. 11, dictũ est, Linguã nostrã magnificabimus, quod Hiero. vertit roboremus, aptius aũt, dñari faciemus, scȝ vt sola regnet & possit om̃ia, sequitur em̃, Quis noster dominus est? Et. p̃s. 23. Dñs potens in p̄lio, idest in cuius potestate est sita victoria & omnes belli euẽtus, idem em̃ apud eũ est saluare in multis & in paucis, vt p̃s pręcedente visum est.

Pulcherrimus itaq; ordo, prius exaltat virtus & posterior cantatur gibura, ex virtute em̃ nascitur & facile tum augetur, tum seruatur potẽtia seu gibura, sicut ecõtra nulla stat gibura, vbi nulla est vz seu virt⁹. Et p̃s. 23. prius dicit, fortis dominus, deinde potẽs in pręlio, Ab hac virtute, paterfamilias vocatur gibir, & materfamilias gibira, Gen. 16. A facie Sarai gebirthi. i. dñe meę ego fugio, Et iteꝝ, Reuertere ad gibirtha tuã, idest do-

minam tuam. At ps.18. Exultauit vt gibor, ad currendã viam, Et.33. Non saluatur rex per multã virtutẽ & gibor non saluatᷓ in multitudine virtutis suę, teu: Eyn mechtiger herr, inde Gabriel, fortitudo dei, sed non satis apte.

Aliud vocabulũ hebręis, hezec, quod ps.17. vidimus, Diligã te dñe hizki, fortitudo mea, hoc proprie mihi eã virtutem significat animi, quã latini fortitudinẽ, gręci andreian vocãt, de q̃ inter virtutes morales sermo frequens, quę quia exhortatiõibus & vsu rerũ difficiliũ paratur, fere vbiq; transfertur, pro cõfortatione. Deutro.31. Viriliter agite & cõfortamini, nolite timere. Itẽ ad Iosuę ibidẽ, cõfortare & esto robustus, Et Iosuę.1. Tu ergo cõfortare & esto robustus. Et Daniel. x. sepius eo vtiẽ, cõfortasti, cõualui &c. Itẽ confortare & esto robust⁹, vbi idem verbũ geminatur, ac si dicat. Cõfortare cõfortare. Et ps.26. Expecta dñm, viriliter age & cõfortetur cor tuũ, Ecce hoesac, viriliter age, transfert, Sic Anani propheta ad Asa regem Iuda.2. Paralip.16. Oculi dñi contẽplantur vniuersam terrã & p̃bent fortitudinẽ ĳs, qui perfecto corde credũt in eũ. Hinc Hezechielis prophetę nomen, fortitudo dei vel virilis audatia dei. Et Hezechias rex Iuda, audatia dñi, cui nomini pulchro opere satisfecisse, legitur. 4. Regũ. 18. dũ aus⁹ fuit in fiducia dei sui, rebellare regi Assyriorũ. Patet ex his omĩbus hesec fortitudinẽ esse, aduersus timorem pusillanimitatẽ & scrupulos animi.

Quartũ est Coah, & ipsum frequentissime occurrens, versum pro virtute, quã audeo affirmare eam esse propriĳssime, quã Apostolus, operationẽ, gręce energiam vocat, vbi dicit, 2. Tessal.2. Nam mysteriũ iniquitatis operatur. Et mittet illis deus operationem erroris. Et Gal.2. Qui operatus est Petro, operatus est & mihi, hanc latine efficiatã, seu vt vulgo dicitur, vim executiuam dicemus, vt sit effectus virtutũ prędictarum prodiens in opus, Sic Hezechias. 4. Regũ. 19. Venerunt filĳ ad partum, & vires non habet parturiens, heb. & virtus non est ad pariendum. Daniel.8. Et roborabitur virtus eius non in virtute eius. Iob.30. Quorũ virtus manuũ mihi erat pro nihilo, pertinet hæc virtus ad fęlicitatem potentis & fortis viri, vt cõficiat, quę tam viribus q̃ animo pręsumpsit. Ita enim Paulus operationem erroris Antichristianũ prędixit fęlicẽ, Et Daniel. 8. de eadem, prosperabitur & faciet.

Quintũ est generale illud, quod hoc psalmo dicit. Quę non potuerunt stabilire. Geñ. 55. Non poterat se continere Ioseph, hoc mihi propie videtur, respondere nostro latino, qđ

eſt facultas vel poſſibilitas & grꝑco dynamein, in quo ius, arbitrium, euentus, contingentia includitur, vbi etiam ſi virtus ſit vel non ſit in perſona operante, multis tamen aliȷs impeditur vel iuuatur, quo fiat vel non fiat quod molitur, pſalmus. 128. Sepe expugnauerunt a iuuentute mea, etenim nō potuerunt, Sunt & alia, quę a petra, oſſibus, duritia deriuātur, quę paſſim reperiuntur & pro firmitate, conſtantia, robore transferuntur, Sed ea relinquo cũ ſint ferme allegorica, vt & aliꝰ ſuę induſtrię fructũ faciat, ſi volet.

Finem hic facio ſecundę decadis totius Pſalterȷ, & ingenue ac fideliter cōfiteor, me plurima tentaſſe ſupra vires, nec habere hanc Apoſtoli gloriationem, qua ad Romanos ſcribit. Non audeo aliquid loqui eorũ, qui non effecit Chriſtus per me. Nā vitę ſanctimonia nihil conſecutus ſum, quod tñ ſcio, cꝗ̄ fuerit & ſit neceſſariũ ne docerem anteꝗ̄ facerem. Eruditione vero parum, cum & ipſe diſcipulus hactenus fuerim, non ſolum in linguis, ſed & propheticis ſpiritibus diſcendis, vtrunꝗ̄ em̄ tractatori ſcripturarum neceſſarium eſt, magis tamen ſpiritus q̄ lingua, Vnde & ſi in lingua hebraica, nō vno loco me videā erraſſe, metuo tamē ne pluribꝰ in ſpiritu errauerim, ꝗ̄q̄ mihi conſcius non ſim, ſynceram & catholicam fidem a me vſpiam lęſam, vt gloriari poſſim, errores meos eſſe prorſus ſine periculo, cum in lingua iſta peritiſſimi & maximi in ſpiritu aũt & ſummi & ſanctiſſimi viri errauerint. Quocirca per cōmunē Chriſtum, eruditiores rogo, mea negligant, tum calcographos aut quoſuis ĩuulgatores libroꝝ, ne iſta euulgēt, donec vel ego vel alius errores aliquot craſſos emendauerimus.

Satis em̄ hactenus feci, ſi occaſionē ſapientioribus dediſſe inuentus & officio neceſſitatis functꝰ fuero, laborē em̄, quē inſumpſi & faſtidiũ nō iacto, hoc aũt didici, Scripturā eſſe eā, q̄ nullius ingeniũ, nullius eruditiōem, nullius diligentiā, nullius ſanctimoniā, non in multis partibus fallat & ſuperet, atꝗ̄ cũ omnibus etiam paruulis ſit expoſita ad ſatietatē vſꝗ̄, magnis tamen ſemper ſe poſita eſt ad eſuriem, Vt veriſſime & ſapientiſſime dixerit Grego: Scripturam eſſe fluuiũ, in quo agnus peditat & elephas natat. Nec in ea fędius nec pernicioſius errauerunt, q̄ qui ſe nihil in ea erraſſe preſumpſerunt, Nec fęlicius & ſalubrius in ea profecerunt, q̄ qui timuerunt ſe in omnibus errare, Sapientia enim eſt, cuius principium timor dei, quę intellectum dat paruulis, & ſapientiam ſapientum reprobat.

311

Quare meos errores sic iudicet frater meus quisq;, vt sese etiam alicubi errare non dubitet, ne forte superbus, nusq; non erret, porrigamus potius summis viribus mutuas operas in dño, p̄sertim in scripturis sanctis tractādis, etiā sic errores non euademus, donec in vita hac sumus immunda. Solus hic se glorieť non errare in vlla parte, qui sine peccato fuerit in hac vita.

VALE Christiane frater & gratia CHRISTI sit tecū.

A M E N.

632